ISTITUTO STORICO ITALIANO

FONTI

PER LA

STORIA D'ITALIA

PUBBLICATE

DALL'ISTITUTO STORICO

ITALIANO

EPISTOLARI • SECOLI XIV-XV

ROMA

NELLA SEDE DELL'ISTITUTO

PALAZZO DEI LINCEI, GIÀ CORSINI,

ALLA LUNGARA

1896

EPISTOLARIO

DI

COLUCCIO SALUTATI

A CURA

DI

FRANCESCO NOVATI

VOLUME TERZO

CON TRE TAVOLE ILLUSTRATIVE

ROMA

FORZANI E C. TIPOGRAFI DEL SENATO

PALAZZO MADAMA

1896

EPISTOLARIO

DI

COLUCCIO SALUTATI

ELIOTIPIA MARTELLI. ROMA

LIBRO NONO.

I.

A Pellegrino Zambeccari [(1)].

[N[1], c. 66 b; R[1], c. 22 a, mutila.]

5 Eloquentissimo viro Peregrino Zanbechario bononiensi cancellario.

Firenze, 27 genn. 1392-94.

Dopo aver fin troppo a lungo taciuto,

Diu, imo superque diu, tacui, vir insignis, frater et amice karissime; diu siquidem tacui, desiderans atque sperans quod in te tantum valeret ratio tantumque secum etas afferret, quod ali-

5. *Così N[1]; R[1]* Peregrino Zambechario cancellario bononiensi 8. *R[1]* valerent*; l'* n *espunto.*

(1) Iniziasi colla presente epistola tra il S. ed il suo ben conosciuto ammiratore ed amico Pellegrino Zambeccari una curiosa polemica, a più pronta intelligenza della quale riuscirà adesso opportuno additar qui taluni fatti che ne chiariscono l'origine e la natura. In tempo assai anteriore a quello cui l'epistola nostra ci riporta, lo Zambeccari, invaghitosi d'una leggiadra giovine bolognese, chiamata Giovanna, aveva meditato di farla sua. Riuscitagli vana questa speranza ed andata anzi la fanciulla sposa ad altri, sebben egli stesso nel 1384 impalmasse a sua volta Orsina Codecà (cf. vol. II, p. 223), pur non seppe soffocare l'affetto antico; continuò dunque a corteggiare Giovanna, a celebrarla ne' suoi versi e, siccome la savia donna mostrava disdegnare così fatti omaggi, a mescolare alle lodi di lei acerbe querele sul duro giogo impostogli da Amore. Non poteva, come ben s'intende, rimaner lungamente occulta ai concittadini di Pellegrino la sua sventurata passione nè ignoto il nome di chi l'aveva accesa; sicchè, atteso anche il riguardevole ufficio che lo Zambeccari aveva conseguito in patria, vi si fe' un gran parlare de' suoi tormenti, e ne pervenne notizia anche al S. Or questi, che sulle prime avea inclinato l'animo a compassione verso l'amico, imputando alla foga giovanile codesti amorosi errori, quando vide che gli anni scorrevano senza recare allo Zambeccari verun rimedio, stimò esser giunto il momento di redarguirlo della sua

nella vana lusinga di saperlo guarito dalla sua amorosa follia,

quando michi de te interroganti verax aliquis nuncius responderet te tuis amoribus, quibus ureris et insanis, quibusque, quod periculosius et insanissimum est, te uri teque insanire gloriosum ducis, finem et terminum posuisse; aut, si id minus affirmari posset, assereret te iam signa retro ferre, te iam tepescentis ignis 5 signa dare, minusque solito, recognitis erroribus exacte vite, iam mutatis consiliis, insanire. sed hec michi diu et multum mecum agitanti Flacci versiculo dici potuit atque potest:

> Rusticus exspectat, dum defluat amnis; at ille
> Labitur et labetur in omne volubilis evum (1). 10

vedendo ch' essa cresce e perdura,

ego quidem exspecto: tu viam tuam non deseris; tu non ioco, sicut aliquando credidi, sed serio, non subito motu, sed ex electione, non novo affectu, sed inveterata consuetudine, non simplici dispositione, sed affirmato habitu ureris, fureris et insanis.

1. R^1 iuterroganti *(sic)* 2. R^1 iusaniff *(sic)* 6. R^1 nimisque 7. R^1 *dopo* insanire *dà* et infra &c.*; e qui s'arresta in esso l'epistola.* 9. N^1 expectas

follia e spronarlo a mutar tenore di vita. In quale anno il S. prendesse tal partito e scrivesse quindi la presente non riesce ben chiaro. Ma a ritenere così questa come le tre seguenti dettate dopo il 1391 siam indotti da più considerazioni. Innanzi tutto nella seconda di esse (cf. p. 7) il nostro si dichiara sessagenario; inoltre egli aggiunge che gli amori di Pellegrino, iniziati prima del suo matrimonio con Orsina, quindi avanti il 1384, duravano al momento in cui egli scriveva da otto anni. Del resto noi potremmo segnare come data complessiva di tutto questo gruppo di lettere il 1392, se porgessimo fede alle indicazioni cronologiche che la seconda epistola ci offre. Essa è datata infatti « Flo« rentie, die Cinerum, tertio kalendas « martias »; or dentro i limiti di tempo nei quali le riflessioni già esposte ci obbligano a restringere le ricerche, non è possibile rinvenire che un anno in cui le Ceneri siano cadute nel 28 di febbraio, vale a dire il 1392. A me però sembra assai poco probabile che durante l'inverno di quell'anno, in mezzo a tante e tanto gravi agitazioni politiche, quando Firenze aveva appena posate le armi e così sulle rive dell'Arno come su quelle del Reno si viveva ancora tra continui sospetti, il cancellier fiorentino ed il bolognese trovassero tempo e voglia d'iniziare dispute filosofiche intorno alla natura d'amore. Che se d'altra parte ripensiamo alla singolar frequenza di errori, che i manoscritti presentano, quand'è quistione di date, ci parrà sempre men opportuno affidarci del tutto all'autorità di un codice solo, quantunque essa non sia scarsa. Sicchè, in conclusione, abbiam stimato partito più saggio quello di collocare le quattro epistole relative agli amori dello Zambeccari nel presente libro, lasciandone le date oscillanti tra il 1392 ed il 1394.

(1) HORAT. *Ep.* I, II, 42-43.

non enim furiatus, sed furiosus; non insaniens, sed insanus amas; et quid amas? feminam, mulierem. ad quid? ad voluptatem. nega, si potes. miraris formam, laudas speciem, predicas pulcritudinem; oculos sideribus equas, faciem soli. illi te servum asseris, illam tibi dominam confitens, immemor quod ab initio data nobis fuerit in sociam; post transgressionem autem abdicata sit in servam illo divine condemnationis oraculo, cum dictum est: sub viri potestate eris et ipse dominabitur tui (1). tu autem, cum vir sis, non solum super animalia bruta, sed supra mulierem cum esses in honore, non intellexisti; sed comparatus iumentis insipientibus ac similis illis factus (2), sub muliere vivis; mulierem supra te ponis eoque iumentis vilior, quod illa sub muliere sunt condicione necessitateque nature; tu vero te sibi subiecisti vitio ac libera voluntate. i nunc et gloriare quod ames; persuade tibi quod, dum muliebrem amorem sequeris, recte facias. amare quidem et gloriosum et rectum est, fateor; imo et ipsa virtutum omnium plenitudo, si tamen amaveris id quod debes ad id quod debes, qualiter et quantum debes. tu autem adeo stultus es, quod creaturam plus Deo diligis; non propter Deum diligis, sed ad voluptatem; non quia Dei creatura est, non quia amari sit merita, sed quia pulcra; non quod virtuosa sit et ad virtutem, sed quia corrumpi speres et ad libidinem: aut si aliquid habes aliud quo te amare dicere possis, proferas oro. libenter te audiam et tenebo que dixeris. verum, ut Terentianus Parmeno inquit:

dacch'egli ama così ciecamente una donna,

da dirla sua signora, contro i divini precetti;

lo esorta a ritornare in se stesso.

Non è amor vero il suo, perchè non s'appunta in Dio,

ma ricerca l'appagamento de' sensi.

Difenda, se può, la sua causa;

heus tu, hac lege tibi meam astringo fidem:
Que vera audivi, taceo et contineo optime,
Sin forsan aut vanum aut fictum est, continuo palam est,
Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo:
Proin tu, taceri si vis, vera dicito (3).

et, ut Terentium dimittam, si vera dixeris, scio tacenda fore; sin autem falsa, illa tecum discutiam, palam fient, contineri non po-

dal proprio canto è pronto a rispondergli.

6. *N*[1] addicata 26. *N*[1] que enim vera - etiam 27. *N*[1] si 28. *N*[1] plenus lacrimarum

(1) *Genes.* III, 16.
(2) *Psalm.* XLVIII, 13.
(3) TERENT. *Eun.* I, II, 22-26; ma il terzo verso è dato comunemente così ne' mss.: « Sin falsum, aut vanum, « aut fictum » &c.

Ma più caro gli sarebbe vederlo rinsavire.

tero. sed opto magis et oro, mi Peregrine, quod has deponas ineptias, quod, cum vir sis etate, desinas moribus adolescens esse. lusisti satis, imo nimis. adolescentibus autem, qui motibus passionum agitantur, verecundum est amatores esse, viris turpe, fedum senibus. ridiculum in pueris, tolerandum adolescentie, 5 iuvente reprehendendum, damnabile senectuti. discute parumper temetipsum. iam vir es et ad illam iam etatem pervenisti, quo vix unus inter mille, qui in lucem prodeunt, attingunt. puto iam spargi canos, albescere tempora et affectus hos, licet nimia consuetudo firmaverit, immutari; aliquando quidem laxatur his ludis 10 adolescentia, quandoque satiatur; iuventus autem, cum satiatur, quandoque rumpit; senectus extinguit. rumpe igitur moras, rumpe ludum. etenim, ut inquit Flaccus,

Uomo fatto ormai, deponga costumi che all'età sua più non si confanno;

Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum (1).

imo, ut verius loquar, pudendum est lusisse; sed non incidere 15 ludum reprehendendum atque damnabile. si autem ita te labyrintho causeris inclusum, quod nequeas liberari, duo volo facias, ut emergas. incipe velle et eiusdem fili, quo duce carcerem intravisti, vestigia relegens te in tuam vindica libertatem.

e, spezzati gli amorosi lacci, riprenda la sua libertà.

Vale, tunc felix, cum hec transitoria amare desieris. Florentie, 20 sexto kalendas februarias.

II.

Al medesimo (2).

[N^{I}, c. 67 b.]

Peregrino Zanbeccario. 25

Firenze, 27 febbr. 1392-94. S'aspettava la risposta che ha ricevuto.

Non aliter, vir eloquentissime, quam opinarer michique mecum reputaveram, respondisti. scio falsissimum esse quod scribis;

3. N^{I} adolescentulus; *ma il copista stesso corresse l'errore.* 9-10. N^{I} *dopo* consuetudo *dà* muta *cancellato.* 14. Nec] N^{I} non

(1) Horat. *Ep.* I, xiv, 36.

(2) Punto al vivo dai rimproveri del S., lo Zambeccari gli aveva vivacemente replicato che l'amore per Giovanna, ben lungi dall'essergli argomento di rossore, era per lui ca-

effluet igitur, ut promisi [1]. dicis etenim; quasi iam sexagenarius amoris et humanorum affectuum inexpertus sim; te, ut ferme tua verba referam, amare unam ex honestissimis dominabus, que vivant in orbe aut vixerint unquam, redeat in lucem quanvis, ro-
5 mane pudicicie decus, ipsa Lucretia. hec enim tue confessionis formula; quo amore te non furere nec insanire putas atque contendis: ego vero te prorsus hac opinione tua iam non amantem, sed amentem iudico. parce, precor; neque, cum letali labores morbo, hec obiurgandi studio scribo; sed ut te tibi ostendam,
10 ut efficiam, velis nolisve, quod morbum agnoscas tuum. video quod vulnus non sentis, utpote qui malo tuo delecteris, nec intelligis illa que scribis. nimirum falsus enim in cogitationibus tuis, inquis de hac que mentem exhaurit tuam: celica inter alias est, morum omnium exornata decore: nil virtuosius ea, nil serenius,
15 celum et sidera gestat in oculis. hec tua verba sunt. sed prius ad confessionem veniam tuam; deinde laudes istas tecum discutiam; postremo cetera, quibus respondendum videro, currenti calamo attingam: demum autem, confecto certamine, tecum in vera caritate concludam. in quibus opto ut ad tui salutem non
20 minus persuadeam quam probabo; spero tamen quod fidelia mea hec releges et in animum infundas tuum. forte, licet altissimum vulnus sit, quo laboras et peris, usque in fundum hec nostra descendent et aliquid de te, si omnino perditus non fueris, immutabunt.

Pellegrino afferma di amare la più onesta donna che esista;

e si crede quindi savio; egli invece, dopo tal risposta, lo stima uscito di senno.

Gli conecda di farlo ritornare in sè

con un diligente esame di quanto ha scritto;

forse le sue parole non andranno del tutto perdute.

25 Amas unam, inquis, ex honestissimis dominabus. si hec tua honestissima est, nullam honestissimam sociam habet: ipsa super omnes honesta est: in reliquis autem nulle honestissime dici possunt, sed honeste, sed honestiores honestis: ad illud autem summum aut nulla aut solum una pervenisse potest. nescio autem
30 quo sensu illam esse scribas honestam: hoc enim vocabulum et

Egli ama dunque la più onesta delle donne.

Ma che cosa intend'egli significare così dicendo?

4-5. romane *è aggiunto in margine dal copista.* 13. *Cod.* iniquis

gione di onore e di morale perfezionamento, attesa l'indole sua spirituale ed aliena da ogni terrena aspirazione. Ma il S., poco persuaso da siffatta risposta, ribatte le asserzioni dell'amico e si sforza di convincerlo che la sua, quantunque avvolta ne' veli del platonicismo, non è e non può essere se non una passione dei sensi.

(1) Cf. ep. I, p. 5.

Onestà vale quanto bellezza ed onore;

pulcrum et honorabile sonat. nam in primo sensu noster Terentius, cum amantis servus Parmeno domini sui fratrem pro eunucho traderet Thaidi atque dixisset:

en eunuchum tibi
Quam liberali facie! quam etate integra! 5

illa respondit:

Ita me dî ament: honestus est (1).

nam et in contentione precedente, unde totus ille sermo ortus est, dictum fuerat:

Perpulcra credo dona, haud nostris similia (2). 10

come può egli provare che la sua donna sia la più bella di quante mai furono?

etenim et in glossario, unde sumptus est Papias, scriptum est: honestus dicitur qui nichil habeat turpitudinis (3). omnium quidem consensu turpitudini honestas opponitur, que nichil aliud est quam pulcritudo. si hoc intendis, non dicas eam honestissimam omnium, que vivant in orbe. scio quidem te, licet peregrinus sis, 15 non solum nomine, sed a vera patria peregrinus, te quippe, utinam

10. *Cod.* aut 16. utinam] *Cod.* ut*; ho tentato correggere senz'alterar di troppo il testo, che stimo però guasto.*

(1) Terent. *Eun.* III, ii, 19-20; ma il testo nel primo verso dà « hem ».

(2) Terent. *Eun.* III, ii, 15.

(3) Cf. Papias, *Lex.* s. v. Il glossario, che il S. qui, come altrove, afferma esser stato precipuo fonte dell'*Elementarium doctrinae erudimentum*, compilato circa il 1063 da Papia, è fuor di dubbio quel *Liber grandis glossarum ex dictis diversorum coadunatus*, messo insieme sulla fine del secolo vii o sui primi dell' viii da un dotto (che da taluni si identifica col vescovo goto Ansileubo), di cui rimangono ancora parecchi manoscritti; cf. G. Loewe, *Prodromus corporis glossarior. latinor.*, *Quaestiones de gloss. lat. fontibus et usu*, Lipsiae, 1876, § 13, p. 229 sgg. Che Papia si fosse giovato largamente, senza farne però esplicita dichiarazione, di quest'opera, a cui attinsero del resto precipuamente tutti i lessicografi medievali, dimostrò in una dissertazione uscita alla luce nel 1853 (cf. Loewe, op. cit. p. 236) l'Hildebrand; ma, come si vede, il dotto tedesco era stato preceduto in questa scoperta dall'italiano vissuto cinque secoli innanzi! Non abbiamo disgraziatamente verun indizio che ci permetta di riconoscere tra i codici oggi noti del *Liber glossarum* quello che il S. ebbe alle mani e neppur possiamo constatare la verità dell'affermazione sua relativa alla glossa « honestus », perchè questa voce non è tra quelle raccolte da G. Goetz ne' saggi che egli ha dato alla luce del *Liber glossar.*, quale si legge ne' codd. Vat. Pal. 1773 e Parig. Fonds Lat. 11529-30; cf. *Corp. gloss. lat.* vol. V, Lipsiae, 1894, Excerpta ex libr. gloss. II, 161-225.

non etiam spe!, te totum orbem non peragrasse et cunctas terrarum, quas vidisti, mulieres, nedum non nosse, sed penitus non vidisse, ut omnino quod dicis non possis aut debeas affirmare. nam quod patria tua non contentus et etate nostra etiam ipsam 5 istam, quam amas, omnibus, que unquam in mundo vixerunt, anteponis, erras. dimitte, precor, antiquas heroidas, Helenam, Briseidem atque Polyxenam et istis hanc tuam nedum non preferas, sed nec adeques. an et Sophonisbam Carthaginensem, que specie et pulcritudine sua Syphacem perdidit Masinissamve corrupit, huic 10 tue, quam diligis, postponere non vereberis? noli de tua hac ferre sententiam. amator es: suspectus ergo iudex et testis, cui prorsus credi non debet. sine nos alios de hac re iudices esse: non possumus facies comparare, sed ex effectibus validum deducere possumus argumentum. Helene faciem legimus plebeios 15 fugisse senes, ne, cum ipsam aspicerent, preter recte rationis regulam moverentur. hec, pulcritudine sua, bis rapta sive bis raptorem secuta, quanvis adultera, splendore fere virum placavit (1). Briseis lites excitavit inter Agamemnonem et Pelidem,

Ma nè egli ha vedute tutte le donne viventi,

nè può giudicar delle antiche spassionatamente,

dacchè ama. Lasci giudicar quindi gli imparziali.

Elena soggiogò l'offeso Menelao;

Briseide Agamennone,

> Et ni casta manu Pallas tenuisset Achillem,
> 20 Turpem cecus amor famam liquisset in evum (2).

Polyxena hostem acerrimum adeo flexit Eacida, quod eius interceptus amore occubuit Paridis

> transiectus vulnere plantas (3).

Polissena Achille,

Sophonisba suum dimovit a romana societate Syphacem et victo- 25 rem hostem primo congressu taliter vicit, quod ferme Scipio perdidit Masinissam (4). hec autem tua tibi pene coniux et manibus erepta tuis, ab uxoris affectu tibi amasia facta est et Peregrinum,

Sofonisba fe' spergiuri e Siface e Massinissa.

Così Giovanna ha conquistato Pellegrino;

6-7. *Cod.* briseydam 8. *Cod.* Sophonisdam 24. *Cod.* Sophonisda

(1) Non so donde tragga il S. queste due notizie; ma l'una è forse un riflesso alterato delle parole d'Omero, *Il.* III, 146 sgg.; l'altra è accennata da Aristofane, *Lysistrata*, v. 155, donde può esser passata in qualche testo medievale a me sconosciuto.

(2) Italic. *Ilias lat.* vv. 77-79, in *Poet. lat. min.*, ed. Baehrens, III, 11; il testo nel 1° verso « Quod nisi ».

(3) P. P. Statii *Theb.* I, 61.

(4) Tit. Liv. *Hist.* XXX, xii.

troppo agevol vittoria,

cunctis obvium et amoribus capiendum, subiugavit et vicit; Peregrinum, inquam, qui cum Nasone caneret:

> Me mea disperdat, nullo prohibente, puella,
> Si satis una potest; si minus una, due (1).

et si 5

> mendosos nolis defendere mores
> Falsaque pro vitiis arma movere tuis (2),

cum eodem vate concluderes:

> Denique quas totas quisquam probat urbe puellas
> Noster in has omnes ambitiosus amor (3). 10

perchè debbasene concludere ch'ella sia a tutte le donne superiore.

te ergo talem a Iohanna tua victum nec multifacio nec admiror, presertim cum in patria tua tot sint iuvenes, totque oculi, tot cives totque forenses; et tu solus inter omnes huius mulieris mancipium factus sis; ut ex hoc nedum antiquis celebratisque mulieribus, sed nec multis nostre etatis eam iudicem preferendam. 15

Che se volesse chiamarla onestissima pe' costumi,

sed inquies: honestissimam assero propter mores; scio quod honestas honoris status est, qui solius premium est virtutis. miror autem, si talis est qualem scribis, quod nullus preter te sit qui ipsam, cum viderit, amet, cumque amet, predicet ac commendet.

dunque egli solo s'avvede in Bologna di ciò?

an tu solus inter Bononienses et alios, ad quos huius rei fama 20 vel noticia pervenit, cultor et mirator es honestatis? tu, cum ceteri ceci sint, solus vides; cum reliqui honesta non curent, solus, quod virtutis est, diligis honestatem? nimis tui iactator

E se Giovanna è tanto casta, perchè alcuna volta ha levato gli sguardi su di lui?

es et tibi arrogas. quod si honestissima mulier est, ut dicis, cur octies, cur etiam semel, ut tuis utar verbis, hoc tue egrotatio- 25 nis octennio te suorum celestium luminum est dignata fulgore? si hec raritas honesta est, honestius foret te nunquam penitus aspexisse. delicatissima res est honestas et que vel parvissime mende

Quest'atto non è conforme ad onestà perfetta.

corrumpatur iniuria; virtutis enim candor cuiusvis impressione malicie non solum inficitur, sed privatur: unica menda totalem 30

3. *Cod.* me medea 4. *Cod.* die 18–20. *Le parole* si talis - tu, *omesse nel testo, furono aggiunte in margine dallo stesso copista.*

(1) Ovid. *Am.* II, x, 21–22.

(2) Ovid. *Am.* II, iv, 1–2 dice veramente:

> Non ego mendosos ausim defendere mores
> Falsaque pro vitiis arma movere meis.

(3) Ovid. *Am.* II, iv, 47–48.

faciem deformat. deinde, quasi mulier aut femina nomen infame sit, non feminam, non mulierem appellas; sed, amo unam, inquis, ex honestissimis dominabus. si domina est, servum habet: quis sibi sit servus promptum habeo: Peregrinus est. o te felicem
5 hac servitute, Peregrine! mulieris factus es servus, que homini creata fuit in sociam et damnatione iustissima tradita sub nobis in servam (1). et ut aliquando de ista parte concludam, volo fatearis te unam diligere mulierem, non dominam, que sub viri potestate sit; nec ipsam sic male sanus extollas, quod dominam voces, que
10 sit forte cupidinum serva et famula; saltem sue pulcritudinis ministra et ancilla, pro qua se comit et ornat; cui, quanvis nature dono ditissima sit, artis adicit quicquid potest et novit. nec eam ambitiosiore digneris vocabulo, quam salutifere nostre Virgini attributum sit, quam celestis ille nuncius beatam in mulieribus dixit (2); cuique
15 responsum est in illo nuptiali convivio vini carentiam indicanti: quid ad te, mulier? (3) cuique de filii passione laboranti dictum fuit: mulier, ecce filius tuus (4). denique non eam omnium honestissimam que vivant in orbe dicas, qui nedum omnes non noveris, que in orbe sunt, sed plurimas etiam ex patria, licet proca-
20 cissimus sis, ignores; sed honestissimam dicas omnium, quas cognoscis. nec id omnium sententia, sed iudicio tantum tuo, quod amor, cuius arbitrio duceris quemve tu ipse fateris, aut obliquum facit aut reddit omnino suspectum. nec iniuriosum putes, si tibi non credo. amantium quidem laudes et inimicorum
25 detractiones suspecte sunt propter moventes affectus, sicut ex opposito commendationes hostium et amantium criminationes nedum fidem faciunt propter retrahentes passiones, sed opinionem ingerunt, ut plus re subesse putemus quam verbis expressum sit.

Nunc ad alias eius laudes, quas predicas, quas utinam veras
30 scias vel saltem crederes, ut in errore tuo excusatior esses!, veniam. celica quidem, inquis, inter alias est, morum omnium exornata decore. sit hoc ultimum, ut libet: celicam tamen unde

Poi non la dice donna, ma signora;

egli dunque ne è il servo?

Confessi allora d'amare una donna, che non è signora, ma schiava della propria bellezza;

nè le attribuisca nome più ambizioso di quello dato alla Vergine stessa;

nè la dica più onesta di quante vivono,

ma, a parer suo, di tutte quelle che conosce.

Ei l'afferma inoltre celestiale,

2. *Dopo il primo* non *un* ſe *(?) cancellato nel cod.* 10. *Cod. omette* ministra 27. *Cod.* finem 29. *Cod.* ut ūt

(1) Cf. *Genes.* III, 16.
(2) Cf. s. Luc. I, 28.
(3) Cf. s. Iohann. II, 4.
(4) S. Iohann. XIX, 26.

non per l'essenza sua spirituale,

potes asserere? secundum animam equidem de nichilo facti sumus aut, si placuerit cum Platonicis delirare, non ipsa solum, sed omnes a celo sumus, utpote cum, ut inquit incomparabilis vates, dicere valeamus:

> Hinc hominum pecudumque genus viteque volantum 5
> Et que marmoreo fert monstra sub equore pontus.
> Igneus est illis vigor et celestis origo
> Seminibus &c. (1).

nè per il corpo certamente;

ma a cagione de' suoi costumi.

È questa troppo eccessiva lode applicata ad una fanciulla,

sfornita di ogni dottrina sul fine delle azioni umane.

secundum corpus autem de terra sumpti sumus: homo enim cinis est et in cinerem revertetur (2). aut igitur hoc quod asseris nichil 10 est, aut ad mores, ut subicis, omnia refers. dicis enim: morum omnium exornata decore. credo mores intelligas actus conversationis et vite secundum rectam rationem et in finem debitum ordinatos et factos. quod his omnibus ornata sit adolescentula tua; quam certus sum, si interroges in quem finem omnes actus 15 humani dirigendi sunt, non solum nesciat respondere, sed nec omnino questionem intelligat, que est virtutum omnium fixum et solidum fundamentum; quod his ornata sit adolescentula tua, forte credis, forte tibimet persuades; sed clarum est quod penitus esse non potest, cum nedum illa etas non sit apta secundum vir- 20 tutem vivere, sed nec idonea que moralis doctrine monitis imbuatur. unde quod subdis quam verum, imo hyperbolice dictum sit, tibimet, si non omnino desipias, iudicandum relinquo. dicis enim: nil virtuosius ea nilque serenius. ergo hec est virtute virtuosior aut, quod sacrilegum nefas est dicere, virtuosior est auctore 25 virtutum? et ut ad mulieres veniam, virtuosior est Lucia, virtuosior Catherina, Cecilia, Ursula et illa Dei sponsa, quam inter electas adnumeramus, Agnete? video iam tibi ruborem affundi; sentio te clamaturum te ipsam preferre carnalibus his mulieribus, non beatis et sanctis. sed qui nil virtuosius dicit, nullam vel ni- 30 chil exceptum vult. quod si, ut tibi sensum consentiam in quem non exprimis, te ipsam comparare virtuosis contendas, comparas

Nè meno riprovevole è il dirla la stessa virtù,

quasichè perfino le sante possano riescire a lei inferiori.

2. *Cod. dopo* placuerit *dà di nuovo* cum placuerit 23. *Cod.* decipias

(1) Verg. *Aen.* VI, 728-731; ma il testo, v. 728, dà « Inde ».
(2) Cf. Iob, XXXIV, 15.

procul dubio sanctis. impossibile quidem est infinitam bonitatem, iusticiam et misericordiam ac Dei miserationem virtuosis actibus, hoc est in finem debitum ordinatis, non allubescere: imo possisibile prorsus non est actum esse virtuosum, nisi perfectus sit, 5 nisique sit ex illa bona qualitate mentis, qua recte vivitur et qua nullus male utitur, quamque Deus solus in homine operatur (1); ut fateri oporteat vere virtuosum non esse sine gratia, que gratum facit et meritorium reddit actum; qui status est, si accesserit perseverantia, sine dubitatione sanctorum. sed addis: ni- 10 chilque serenius. dic autem, mi sodes, an adeo tibi serena videtur esse, quia fulgeat? hoc tibi forsitan videatur; scio tamen id esse non posse; nec credam ita penitus imperturbatam, quod a tranquillitate mentis serena possit vel debeat nuncupari. hec et alia, que minus vere, ne dicam impudenter, loqueris, non admiror. amas 15 equidem et qui amant ipsi sibi somnia fingunt (2): nam, ut multa sileam, dicis te non furere, non insanire; et ne neges, totum onus probandi michi relinquens, ais: quin imo me in gravitate contineo; sed metuens paratissimum testem et invictissimum, subdis: licet vulgus de me aliter obloquatur. o amantem omni laude dignum! 20 sic amas, quod te et insanire et furere vulgus ipsum obloquatur et clamet! nimis, cum res honestas ames, tue fame prodigus es, qui non curas quid de te populus sentiat vel loquatur! non est vivendum, fateor, ad famam et ad inanis glorie fumum, etiam actus agendo virtutum; sed longe minus ad infamiam. crudelis 25 est, inquit Aurelius, qui negligit famam suam (3). quantum ergo crudelior est qui non solum ipsam negligit, sed obscurat, inficit et tollit? non debemus actus nostros in famam dirigere, sed in Deum; nec tamen contra famam. melius est, ut testatur Sapiens, nomen bonum quam unguenta preciosa (4). C. Cesar, fundator 30 imperii, testis productus in Clodium, quod Pompeiam, eiusdem Cesaris uxorem, inter publicas cerimonias penetrans, indutus mu-

Insieme la dice di tutte la più serena; e qui pure trasmoda.

Ma ciò non può far meraviglia: chi ama non vede il vero.

Ei stesso del resto confessa che sebben il suo amore sia puro, pur è favola del volgo.

Perchè dunque lascia così calpestar la sua fama; il più prezioso dei tesori?

16. *Cod.* negas 29. *Cod.* G. Ces.

(1) Cf. s. Aug. *De lib. arbitr.* lib. II, cap. XIX, §§ 50 e 51 in *Opera,* I, 1268.

(2) Cf. Verg. *Buc.* VIII, 108.

(3) S. Aug. *Sermo CCCLV,* cap. I in *Opera,* to. V, par. II, col. 1569.

(4) *Eccl.* VII, 2.

liebri veste, corrupisset, accusatum, se nichil compertum habere deposuit. et interrogatus quare eam repudiasset; huius enim rei suspitione ab ipsa diverterat; respondit: quia suos iudicaret oportere tam suspitione carere quam crimine [1]. tu autem adeo tui compos, sanus et sapiens es, quod ista non curas; cumque rem honestam, ut asseris, ames, ames equidem sincere et virtuose, sic amas, ut te putent omnes, hoc est vulgus, quod pridem scripseram, insanire, nec sit quod ab hac opinione quenquam excipias. omnes enim idem sentiunt, pariter mordent pariterque derident; blandiaris, licet, tibi amare rem honestam teque amare honeste et virtuose, omnes autem dicunt et sentiunt te rem pulcram amare, multaque cum levitate mentis et morum lascivia amare. et licet ad libidinem neges, negare tamen non potes quin ames ad voluptatem. dicis enim: omnes mortales in genere aliquod, ut tuis utar verbis, honestum solatium deligunt, eorum conforme naturis, ut inter fluctuationes seculi cum aliqua exultatione procedant ac ab animis adversa depellant. deinde, enumeratis aleis, scachis, ludo, equis, hastiludio, armilustris, venatione, aucupio, piscatione, tripudio, cantibus et agricultura, de te subdis: ego cetera solatia sprevi preter hunc actum amoris serenissimi et immaculati. o bellum honestatum enumeratorem! ergo ludus et alea honeste recreationes sunt? ergo congredi viros hastatos tricuspide ferro de seque spectaculum facere et ad inanem gloriam ostentare vires et fato occurrere suo, honestum putas, honestum ducis et vocas? falleris, mi Peregrine; hec enim nedum non honesta, sed turpia sunt. nam quid de venatu, aucupio, piscatione referam? si ea diriguntur ad questum, sordida sunt; si ad gloriam, vana; si ad delectationem, sumptibus plena; si ad recreationem, nimiis laboribus involuta. nam exercitii gratia, si moderatio adsit, non arbitror inhonesta: agriculturam autem, ut testatur Cicero [2], et honestissimam et libero homine dignam iudico. quod autem cantus et tripudia inter honesta connumeras, si ad religionem re-

S'egli ama onestamente,

non permetta che gli altri pensino e dicano il contrario.

Ma se la sua passione non è materiale, essa ha però per obbietto il piacere.

Tutti gli uomini ricercano qualche diletto, egli dice;

io mi compiaccio in quest'amore innocente.

Ma i diletti, ch'ei ricorda, non sono innocenti,

ove si eccettuino l'agricoltura, onesta professione e degna d' uom libero;

6. *Cod. dopo* sic *dà di nuovo* ames 24. *Cod.* facto

(1) Cf. Sueton. C. Iul. Caesar, LXXIV.
(2) Cic. *De offic.* I, xlii, 151.

feras, fateor esse pia et que derideri non debeant; sicut Michol, infaustam Saulis prolem, legimus despexisse David in corde suo, quia per fenestram vidit regem subsilientem atque saltantem coram Domino (1); alias autem me non memini reperisse quod hec honesta sint, licet moribus aliquando recepta. unde non immerito Scipio Emilianus, cui Africano a deleta Carthagine cognomen fuit, in oratione, quam contra legem iudiciariam Tiberii Gracchi dicitur habuisse, non solum reprehendit, sed ingemuit principum filios atque filias saltationis preter consuetudinem studiosos. inquit enim: docentur prestigias inhonestas: cum cymbalis, sambuca psalterioque eunt in ludo histrionum, discunt cantare que maiores nostri ingenuis probro duci voluerunt. eunt, inquam, in ludum saltatorium inter cynedos virgines puerique ingenui. hoc cum michi quisquam narrabat, non poteram animum inducere ea liberos suos homines nobiles docere: sed cum ductus sum in ludum saltatorium, plus mediusfidius in eo ludo vidi pueris virginibusque quingentis: in his unum, quod me rei publice misertum est, puerum bullatum, petitoris filium, non minorem annis .XII. cum crotalis saltare: quam saltationem impudicus servulus honeste saltare non posset. hec Scipio (2). tu autem, qui vir es ingenio clarus et doctrina, hec non abhorrens, tripudia et cantus inter honesta connumeras? multos scimus magne auctoritatis viros scivisse musicam et hanc artem apud levissimos Greculos, iam moribus in opinionem epicuream effluentes, adeo habitam esse honori, quod Epaminonde fuerit ascriptum ad laudem quod preclare fidibus cecinisset; Themistocles vero, cum lyram recusasset in epulis, apud convivas fuit indoctior reputatus (3). fuit ergo in honore musica penes Achivos; sed prius illa simplex, mascula atque severa, quam videmus sanctos patres inter divinarum lau-

e la musica, quand'essa intenda però ad onorare la Divinità.

Come provano infatti gli esempi di Roma

e di Grecia

soltanto severa e maschia, merita lode quest'arte;

9. *Cod.* saltationes *corretto in* saltationis   21. *Ho aggiunto* hec *che manca nel cod.*

(1) II *Reg.* VI, 16.

(2) MACROB. *Sat.* II, x, 7. Tra il testo vulgato e quello qui riferito dal S. delle parole di Scipione corrono varianti notevoli; così per « cymbalis » le ediz. leggono (e male, a mio avviso) « cinaedulis »; per « duci », poi « ducier », per « quingentis », « quinquaginta » &c.

(3) CIC. *Tusc.* I, II, 4 quasi alla lettera.

dum missarumque solemnia recepisse; que, si notis solidis et sine biscantus lubricatione notularumque fractione sumatur, dulcedinem suam habet; sed non illa, quam saltationum exigit iocunditas et levitas saltatorum: cui quidem, si ternarii vel quaternarii non coniungatur velocitas atque ruptura, corruptis et lascivientibus moribus nil auctoritatis nilque laudis datur. habuit enim tantam curam prior Grecia severitatis in musica tantamque custodiam, quod, cum apud Lacedemonas, qui serius corrupti sunt, servatis legibus, quas Lycurgus ediderat civiumque suorum iuramento et exilio suo firmaverat, post Gortinium Talethem, qui, multo conductus precio, simplicem musicam apud eos docuit, Timotheus Milesius unum nervum adiciens multipliciorem musicam reddidisset, publico edicto, quasi corruptor et emollitor animorum, tota Laconia fuit expulsus (1). sed quorsum hec tam multa de musica? certe ut cognoscas excitandis, non effeminandis animis ab initio musicam esse laudatam atque receptam; et hanc, quam delicatior etas nostra, serpente paulatim luxuria, vulgo invexit et affectat, nedum non honestam esse, sed penitus inhonestam et quam illa virtutum regula, que medium querit inter asperam severitatem effluentemque molliciem, nec recipiat nec admittat. tu autem, mi Peregrine, hanc tuam laudatissimam Iohannam, quam audio formosam satisque venustam atque facetam, inter cantus et tibias saltantem amas atque miraris; et inter fucos et ornatus comptam atque politam gaudes specie et pulcritudine sua cunctas alias superare; gaudes quod non sit procax, quod oculos nonnisi honesto vibret intuitu, quod te vel semel toto anno respiciat:

O curas hominum, quantum est in rebus inane! (2)

imo, non in rebus, sed in mentibus hominum!

Ergo tu, ut aliquando concludam; nolo quidem me per omnia dilatare; honestum putas ad animi recreationem super omnia aliquam diligere creaturam? ergo tuus ille nobilis intellectus, cum dantur agibilium ferie, in una defigitur muliere, in qua, non te

ma va biasimata, ove, capricciosa e lasciva, si pieghi a lusingare i sensi.

Gli Spartani per questo esiliarono chi tentò renderla più molle.

Or non essendo la musica moderna fonte di vigore, ma bensì di effeminatezza;

se egli tanto si compiace in Giovanna perchè danza e suona, ciò prova com'ei ceda al fascino de' sensi.

Ma, per concludere, dev'egli trovare il suo maggior diletto nel l'amar cosa terrena?

9. *Cod.* ligurgus   10. *Cod.* firmabat - gordinium

(1) Cf. Boet. *Inst. mus.* I, 1.   (2) Pers. *Sat.* I, 1.

decipias, solam formam et inhonestatis absentiam admiraris? ergo postquam istam amare cepisti, nunquam verbum aliquid inhonestum tuo, sicut asseris, evolavit ab ore? placeret hoc, si virtutis et honestatis studio sique Dei amore factum esset; sed quod 5 inhonestis sermonibus abstineas ut uni placeas mulieri, nec honestum nec virtuosum est. sed inquis: nonne sanctius est rem animatam amare, quam opes vel aurum et cetera ratione carentia? hoc sic simpliciter dictum nec hinc nec inde solidam habet veritatem. nichil enim horum, preter mediatorem Dei et hominum Iesum 10 Christum, per se amandum est, nisi quatenus in finem ultimum ordinatur. animantia autem, si ratione careant, digniora sunt natura; quantum ad virtutem autem attinet, nichil differunt ab inanimatis. media namque sunt bona quidem, si bene utamur; mala quidem, si male. rationalia vero animalia diligenda sunt propter 15 Deum et in ipsum, quacunque ratione possumus, ordinanda. tu autem de temet iudica, si hoc amore tuo Iohannam, dilectam tuam, in Deum ordinas, in Deum ducis aut Deo preparas; an Deo optes, an potius, cum illam amas, de te cogitas, tibique et menti tue, imo levitati, imo insanie indulges, ut te delectes et te 20 oblectes. nec iam optes aliquod crudele vulnus pectori infigi meo: iandiu quidem quantum ad hoc receptui cecini: scio me capi non posse, nisi velim, teque ex hoc barathro emergere posse, si velis. nec metuo Cupidinem tuum nec ipsam Venerem, armati licet veniant facibus et sagittis. arsi, cum etas tulit; et ego 25 Iohannam habui meam, quam bucolico carmine ficto ex interpretatione vocabuli sub nomine C a r i s t e s, quod D e i g r a t i a sonat, cecini [1]. ac siquidem et novem annis meus non fui; gaudeoque, cum millies in amplexus iverim suos, nunquam ulla labe fedati sumus. nec ipsa obtulit nec ego petivi; optabam, fa- 30 teor; sed me pudor amorque continuit; illam mallem virtute quam pudore se continuisse: quid horum fuerit, Deus testis. nec modo senescentem hec passio non tentavit; quod indignans vulgariter cecini: quid facies, o senex crispe et cane, compulse

Nè onesto nè virtuoso è chi opera in cotal guisa.

Gli esseri animati come gli inanimati

non debbon esser oggetto d' amore per noi;

se non in quanto per mezzo loro l'animo nostro s'elevi a Dio.

Non voglia Pellegrino dunque esprimer l' augurio che Coluccio provi ancor egli qual sia la forza d'amore:

amò quando ne fu tempo;

amò per nove anni,

ma d' incontaminato affetto.

E pur vecchio sentì le freece d'Amore,

12-13. *Cod.* animatis 27. *Cod. reca* sonat *aggiunto in margine dallo stesso copista.* 31. *Cod. omette* se

(1) Cf. lib. III, ep. VIIII e lib. VII, ep. IIII; I, 157; II, 266.

ma s'avvide del pericolo, e ruppe i lacci ingannevoli.

per virtutem tertii celi? (1) sed, laus Deo, sic michimet displicui, quod laqueum preparatum rupi et fugi. nec, ut me ad amorem

Nè adduca per scusare se stesso l'esempio del Petrarca,

horteris aut te excuses, Petrarcam nostrum ponas in exemplum. amavit ille, nec, ut arbitraris, honeste, imo ad libidinem et furiose; hoc ipse fatetur in principio suorum Fragmentorum, ubi se apud 5 amantes veniam reperturum esse confidit ex iuvenilibus suis er-

nè affermi che per amare s'acquisti fama eterna, seppur non chiama gloria l'infamia.

roribus (2). nec unquam memini me legisse quenquam ob amorem nomen eternum fuisse consecutum, nisi nomen eternum, eternam appelles infamiam, qualem scribis suis amoribus contraxisse Masinissam. his itaque confectis, volo tecum quod precedente epi- 10 stola exorsus sum, concludendo resumere; teque, sicut verum amicum decet, postquam tota nimis erras via, in rectum iter reducere; vel si id forte minus potuero, tibi ad aggravationem culpe viam honestam ratione clarissima demonstrare.

Or non creda ch'egli voglia distorlo dall'amare. Ami anzi: ma ami Dio sopra ogni cosa;

Expectas forte quod te vetem amare. hoc ego non faciam, 15 imo iubeo, rogo suadeoque quod ames: ames quidem Deum, sicut mandatum est, ex tota anima tua et ex toto corde tuo et ex totis viribus tuis, et proximum tuum sicut te ipsum (3). tunc autem te amabis, cum omnes cogitationes et actus tuos in Deum direxeris et ex tota mente ad illam immarcescibilem gloriam, que est Deum 20 agnoscere, Deum diligere, Deo frui, nichilque plus appetere, suspi-

ami il prossimo più che se stesso;

rabis. tunc, sicut iuberis, amabis proximum, sicut te ipsum scilicet amare debes, cum ad illum eundem finem amabis, cum instiues monitis et invitabis exemplis; sic et ad hoc volo Iohannam diligas; diligas et omnes, quascunque cognoveris, mulieres, et 25 nedum mulieres, sed viros; tantaque sit in te caritatis affectio, quod

ami anche Giovanna, non perchè bella,

usque ad tuos perveniat inimicos. non ames Iohannam quia pulcra est, quod flavis crinibus, quod oculis sidereis, scintillan-

1. *Cod.* displicuit 16. *Cod. omette* quod

(1) Questo poetico componimento del S., un sonetto probabilmente, non è tra i pochi suoi che ci sono pervenuti. Le parole poi che il nostro riferisce come quelle che ne formavano il principio, se le traduciamo in volgare ci ridanno quasi di per se stesse due endecasillabi:

Che farai tu, vecchio rugoso e bianco,
Mosso dalla virtù del terzo cielo?

(2) Petr. *Canz.* par. I, son. 1:

Del vario stile in ch'io piango e ragiono
Fra le vane speranze e 'l van dolore,
Ove sia chi per prova intenda amore,
Spero trovar pietà, non che perdono.

(3) Cf. s. Luc. X, 27.

tibus atque vegetis, quod placibiliter loquatur, quod venuste moveatur, quod saltet egregie, quod sciat condecenter innectere brachia, quod alternare nexus, quod, dux choree, mille modis noverit variare gressus, mille sciat deflexus astruere. sed ames 5 eam quia Dei imago est, quia Dei docibilis, quia capax futura sit, si adfuerit Dei gratia, illius glorie, ad quam nati sumus. noli et tu, cum honeste amas, carnalium amatorum personam sumere. turpissima res est hypocrita esse; tales sunt

graziosa nelle movenze, nella danza;

bensì in quanto è immagine di Dio.

E se onesto è il suo ardore,

Qui Curios simulant et bacchanalia vivunt (1).

10 prestigiosum autem hypocrisis genus est et quod auditum non sit, cum honeste sentias, inhoneste te gerere: actus nostri signa mentis sunt; qui foris honeste vivunt, vix satis creduntur intrinsecus respondere. nimis enim omnibus in promptu est:

non tolleri che diverso apparisca agli occhi altrui,

Fronti nulla fides: quis enim non vicus abundat
15 Tristibus obscenis? (2)

unam legimus Claudiam procacibus moribus fidem integritatis abscondite vix divino fecisse testimonio (3). tu autem sic amas, ut, cum honestum amorem te concepisse iactes et clames, nulli tibi credant: sed, sicut vides et fateris, contra te publica laboret 20 fama; longe alia sit de te cunctorum opinio. quis de te aliter cogitaret, cum viderit te procatorum more, nunc interdiu, nunc nocturnum cum funalibus, domum, ubi illa fuerit, irrumpere sibique proximum inherere? videndo te, si excludaris, ut aliquando tibi contigisse sentio, convicia facere ianuis sere atque custo-25 dibus; et demum tuis canticis atque rythmis cuncta devovere blasphemiis atque diris? (4) non sunt ista sani amantis, sed potius

giustificando maligni sospetti col suo contegno, conveniente a folle amante,

7. *Cod. omette* honeste *Cod.* persummere *: il copista aggiunse in margine il* sonam *omesso nel testo.* 14. vicus] *Cod.* intus 21. *Cod.* interdium 25. *Cod.* rithimis

(1) Iuv. *Sat.* II, 3.

(2) Iuv. *Sat.* II, 8-9.

(3) Cf. Tit. Liv. *Hist.* XXIX, 4; Ovid. *Fast.* IV, 305 sgg.; Sueton. Tib. Caes. II &c.

(4) Di queste « disperate » dello Zambeccari ci rimane un saggio in quella sua canzone ancora inedita nel cod. Riccard. 1154, cc. 106 B - 108 A, la quale con grande sfoggio d'esempli mitologici e storici intende provare una volta di più di quanti delitti e di quante sciagure sia cagione tra gli uomini Amore.

insani. quid enim aliud iuvenis pro eunucho ducendus ad Thaidem vero invidebat eunucho, nisi quod

> summa forma semper conservam domi
> Videbit, conloquetur, aderit una in unis edibus,
> Cibum nonnumquam accipiet cum ea, interdum prope dormiet? (1) 5

poichè dà indizio d'amor turpe e sensuale.

que omnia, salva tamen honestatis castimonia, ut credi vis, nedum desideras, sed procuras. non sunt hec signa honesti amoris, sed potius turpis et fetidi. depone igitur has ineptias; nec te, si honestus esse vis amator, in turpis amoris arma conicias; ferme nichil interest, quantum ad honestatem pertinet, turpiter ames an ob 10 turpem causam. vale; nec in hac causa prudentie innitaris tue, sed potius aliis et expertis, quique ratione consulunt, non voluntate loquuntur; crede michi. Florentie, die Cinerum, tertio kalendas martias.

Ascolti quindi i consigli delle persone sagge ed esperte.

Multa restabant et vehementiora, quibus alias, si perstiteris 15 sique te non corrigas, respondebo. non enim intendo te amicum meum et fratrem meum in tanto errore dimittere; et, etiamsi cum turbatione tua faciendum sit, non in viam rectam salutis et honoris, quantum potero, revocare.

Chè se non vorrà emendarsi, adopererà per ricondurlo sulla retta via più stringenti ragioni.

III. 20

Al medesimo (2).

[N¹, c. 74 a.]

Peregrino Zanbechario.

Firenze, 27 aprile 1392-94.

Campione d'un vano amore, Pellegrino dunque teme la battaglia

Bene est, imo iam ferme abunde est: ille quidem honestissimus vanissimi miles amoris conspectum nostrum fugit, iamque 25 iudicio suo victus, acie turpiter cedens, congredi mecum timet,

11. *Cod.* invitaris

(1) Terent. *Eun.* II, iv, 366-68; ma il testo nel terzo verso dà « capiet ».

(2) Dinanzi al nuovo e ben più vigoroso assalto del S., lo Zambeccari pare non si perdesse d'animo; ma, bramoso d'alleati, dirigesse un'epistola a due notabili cittadini di Firenze, messer Filippo Corsini e messer Tommaso Marchi, amici non men suoi che

patronosque in sua causa, que qualis sit, ostendam, implorat et querit, quorum favore fretus, putat vanis rationibus se tueri; et insaniam insania excusans: quicunque, inquit, contradicit amori gebellinus est. ego autem si de honesto nobis amore sit sermo, 5 contradictorem non gebellinum, sed gehennium esse diffinio. quid enim infernale magis atque tartareum, quam vero, hoc est honesto, amori, qui quidem est, ut alias tibi scripsi, virtutum omnium plenitudo (1), contradicere? qui enim amori contrarius est contrarius est virtuti. nunc igitur ad te veniam, mi Peregrine. 10 vidi litteram tuam, de qua mecum tibi impresentiarum certamen erit, ad illos duos doctores egregios dominosque meos missam, dominum Philippum Corsinum et Thomam Marcum (2), qua co-

dacchè cerca alleati che gli diano man forte nella zuffa

ed esce fuori con strane affermazioni?

Vide la sua lettera al Corsini ed al Marchi

di Coluccio, esponendo loro la controversia insorta tra lui ed il collega e chiedendo probabilmente che sentenziassero da qual parte stava la ragione e da quale il torto. Ma il nostro, che s'era ormai giurato, come dalla precedente epistola si rileva, di non dar quartiere all'amico e di costringerlo a confessarsi vinto, riprende qui con maggior vivacità l'attacco e ribatte una per una le obbiezioni mossegli da Pellegrino, mostrandone tutta l'inanità.

(1) Cf. ep. I di questo libro, p. 5.

(2) Troppo nota agli studiosi di cose fiorentine è la parte che ne' consigli della sua repubblica sostenne per mezzo secolo e più Filippo Corsini (1334-1421), figlio di Tommaso di Duccio, giureconsulto illustre, e fratello quindi di quel Pietro, vescovo prima di Firenze, poi cardinale di S. Chiesa, del quale già ci siamo intrattenuti (cf. vol. II, p. 480), perchè spendiamo ora parole a discorrerne. La vita politica di Filippo, gli uffici faticosi, importantissimi, ch'ei disimpegnò in patria e fuori, gli onori di cui gli furono larghi principi e pontefici, hanno trovato del resto un narratore abbastanza copioso ed esatto nel Passerini, *Genealogia e storia della famiglia Corsini,* Firenze, 1858, p. 75 sgg. Pure meglio che da un arido genealogista il ritratto di quest' insigne personaggio, uom di Stato sagace e profondo, d'animo rettissimo, giureconsulto de' più stimati ai suoi giorni, facondo oratore, vorrebbe esser colorito dall'esperta mano d'uno storico.

Troppo più oscuro che il Corsini al presente non sia è in quella vece messer Tommaso Marchi, perchè ci sembri superfluo ricostruire qui, come meglio possiamo, la sua biografia. Nato da messer Marco Marchi, ragguardevol cittadino di Firenze, Tommaso, recatosi da giovane allo Studio di Bologna, otteneva nel 1367 da Urbano V, per intromissione di Francesco Bruni, la grazia d'essere ammesso, quando un posto divenisse vacante, nelle scuole di gius canonico, che il pontefice aveva quivi fondate: cf. la lettera della Signoria al Bruni in data del 26 giugno presso Gherardi, *Stat. della Univ. e Studio fior.* par. II, p. 327, n. LIII. Come assai spesso avveniva, compiuti gli studi, il Marchi indugiò a lungo a domandare la laurea; giacchè soltanto nel 1376 i signori avvertivano il vescovo di Fi-

e se ne vergognò per lui, tanto è vano ciò che scrive

naris his, que tibi scripsimus, respondere: vidi quidem et legi: et ita me Deus amet, ut vidi puduitque videre![1]; adeo vana sunt et incorrespondentia cuncta que scribis: fluctuant omnia,

renze, « cum sapiens vir dominus To« masius Marchi dilectissimus civis « noster, qui multum his temporibus « in honoribus ac servitiis nostre rei« publice laboravit, in sacrorum cano« num professione velit et appetat « doctorari », che egli conceder volesse al suo vicario o ad altra idonea persona facoltà, « quod huiusmodi do« ctoratus celebrationem his diebus « pascalibus debeat expedire »; Arch. di Stato in Firenze, *Miss.* 17, c. 14 B, « Episcopo Florentino », 12 aprile. Accennasi qui a servigi resi da messer Tommaso alla patria; e noi sappiamo infatti dai documenti del tempo che, scoppiata l'anno innanzi la guerra tra Firenze e la Chiesa, il Marchi, inviato ambasciatore negli Stati soggetti al pontefice, erasi strenuamente adoperato a propagarvi ed attizzarvi la ribellione contro gli ufficiali ecclesiastici. Così nell'ottobre, recatosi a Siena, aveva innanzi tutto cercato di indurre questa città a contrar lega coi Fiorentini, facendo balenare ai Senesi la speranza che, ove si piegassero a ciò, riuscirebbero forse a strappare agli Aretini il conteso Lucignano (*Miss.* 15, c. 18 A, « Nota a m. Thomaso Marchi « ambax. a Siena », 26 ottobre); nel dicembre passato a Città di Castello promoveva per volere degli Otto Santi insieme a ser Taddeo Carchelli la rivolta d'Urbino; *Miss.* 15, c. 33 A, 16 dicembre. Di là pochi giorni dopo correva a Forlì a favorirvi l'elezione in signore della città di Sinibaldo Ordelaffi e meritava per la sua sagace solerzia le lodi della Signoria; *Miss.* 15, c. 41 A, « Domino Tomaso Marchi « Octo », 6 genn. Alcuni mesi appresso andava in Romagna a Galeotto Malatesta per trattar degli accordi tra costui e gli altri alleati de' Fiorentini (*Miss.* 17, c. 50 B, « Domino Galeocto », 31 luglio); e nel novembre a Perugia per difendervi la causa di taluni mercanti fiorentini; *Miss.* 17, c. 77 A, « Pe« rusinis », 8 dicembre. Ai Perugini questo « licentiatus in iure canonico », che sosteneva con tenacità forse soverchia le ragioni de' suoi concittadini, non pare garbasse troppo: « ceterum « scripsit nobis vestra fraternitas », così rispondevan i priori fiorentini a que' di Perugia il 31 dicembre, « que« dam satis mordacia contra sapien« tem virum dominum Thomaxium « Marchi ambaxiatorem nostrum, de « quibus cum eundem discretum, fi« delem et circunspectum ab experto « noverimus, satis cogimur admirari. « nec credimus ea nisi maliloquorum « malitia fraternitati vestre suggesta, « nec nobis per vos nisi fide data ma« livolis intimata »; *Miss.* 17, c. 82 A, « Perusinis ». Negli anni che seguirono poco sappiam di lui, e forse le violenze de' Ciompi lo consigliarono per qualche tempo a star lontano dalla vita pubblica. Squittinato nel febbraio 1382, per il gonfalone Vipera, quartiere S. Maria Nov. (cf. *Delizie degli erud. tosc.* XVI, 177), raggiungeva l'anno appresso per la prima volta il priorato (*Del.* cit. XVII, 45) e nell''84 andava ambasciatore con Benedetto Alberti ed Andrea Albizi a Siena; forse di mal' animo, chè nessuno si era voluto sobbarcare a tale ufficio, « considerato che li Sanesi sono uo« mini di furia e non molto perfetti « amici de' Fiorentini »; e difatti i commissari trovarono cattive accoglienze; *Del.* cit. XVII, 57. Più tran-

(1) V. nota 1 a p. 23.

obvolitant, non concludunt: sunt equidem, ut inquit Flaccus, liber,

e privo di solidità.

> cuius, velut egri somnia, vane
> Fingentur species, ut nec pes nec caput uni
> 5 Reddatur forme (2).

que, quia clarius in subsequentibus demonstrabo, nunc dimittam. unum autem, in quo questio tota versatur, primum tecum volo discutere; nec agam quidem, quod indigne ferre videris, ut predicatores cum mulierculis de sanctitate tractantes; nec, cum 10 temet dicas et credi velis alium te fore quam vulgus obloquatur quamque per actus ostendas extrinsecos amatorem, me sanctum iudices, quia sancte loquar, sed non etiam impudicum. tu enim cum ita vivas, quod amore perditus in oculis omnium videaris, asseris, quod ego vix credo, te sordidum aliquid non optare. 15 cur igitur me, si honestum conversatione videris sanctisque sermonibus uti, suspicaris inhonestum? est in hoc mea causa

Ma prima di rintuzzare i suoi futili argomenti,

vuol che l'amico lo ritenga sincero cultore dell'onestà, quale appare.

1. *Cod.* obvolatant 5. *Cod.* forme reddatur

quillo ed onorevole incarico ebbe dell''86, quando fu con m. Zanobi da Mezzola e Filippo di Cionetto Bastari mandato a Genova per indurre il papa a fare ritorno a Roma; partito di gennaio tornò a Firenze nel marzo (*Del.* cit. XVII, 76), ma senza aver nulla ottenuto; come nulla ottenne dell' '88, allorchè, a scongiurare la minacciata guerra tra il Visconti ed il signore di Padova, andò con Palmieri Altoviti a Bologna, a Ferrara, a Venezia; *Dieci di balìa, Leg. e Comm., Istr. e lett. miss.* I, 143, « Nota » del 10 ottobre; e cf. *Miss.* 21, c. 72 A, « Marchioni Estensi », 24 dic. Nel '90 addì 4 di febbraio con Alessandro Arrigucci si portò a Roma al pontefice (*Dieci di balìa, Leg.* cit. p. 168); ma l' 11 di marzo era già di ritorno, perchè in quel giorno pronunziava insieme a Lorenzo Ridolfi un parere sopra certa vertenza tra gli ufficiali dello Studio ed i provveditori della Camera del comune; GHERARDI, *Stat.* cit. par. II, p. 357, n. XCII. Una nuova e difficile commissione ebbe nel '92, quando dinanzi alle novità seguite in Pisa per la strage de' Gambacorti dovette il 25 ottobre recarvisi a tutela della vita e de' beni de' Fiorentini ivi residenti; *Del.* cit. XVIII, 134. Sortito una seconda volta de' priori nel '95 (*Del.* cit. XVIII, 157), sett'anni dopo giungeva al gonfalonierato di giustizia per i mesi di novembre e dicembre; *Del.* cit. XVIII, 211; DELL'ANCISA, *Selva sfrond.* MM, c. 418 B. Lo Studio l'anno innanzi lo aveva contato tra i suoi ufficiali; GHERARDI, op. cit. par. II, p. 375, n. CXIII. La data della sua morte m'è ignota; ma ch'ei fosse mancato avanti il 1409 ci dà certezza il testamento di Maria di Lapo di Falcone fatto in quest'anno; essa v'è detta infatti « uxor olim d. Tommasi de Marchis »; DELL'ANCISA, op. cit. CC, c. 413 A.

(1) Cf. OVID. *Met.* XIII, 223.

(2) HORAT. *Ep.* II, III, 7-9.

Non devesi, è vero, riporre troppa fiducia nelle apparenze;

pure chi è virtuoso non cerca dissimulare i suoi pregi; mentre il vizioso tenta occultare il proprio difetto.

probabilior longe quam tua. licet enim hypocritarum multus infinitusque sit numerus, verisimilius tamen est quos extra videris inhonestos tales et intrinsecus esse, quam quos fronte severa conspexeris non honestos. omnes enim virtutes suas notas volunt, non obtegunt ipsas vitiis, ne dematur opinio extimatioque virtutis. virtutum quidem penetral fronti respondere solet; vitiosum autem ab intra fermentum se ab extra non promit. quis enim sanctitatem et innocentiam suam non velit agnosci, quis vitia nolit, etiam si ipsis male gaudeat, occultari? sed hec acturus paulo post tecum sum; nunc illud tuum principale discutiam. in quo, si superior fuero, victor ero; nec poteris ad aliquos sic habere recursum, quin succumbas, quin te non oporteat vel incepta corrigere vel silere.

Vuol dunque lo Zambeccari che gli sia lecito l'amare a ricreazion dell'animo, dacchè nell'amor suo nulla v'ha di carnale,

e deride lui che ricorre alle divine scritture per combatterlo, affermando che parla da filosofo, non da uomo.

Parlerà dunque come uomo,

purchè egli a sua volta si mostri docile ai consigli ed inchinevole alla saggezza,

Ais etenim: sufficit et arbitror supportandum quod diligam, non ad voluptatem, sed pro mentis recreatione, reiecta quacunque libidine carnis. an ista iactas, quasi nulla sit vitiosa voluptas et immoderata delectatio, nisi carnalis ille concubitus? et quia me prohibes, imo verteris in risum, quod; pene tuis verbis utar; me ad Mendicantium argumenta convertam et illorum qui amplius non possunt in prelio residere; sermonemque et orationem ad divina deflectam, ut nemo audeat talibus contraire; visque quod loquar ut homo, non agam ut Cicero; agam plane tecum ut homo, quem rationale esse animal atque mortale cunctorum diffinivit auctoritas; agam itaque tecum ut rationalis et animal, non, ut te arbitror intelligere, veluti sensibus deditus et voluptati. utinamque loqui possem ut Cicero! saltem si in te finem assequi non possem, ut persuaderem, quod in auditore est, explicarem tamen oratoris officium apposite quidem; hoc est idonee dicerem ad persuadendum. sed quia facilius est hominem esse quam Ciceronem, loquar ut homo, nec agam ut Cicero. tu te michi, precor, exhibeas, qualem se Polemo prebuit Xenocrati; qui, cum coronatus floribus, luxuriose vestitus, redolens unguentis et vino gravis, a protracta in ortum solis cena domum rediens, illius philosophi forte patentes scolas intrasset, derisui habitus planeque et derisor in-

31. *Cod. per* Polemo *reca* Phylo 32-33. *Cod.* potracta

vectus, unius orationis elegantia, qua doctor ille de moderatione disseruit, expedito luxurioso, se in frugalitatem composuit philosophusque discessit[1]. hoc autem illi contigit, quia voluit et audivit; et si voles et audies, crede michi, quasi somno exper-
5 rectus tuos videbis errores et bona recognoscens, quibus dotatus es, Iohannam relinques et a tue procationis molestia, si ipsam, ut debes, diligis, liberabis. nec iam Ciceronem meum, licet se duabus sedere sellis a Laberio senserit reprehendi[2], velim quod bellis se civilibus immiscuerit accuses. nam qui, ut de Catone
10 dixit Octavius, presentem statum civitatis commutari non volet et civis et vir bonus est[3]. addam, quod magis admirere, quod in antiquissimis Solonis Atheniensium legibus, teste Aulo Gellio libro secundo Noctium Atticarum, relatum est expresse iuberi oportere, quotiens ob discordiam seditio atque discessio po-
15 puli in duas partes fieret, si, irritatis animis, utrinque pugnetur, neminem medium esse, sed omnes in partes se debere adiungere; qui autem solitarius esse maluerit et a communi malo civitatis secesserit, is domo, patria fortunisque omnibus careto: exul extorrisque esto[4]. nec hanc, si rationem consideres, unius
20 urbis legem, sed totius orbis esse credas, ut semper in sedanda discordia ac temperanda victoria sint auctores, ut et obsistere possint unius tyrannidi vel paucorum. quod adeo fecit Cicero noster; et tam libere de Pompeio loquebatur, ut legamus dixisse Pompeium: malo quod Cicero ad hostes transeat, ut
25 incipiat me timere[5]. videsne Arpinatem nostrum non pervicacia, non levitate, sed ratione atque consilio, non ut hominem quempiam, sed ut philosophum in partem optimatum secessisse? pondera tecum sacrum illud Bruti Catonisque consilium[6] et vi-

come fe' Polemone.

Così operando, certo muterà tenore di vita.

N accusi Cicerone di duplicità o di leggerezza, perchè prese parte alle guerre civili.

Il farlo era suo debito

e lo schierarsi tra gli ottimati azione da saggio.

Così fecero del resto Bruto e Catone

2. *Cod.* fragilitatem 11. *Cod.* *omette il secondo* quod 15. *Cod.* utrique 19. *Cod.* *dopo* consid. *dà* non

(1) Val. Max. *Dict. fact. mem.* VI, ix, ext. 1.

(2) Cf. Macrob. *Sat.* II, iii, 10.

(3) Non so indicar la fonte donde il S. ha tolto questa notizia.

(4) A. Gell. *Noct. Att.* II, 12; il testo dapprima compendiato è sull'ultimo letteralmente trascritto.

(5) Macrob. *Sat.* II, iii, 9.

(6) Allude al colloquio tra Bruto e Catone descritto da Luc. *Phars.* II, 234 sgg.

debis non sic precipitanter de viris illis principibus male iudicandum:

gentesne furorem
Hesperium ignote, romanaque signa sequentur,
Deductique fretis alio sub sidere reges? 5
Otia solus agam? procul hunc arcete furorem,
O superi &c.

que splendidissimus ille Cordubensis locus habet(1). et infra:

nec, si fortuna favebit,
Hunc quoque totius sibi ius promittere mundi 10
Non bene compertum est: ideo me milite vincat,
Ne sibi se vicisse putet(2).

e quant'altri preser parte alle lotte contro Cesare.

hoc non solum Catonem atque Brutum in castra contraria secedentes, sed omnes hinc inde illius belli principes intuentur atque concernunt. nec obscurum est ad Cesarem apud Emathiam 15 inclinante victoria, Brutum de ipsius cede cogitasse, ut quem consilio vel potentia a tyrannide se videbat prohibere non posse, ferro saltem arceret. sed

Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum(3),

ut rerum eventus edocuit, obstiterunt. hec in Ciceronis excusa- 20 tionem dicta sint.

Or egli chiede che si tolleri ch'egli ami a ricreazione dell'animo; onn per sfogo sensuale.

Nunc ad hypothesim tuam revertar. sufficere credis et supportandum arbitraris quod diligas, non ad voluptatem, sed pro mentis recreatione, reiecta quacunque libidine carnis. hoc quam formidanter affirmes vides. solebas hunc amorem tuum rem hone- 25 stissimam cunctisque plenam virtutibus predicare; nunc vero non affirmas, sed arbitraris, non virtuosum, sed arbitrandum, quod taliter ames: hoc non michi tantum, cui rationes validissimas comminaris, sed cause tue patronis dicis. licet igitur mecum aliter contendas, tecum sentis, quanvis tenuiter et quasi rimula 30 quadam, video, illam quam negas quamque conaris obducere

1. *Cod.* precipitantem 5. *Cod.* alis 20. *Cod.* obsisterunt - Cesaris 29. *Cod.* dices *corretto in* dicis

(1) Luc. *Phars.* II, 292-96.
(2) Luc. *Phars.* II, 320-23.
(3) Verg. *Aen.* VIII, 334.

veritatem. iam enim non asseris, sed arbitraris non honestum, sed supportandum, quod ad voluptatem non ames atque libidinem. possem te pro nunc tue relinquere opinioni, nisi, inter verum et falsum medius, facilius unde, quam quo iam ductus es, 5 inclinabilis esses. oportet igitur, ne ad falsitatis tenebras luce nimia veritatis territus redeas, adhuc paulisper ipsam ostendere veritatem oculosque tuos huic lumini paulatim admovendo assuefacere. spero quidem tandem te cuncta visurum, invictis subnixa rationibus, et finaliter reversurum in viam.

10 Amas igitur tuam Iohannam, non ad voluptatem, sed pro mentis recreatione. sed fare, precor: quid aliud est voluptas, quam illa delectatio quam adeptis que volebamus assumimus; unde a volendo adipiscendoque voluptas dicta est? (1) at tu, dum Iohannam vides, sicut adepta re quam volebas, nonne delectaris? 15 est igitur tuus hic intuitus sine dubitatione voluptas. hanc solent, ut refert Cicero (2), stoici diffinire sublationem animi sine ratione opinantis se magno bono frui. hoc autem opinari non puto quod neges, cum Iohannam vides tuam; tunc enim, ut asseris, mente recrearis; et ad hunc actum eam amas, non ad carnis li- 20 bidinem, ut credi vis. quid autem sit mentis hec recreatio, nisi renovatio delectationis et voluptatis, vellem exponeres. sed si volueris illorum; defensores, imo professores, voluptatis fuerunt; auctoritatem sequi, voluptas est dolori opposita tali contrarietate, quod putaverint inter hec duo nichil penitus interponi. indolen- 25 tiam equidem, que dolorum omnium privatio est, non medium aliquid, sed ipsam diffiniunt nichil aliud esse quam voluptatem (3). sed in hac re Ciceronem sequamur; et putemus voluptatem esse in nobis, cum percipitur ea que sensum aliquem moveat iocunditas (4). ad voluptatem igitur amas, ut leteris, ut iocunderis, ut 36 gaudeas et, ut tuo utar vocabulo, ut recreeris, quasi tibi sit ille contuitus illaque, quecunque sit, rei amate fruitio, iterata creatio tua;

Ma che è la voluttà se non il piacere nato dal desiderio soddisfatto ?

La sua adunque è voluttà, così nel senso in cui definivanla gli stoici,

come in quello che le dà Cicerone,

giacchè per conseguirla egli ama.

3. *Cod.* nuo *corretto in* nunc *dal copista, il quale dopo* tue *aveva scritto* voluntati *che cancellò.* 7. *Cod.* ammovendo

(1) Cf. Papias, *Lex.* s. v. volumus; Balbi, *Catholic.* s. v. voluptas.

(2) Cic. *De fin. bon. et mal.* II, 13.

(3) Cic. op. cit. II, 38-39.

(4) Cic. op. cit. II, 14.

hoc enim significat recreationis vocabulum; vel, quia recreare polysemum est; significat enim et reficere; sit tibi quedam mentis refectio atque cibus. o deridendus mentis cibus, o detestanda refectio! ergo mens tua reficitur et recreatur, quia Iohannam amas, quia Iohannam vides, quia Iohanne condelectaris! ergo mentis 5 nostre cibus sunt ista corporea? pudeat, mi Peregrine, talia dicere vel sentire: alta res mens est et, ut ita loquar, divina et que transcendat adeo sensus, quod coniuncta corpori nichil possit corporeum per se et principaliter intueri. recipiuntur enim obiectorum species a sensibus corporis; distinguuntur a sensu com- 10 muni, abstrahuntur a phantasia et, cum per ipsam fuerint intellectui representata, possibili lumine quodam, quem intellectum agentem vocant, reducente possibilitatem in actum, creatur in anima intellectio, que primus actus est intellectus humani; ut hac ratione videre possis hunc totum anime nostre discursum per plura 15 media mentem, hoc est intellectum vel vim memorativam, a qua mens dicta est, attingere. cuius mentis opus est abstrahere ab istis singularibus communia quedam, dividere atque componere; que nunquid facias, cum Iohannam admiraris et vides, an solum oculos pascas et sensibus condelecteris, quod nobis est commune 20 cum belluis, tibimet volo respondeas. cum igitur hec tua tota recreatio ad sensus pertineat, volo michi, si placet, ostendas quid in hac re assignare possis honestum. triplex equidem bonum est: delectabile, condecens, honestum [1]: triplex est amor, cuius quidem obiectum est bonum: nichil eternum sub ratione mali diligi po- 25 test, nichilque potest, quod nobis bonum appareat, non amari. est enim amor utilis, qui ad avariciam spectat; est delectabilium, que sensus respiciunt; est et honestorum, que pertinent ad virtutem. dic michi, Peregrine, quo amore Iohannam amas? volo pro te, si placet, constantissime respondere; nec solum quod af- 30 firmas, sed etiam quod credi vis simul coniungam: amas amore delectabili, amas et honesto. de hoc ultimo primum sermo sit; mox ad alium redibo.

La sua mente si ricrea dunque in cosa corporea e corruttibile;

la sua mente che è divina, per così dire,

e certo formata a più nobile ufficio.

Nè possibile riesce dimostrare che tale amore sia in qualche maniera buono.

1-2. *Cod.* polixenum 24. *Cod.* conducens

(1) Cf. Cic. *Tusc.* V, xxx, 76.

Si honestus est hic tuus amor, ad aliquam debet spectare virtutem. dic michi: est ne hic actus amandi tuus prudentia? at ea est agibilium recta ratio; non est igitur amor ille prudentia; non est et actus prudentie, utpote qui formam nec det nec contineat agendorum. non est etiam actus ex prudentia, rei scilicet corruptibili et ex illo quod in ea maxime fluxum est et transitorium affectus tanta cum intensione coniungere. quid enim in illa miraris et diligis? formositatem atque decorem? tempus erit, inquit Sibylla,

Se fosse buono corrisponderebbe ad alcuna tra le virtù.

Ora esso non è la prudenza nè atto di prudenza,

perchè ammira in Giovanna ciò che è più labile,

> cum me de tanto corpore parvam
> Longa dies faciet; consumptaque membra senecta,
> Ad minimum redigentur onus: nec amata videbor
> Nec placuisse deo. Phebus quoque forsitan ipse
> Vel non cognoscet, vel dilexisse negabit;

ut inquit Naso[1]. hoc idem cogita tibi Iohannam dicere; et taceat licet, si prudens fueris, ut ex preteritis argumentum capias ad futura, hoc tu ipse tecum dicere potes et debes. hoc narrant oculi illi siderei, de quibus illa tibi rarissime complacet et adeo est avara; hoc mellitum illud os, eburnei dentes, permixtusque cutis candor et rubor et illa flavedo gratissima capillorum, que sine dubitatione tanto plus te capit, quanto rarior decor iste Bononiensibus puellis inest. quid enim fragilius atque fugacius forme dignitate, que, ut inquit Cicero, morbo aut vetustate deflorescit?[2] et ego ipse, si ista nostra tibi placuerint, aliquando cecini:

la sua bellezza,

fragile decoro,

> Ergo cave, dilecte comes, fellita Dionis
> Spicula nec flore capiat te forma caduco.
> Ille quidem fulgor, quo nunc tua flamma superbit,
> Quoque capit iuvenes templis circoque frequentes,
> Occidet et flavos properans albedo capillos
> Inficiet; nitidasque genas vegetumque colorem
> Squallida fedabit turpi pallore vetustas[3].

tosto dall' età distrutto.

7. *Il copista aveva scritto* intentione, *che poi corresse*. 12. *Cod.* videbis (or) 16. *Cod.* cupias 20. *Cod.* gravissima 21. *Cod.* carior

(1) Ovid. *Met.* XVI, 147-51; ma il testo nel 2° verso dà « faciat », nel 3° « redigantur », nel 5° « agnoscet ».

(2) [Cic.] *Rhet. ad Her.* IV, xxvii, 38.

(3) Son versi desunti dall'epistola del S. stesso ad Alberto degli Albizzi, lib. V, ep. xi; II, 63, vv. 30-36; ma con qualche variante.

et paulo post:

Expecta modicum: iam florida defluet etas &c (1).

nec iam ad mores virtutesque confugias, quas an possis et debeas vel diligere vel mirari in hac tua Iohanna adolescentula et inerudita, cuius nec etas nec professio patitur quecunque fecerit in 5 finem debitum, quemque non intelligat nec noverit ordinare, epistola precedente satis explicui, satisque omnibus, qui desipere et ad libidinem loqui non voluerint, arbitror persuasum (2). non pertinet autem ad fortitudinem hic amor tuus, sed potius ad molliciem atque delectationem, nisi forsitan amandi plus quam debeas 10 pertinaciam, fortitudinem voces; quod quidem allegari non potest ex eo quod modum transeat et cuncta moderanti careat ratione. nec sobrietati vel continentie ascribas: illa quidem circa cibos; hec contrarie passioni permixta venereis moderatur; tu autem te dicis sordidum illum carnis affectum huius amoris mundicia non 15 sentire. si tollitur autem concupiscentia, que carnis libido est, tollitur etiam et continentia, que est passionis huiuscemodi moderatrix. an forte dices esse iusticiam uxorem alterius ad delectationem mentis, non ad voluptatem carnis amare? si hoc iusticia est, aut erit commutatorum equalitas, que nulla in isto 20 amore sunt, aut certa distributio, consideratione, sicut decet, adhibita, dignitatum et meritorum; que cum in huius dilectionis actu assignare non queas, non potes etiam iusticiam demonstrare. nam quod hunc tue private passionis actum in publice utilitatis finem dirigas aut dirigere possis, nec credo nec video; ut sic manife- 25 stum sit etiam ad legalem iusticiam non spectare. educ ergo, si potes, ex honestatis acervo proprietatem, cui talis amoris habitum, qualem confiteris, ascribas. quod si ad theologica volueris recurrere, illorum de more, qui, ut inquis, amplius non possunt in prelio residere, concede etiam michi quod loqui possim ultra 30

Non ha a che fare con la fortezza,

nè colla temperanza.

S'allontana pure dalla giustizia.

Chè se Pellegrino vorrà ricorrere ad altri argomenti,

7. *Cod.* decipere 30. *Le parole* ultra - vides *(p. 31, r. 2), omesse per errore nel testo, furon dal copista aggiunte in margine, dove ripetè pure* omnia *che aveva già scritto nel contesto.*

(1) Ep. cit. p. 64, v. 4. (2) Cf. ep. II di questo libro, p. 12 sgg.

quam homo. conficiam statim sine difficultate negocium et te graviter in Deum errare convincam. nunc autem, ut vides, omnia illa, quibus sacrilegum est contradicere, in hac disputatione dimitto, te solum rationi astringens et secularium auctoritati; ut etiam 5 iuxta gentilium traditiones, quibus illa quidem vera et germana veritas non innotuit, te videas superatum. scrutare diligenter philosophorum editiones; inveni, si potes, aliquem huic opinioni fautorem aut testem: revolve Ciceronis officia, sententias Senece et Aristotelis speculationes Eustratiique commentaria (1). ostende 10 nobis virtuosum esse tam effluxe tamque vehementer rem corpoream ad delectationem amare. quod si reperire non valebis, noli te morum auctorem novum et inauditum diffinitorem virtutis et honestatis facĕre; nec actum tuum, licet aliquam demas turpitudinem, velis confestim asserere virtuosum. non unius 15 absentia note, sed multarum, imo omnium; non una, sed plurime rectitudines et circunstantiarum debitus ordo moderatioque virtutis aut virtuosum actum facit aut certe virtutis. virtuosus equidem non est actus, nisi procedat ex habitu; nec habitus moraliter loquendo effici potest, nisi ex precedentibus actibus. actus ha- 20 bitum precedentes non virtuosi sunt, sed dicuntur esse virtutis, sicut nulla dispositio, ut verbi gratia dicamus, albedinis ante formam candoris introducta, facit subiectum album, licet illa dispositio proprie atque veraciter albedinis appelletur. non potest igitur amor tuus, sicut dicis et vis credi, virtutis actus nuncu- 25 pari, cui non ordinetur; nec virtuosus, qui ex acquisito virtutis habitu non procedat. sed inquies: amo ipsam amore delectabili, fedam excludens carnis libidinem et concupiscentiam. o occu-

agevole riuscirà a lui mostrare ch'ei pecca contro Dio.

Ma a ciò bastano i precetti della filosofia;

che nega esser atto virtuoso un amore così sregolato per oggetto terreno.

L'amor suo quindi non è atto di virtù, nè virtuoso.

Ma, risponderà forse, è fonte di diletto.

2. *Cod.* video 24. *Cod.* actum

(1) Allude qui a quell'Eustrazio, metropolita di Nicea nel 1117, che dettò un commento all'*Etica Nicomachea,* il quale fu stampato per la prima volta in greco a Venezia nel 1536; cf. FABRICIUS, *Biblioth. graeca,* Hamburgi, MDCCXVI, lib. III, cap. VI, p. 151 A. Quanta stima si facesse dalla scuola del S. di questo commentatore aristotelico mostrano le seguenti parole di Leonardo d'Arezzo: « Eustra« tius enim natione Graecus est et in« ter doctissimos apud Graecos habe« tur. libros certe *Ethicorum* graeca in « lingua sic perite commentatus est, ut « solus commentator illorum meruerit « appellari »; L. BRUNI *Epist.* lib. V, ep. 1; II, 4.

pationem homine indignam, o delectationem inanem, o rem creature rationalis nullis rationibus defendendam! ad delectationem amas? si sensuum, hoc tibi commune cum belluis; hoc forte magis in pueris reperitur; hoc maxime est in affectibus depravatis. si vero volueris hanc delectationem intellectus esse, non sensuum, non video cur magis erga Iohannam occuperis, quam viros pulcros et virtuosos, quam milites strenuos et manu fortes aut optimos privatorum atque rei publice defensores; quam circa viros intellectus lumine fulgidos et rerum spectabilium studiosos; ut in hac electione tua videre debeas non mediocriter te errare. sed aliud est quod te tue Iohanne conciliat: aliud est profecto, mi Peregrine, quod vel dissimulas vel non sentis. scio quod de contrahendis secum nuptiis, si vera sunt que fideli relatione percepi, affectum atque colloquium habuisti. cogitabas tecum illa matrimonii bona; quod pulcra faceret te prole parentem, quod omnes tecum exigeret annos[1], quod et sine crimine flammam acciperes notusque medullas intraret calor et per labefacta curreret ossa, oblatosque dares amplexus et placidum peteres, coniugis affusus gremio, per membra soporem[2]. inherent adhuc mente, non dicam moderati, sed tolerabiles hi coniugalis amoris affectus; tolerabiles, inquam, inter corruptos mores, non tamen ratione debita regulati: et cum spem vel, ut credi vis, concupiscentiam tibi concubitus ademeris, honestos putas illosque tibi reservans eis ultra debitum delectaris. que autem delectatio tibi sit et qualis paucis expediam. non enim contentus, quod tecum potes et forsitan non inhoneste potes, amare et delectari quod ames, ardes et concupiscis tue Iohanne faciem intueri, in illa figeris, in illa, veluti summum aut summo proximum bonum adeptus, quiescis, delectaris et gaudes, sicque ureris et sterilem sperando nutris amorem[3]. spectas enim flavos collo pendere capillos, vides igne micantes,

Sideribus similes, oculos: vides oscula, que non
Est vidisse satis: laudas digitosque manusque,

E di quale diletto? se dei sensi è riprovevole; se dell' intelletto niuna ragione v'ha di preferire Giovanna a quanti egregi spiriti vivono. Altra è la cagione della sua tenerezza per colei. Sperava farla sua, vederla madre de' propri figli; ed ancora arde dell' antica fiamma; sebbene i suoi voti siano andati delusi, stima onesto ciò che lo diletta, perchè ha rimosso dal suo amore ogni desiderio carnale. Pure della bellezza di lei si strugge,

(1) Parafrasi d'un luogo notissimo di Verg. *Aen.* I, 75.
(2) Altra parafrasi Virgiliana; cf. Verg. *Aen.* VIII, 389-90; 405-406.
(3) Ovid. *Met.* I, 496:
Uritur et sterilem sperando nutrit amorem.

Brachiaque et nudos media plus parte lacertos:
Si qua latent, meliora putas;

uti de Phebo et Daphne dixit Ovidius (1). si aliter est, si quicquam mentior, dic audacter, expone secure. nec inficieris si ali-
5 quando, cum in huius rei procurationem pergis, ipsam videre non queas, quos effundas questus, quibus rumparis angoribus, quantaque turbationis molestia torquearis. ut si michi volueris vera fateri, sique tuis credimus canticis (2), plus tibi fuerit in hoc amore tristicie plusque laboris quam gaudii vel quietis: cumque
10 ipsam ad recreationem ames et ipsam continue videre non liceat neque possis, totum hoc quo seiungeris tempus tibi triste, nubilosum atque sollicitum et anxium fluat necesse est. o pulcra recreatio, que minus affert leticie quam meroris, o honesta et delectabilis occupatio, que tempus expendat inaniter vel moleste! sed
15 ad amorem tuum revertamur. Iohannam amas amore sterili, sed honesto; non tamen prudenter, ut supra latius probavi, cum res transitoria sit et illud in ipsa ames, quod maxime sit fluxum; non incontinenter, cum Veneris non tangaris affectu; immoderate tamen, qui nichil intemperanter amantium pretermittas; non iuste,
20 cum nichil eque distribuas; non fortiter, cum ad delectationem atque lasciviam ames. amas amore delectabili, in quo tamen adeo falsus es, adeoque malis gaudes tuis, quod plus fellis quam dulcedinis experiris. o si haberes hanc ipsam Iohannam tecum amantes tecumque procationis certantes officio, quanta zelatione men-
25 tem exureres, in quos suspitionum estus diebus singulis versareris! quis te miserior foret? veri autem boni vera dilectio nunquam sine virtutibus, nunquam sine leticia est, nunquam esse potest cum tristicia vel merore; non excludit socios, sed turba coama-

e se gli è negato vederla piange ed impreca;

sicchè, come i suoi versi stessi ne fanno fede, l'amore gli è fonte più di dolore che di gioia.

O lieta ed onesta occupazione quella da cui non nasce che danno!

L'amor suo non è dunque virtuoso, benchè puro;

ma soltanto fonte d'un mendace diletto,

che la gelosia varrebbe a distruggere.

Ben diverso è l'amor vero,

tranquillo, socievole, che non ha

5. *Dopo* pergis *il cod. dà* et 13. *Si attenderebbe* afferat 18. *Cod.* continenter 22. *Cod. omette* quod

(1) Ovid. *Met.* I, 497-502; ma il testo nel 1° verso dà « videt », « laudat » nel 2°, « putat » nel 3°.

(2) Tra i pochi sonetti dello Zambeccari a noi pervenuti parlano difatti i più delle pene che il poeta sopporta a cagion di

quel volto ch'à 'l governo
De la sua vita cum pena e dolore;

son. « Allotta che i diamanti » in Frati, *Rime di P. Z.* (cf. vol. II, p. 214), V, 7 e v. in questo stesso opuscolo i numeri II, III, IV e VI.

di mira il diletto, ma la felicità; al solo intelletto percepibile, indefinito, immutabile, perfetto insomma.

torum augetur; non ad recreationem, sed ad felicitatem amatur; non percipitur sensu, sed amplectitur intellectu: non potest deficere, quia nequit illud bonum, cum verum bonum sit, aliquando non diligi vel non esse, quia nichil in ipso transitorium est nichilque quod non sit ex omni parte perfectum. dicis autem te bonum hominem non vidisse: ergo Iohanna tua, quia homo est, bona non est: ergo rem non bonam amas. quod si de masculis solum intelligas illam irrepertam in homine bonitatem, nullum hominum velim ames, nulli patiaris amari; et de Iohanna tua pronuncia quod bona sit domina, non bona homo vel mulier; eamque turpissimus servus ama sicuti dominam bonam, non ut bonum, si potest tamen in re non bona bonum aliquod reperiri. sed sophisticis, dices, uteris. hoc autem ego non facio, nisi ut quod tibi secundo loco promisi iam incipiam et videas parumper, cum in disputationem veneris, quid loquaris.

Che se egli poi non trova buono alcuno al mondo, neppur sarà buona colei che governa l'animo suo.

Nella sua epistola gli minaccia da ultimo l'ira degli amanti.

Incipiamus ergo tuam illam epistolam discutere, qua concludis contra me iuvenes cunctos armandos atque puellas, meque pueris dandum in ludum, ne audeam per hanc clarissimam civitatem amplius ambulare; dicisque me quadragesimalibus cibis esse elatum, qui me usque in primum celum detulerunt, et subdis quod, si ad tertium pervenissem, amantium unguibus, ut Acteon a canibus, fuissem miserabiliter laceratus. o ioculare figmentum, o vere amens et non amans! egone metuam amantium iuvenum aut mulierum in hac nostra contentione iudicium? non certe. constituamus in auge tertii celi inter te et me ordinata disceptatione iudicium. sedeant laturi sententiam in aureo throno Venus atque Cupido: adsint indissolubiles Gratie, quas fingunt vates Veneris et Liberi filias; sit iuvenum et amantium utriusque sexus permixta multitudo in corone simulacrum circunfusa. dic, precor, causam tuam. amo, inquis, unam ex honestissimis dominabus, que fuerint in vitam edite: amo, inquam, non ad voluptatem, sed pro mentis recreatione, reiecta quacunque libidine carnis. nonne, cum hoc dixeris, tota concio cum iudicio vertetur in risum? ego vero contra te cunctorum astantium testimonium invocabo, ro-

Ma non sta a lui temerla.

Fingasi che in cielo giudici del loro piato seggano Venere ed Amore circondati dalla schiera degli amanti.

Esponga Pellegrino qual sia l'amore ch'egli vagheggia.

4. *Cod.* trasitor. 16. *Cod. omette* discutere 21. *Cod.* acheon

gans, quod si aliquis eorum est qui sic amaverit quique sic amandum censeat, in medium prodeat et tue cause patrocinium sumat. quis tecum erit? quem putas inter omnium temporum etates tibi consentem et socium invenire? cave ne tu mordicus di-5 scerparis, qui tui commentor amoris cunctos damnas amantes. exsiliet contra te blando versu Propertius et inquiet: nescio quid asseras, mi Peregrine;

Chi vorrà farsi suo avvocato?

Niuno certo, chè tutti stimeranno da lui biasimati gli affetti loro,

Properzio

> Cynthia prima suis miserum me facit ocellis,
> Contactum nullis ante cupidinibus.
> 10 Tunc michi constantis deiecit lumina fastus
> Et caput impositis pressit amor pedibus.
> Donec me docuit castas odire puellas,
> Improbus, et nullo vivere consilio (1).

recordabitur etiam se ad eandem, ut expressiora subticeam, ali-15 quando scripsisse:

> Cuncta tuus sepelivit amor: nec femina post te
> Ulla dedit collo dulcia vincla meo (2).

accedet etiam Tibullus ac dicet: cur amoris usum et dulces amplexus amantibus invides et viridi iuventuti? etenim, si nescis,

come Tibullo;

> 20 Carior est auro iuvenis, cui levia fulgent
> Ora nec amplexus aspera barba terit (3).

surget et hispidus a Venusia Flaccus et memor dilecte Cloes libera fatebitur oratione:

Orazio,

> Vixi puellis nuper idoneus
> 25 Et militavi non sine gloria (4).

et subdet:

> O, que beatum diva tenes Cyprum et
> Memphim carentem Sithonia nive,
> Regina, sublimi flagello
> 30 Tange Chloen semel arrogantem (5);

4. *Cod.* morsicus 12. *Cod.* odisse 21. *Cod.* neque

(1) PROPERT. *El.* I, I, 1-6; ma il testo dà « cepit » nel 1° verso e « tum » nel 3°.
(2) PROPERT. *El.* III, XV, 9-10.
(3) TIBULL. *El.* I, VIII, 31-32.
(4) HORAT. *Carm.* III, XXVI, 1-2.
(5) HORAT. ibid. 9-12.

al pari di Catullo veronese,

nec minus suas subiciet Lydiam ac Lycen (1). ridebit et te Veronensis Catullus et dicet: insane, quam in amore castitatem dicis? ama, sicut libet, et amorem effer in celos tuum; sed sine me cum Lesbia loqui:

Turbavit nitidos extinctus passer ocellos (2). 5

quod enim in terris cecini adhuc recordor, faleucio, ni fallor, carmine:

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresque senum severiorum
Omnes unius reputemus assis. 10
Soles occidere et redire possunt:
Nobis, cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.
Da michi basia mille, deinde centum,
Dein mille altera, dein secunda centum, 15
Deinde usque altera mille, deinde centum (3).

Ovidio, cantore degli amorosi sollazzi,

Sulmonensis autem noster aderit teque torvis aspiciens oculis intonabit: nosti carmina meorum amorum? vidisti ubi conquestus sum illius incredibilis voluptatis potentiam defuisse, quantaque cum indignatione denovi iacentia membra? an legisti quod a 20 nobis

Exigere..... angusta nocte Corinnam
Et memini numeros substinuisse novem? (4)

an forte putas inhonestum amanti militantique huic nostre Cypridi, quam videmus, turpe dicere: 25

Felix, quem Veneris certamina mutua perdunt!
Dî faciant, leti causa sit ista mei! (5)

1. *Cod.* licem 3. *Cod.* liber 6. *Cod.* falentio 10. unius] *Cod.* nimis 12. *Cod.* nobiscum 15. *Cod.* mi altera *(sic) e per* dein *reca* da 22. *Cod.* augusta

(1) Cf. Horat. *Carm.* I, viii, xiii, xxv; III, ix; IV, xiii.

(2) Catull. *Carm.* XIV, 13; cf. Iuv. *Sat.* VI, 8.

(3) Catull. *Carm.* V, 1-9. S'avverta che, sebben il S. possedesse fin dal 1375 l'esemplare dei carmi Catulliani, che è ora il Parig. Lat. 14137 (cf. lib. III, ep. xxiv; I, 222), pure all'infuori dei due qui allegati non ha mai citato, nelle sue epistole che ci son giunte, altri luoghi del poeta veronese.

(4) Ovid. *Am.* III, vii, 25-26.

(5) Ovid. *Am.* II, x, 29-30.

quid reliqua que sequuntur? nonne tanquam ab amante convenientissime dicta sunt:

> Induat adversis contraria pectora telis
> Miles, et eternum sanguine nomen emat:
> 5 Querat avarus opes; et que lassarit eundo
> Equora periuro naufragus ore bibat.
> At michi contingat Veneris languescere motu;
> Cum moriar, medium solvar et inter opus!
> Atque aliquis, nostro lacrimans in funere, dicat:
> 10 Conveniens vite mors fuit ista sue! (1)

deinde subiciet: quorsum tendit Ars amatoria nostra, tribus explicata libellis, nisi ut avidus amans in sue puelle complexus eat? quid sibi vult Infelicis remedium amoris, nisi quod iuvenis, qui ad amplexus nequeat pervenire, misera se liberet ser- 15 vitute? tu autem artes nostras effectu privas et medicinas admones nedum non utiles, sed inanes atque spernendas. denique consurget in te totum illud auditorium et queret: an tu ipse solus, cum se omnes ad libidinem fateantur amasse, ceteros non sequaris et, cum arma Cupidinis induas, cur ad finem, quem car- 20 nalis amoris occupatio querit quemve natura tanta cum voluptate constituit, non accedis? nec hec solum diceret, sed raptum manibus, veluti vite ipsorum et summe dulcedinis damnatorem, in frusta discerpent. tollas, precor, hos apparatus et hanc, quam tu et alii vera simulatione pretenditis, honestatem. Si tibi da- 25 retur Iohanne copia, si contiguas habere domos vicinia prestitisset, si in sui penetrabilem illam scissuram communis paries exhiberet et illa tecum pariter insaniret, crede michi, cito, non de conveniendo ad busta Nini, sicut Babylonii illi infelices amantes, sed de coniungendo thorum post dies paucissimos statueretis (2). 30 nec puto quod illa tibi credat de hac, quam predicas, castitate. non enim semel in anno, sed cunctis horis posset te sine metu turpitudinis intueri. quod si ita est, ut credi vis, quam stulte quam-

precettore ed ammonitore degli amanti sventurati;

tutti si scaglierano contro di lui,

che propugna un amore contrario alle leggi di natura.

Cessi dunque dall'ammantare di platonici veli la sua passione, che non è diversa da quelle che gli altri provano,

o, se diversa dee dirsi, è stolta ad un tempo

23. *Cod.* frustra 28. *Cod.* uini *(sic).*

(1) Ovid. *Am.* II, x, 31-38.

(2) Allude agli amori di Piramo e Tisbe ed al loro convegno narrato da Ovid. *Met.* IV, 87-88.

e sterile d'effetti.

que inaniter amas? quid enim quam iter assumere solum ut vadas, non ut quopiam perducaris; intrare fretum, ut nunquam attingas ad portum; inire pugnam, ut solum pugnes, non ut vincas; serere semina ne fructum legas; negociatorum labores assumere ne lucreris; studere ne discas; manducare ne vivas? sed dices: an amandum est ad libidinem? non, inquam, sed ad salutem vel saltem ad honestatem, nec solum amandum ut ames, sed ut hic amationis actus in aliud ordinetur. cave diligenter, si recte agere volueris vel amare, ne te sensitivus affectus moveat neve in finem non debitum dirigaris. hinc et inde respicias, ne preter rationem finis alliciat aut tumultuarium aliquid te impellat. non te ducat ad amandum passio, que quanto fuerit maior, tanto inordinatior, sed libera redeuntis a percepto ac vero fine rationis electio. in hoc autem amore, qui vere non virtus, sed passio est, morbus, infirmitas et egritudo mentis et rationis, cui sensualitas dominetur, impellit et movet te tue Iohanne vera vel credita pulcritudo. detinet autem finis ille, quem ponis sequax, scilicet tue procationis delectatio. in qua, licet plurimum erres, vides tamen, cum perpetua non sit multisque coniunctam experiaris angoribus, consistere non posse beatitudinem et felicitatem, quam nemo non potest optare.

Ami, se vuole, ma con fine più elevato e più utile,

non lasciandosi trascinare a riputar degno di lode

un affetto sensuale,

in cui la felicità non risiede.

Ritorni alfine in sè e riconosca la validità di questi argomenti.

Resipiscas, frater carissime, resipiscas; et licet ad libidinem non ames, non arbitreris tamen omnino te turpiter non amare. validis igitur rationibus, si potes, sique adhuc invaliditatem tue cause non respicis, te tuere: non ago tecum ut predicator, sed loquor, quod petis, ut homo, non sophisticis argumentis, sed rationibus planis; non serenum, sed turbidum, non incorruptum, sed culpabilem amorem tuum considerans; voloque in hoc solo te, si fieri valeat, innocentem. nec me sentio talem, qualem te esse desidero: licet ex hoc in me, quantum ad veritatem attinet, forte minuatur auctoritas; in te tamen nec tolli possit obligatio nec alia debeat esse voluntas. quam si cohibeas et rationi subieceris, plane bonum hominem te appellabo, licet multarum rerum integritate hominis bonitas perficiatur. nec credo te, nisi veris argumentationibus,

16. cui] *Cod.* tui 34. *Il copista aveva scritto* argumentis *che corresse.*

licet verissime sint, ab amore tuo divellere vel movere. satis enim est si te errare ostendero; etenim, cum voles, resilies. miror autem, cum me videas ex dilectione tibi tuam egritudinem ostendentem, quod te sicut sospitem asseveres; potes corpore valere, 5 sed, crede michi, nimis eger es mente. ego te virtutem doceo vitiumque depello; sed non prodest animi medicina nisi volentibus. nec de mea impotentia, sicut arbitrari videris, ista commoneo; sed ex percepta, multis experientiis, ratione. scio

Gli basta ch' ei confessi d' errare lungi dal retto cammino; d'esser infermo di mente, se non di corpo.

Nè lo accusi di spregiare, perchè vecchio, l' amore;

Turpe senex miles, turpe senilis amor (1):

10 sed omnino senes amare non posse nec arbitror nec sentio. quod si ex senectute me credis nimio frigore non amare, cur non ego cum aliis iudicem te calore iuventutis accensum ad aliud amare quam dicas? curque me, ut alias michi scribis, hortaris ut amem? an forte, si de concubitu non agatur, non potest etiam honestius 15 vel saltem sine libidine verisimilius amare senex quam adolescens, quam iuvenis quamque vir? vis autem videre si desipis? amorem tibi proponis sine concubitu et asseris ut absque ipso quicquid a principio creatum extitit, primeva etate corruisset; cum, stante amore, quem predicas, omnis sine dubio generatio tolle- 20 retur. allegas et Virgilianum iuvenem, qui, longe ab illo, quem in celum tollis, amore, illis presertim versiculis, si bene consideres, sentiebat (2). adducis et Flaccum, non tuum, sed illum, quem damnas, amorem lyrice concinentem: adducis in exemplum Cesarem et Octavianum, qui non castum, qualem defendis, amorem, 25 sed libidinosissimum secuti sunt. ubi es, mi Peregrine? non sentis adhuc morbum tuum? non vides planissime te errare? ab hostibus auxilia imploras; et illi, qui non aliter sentiebant quam viverent, si de tuo amore coram ipsis ageres, te sine dubio deri-

chè non è vietato ai vecchi l'amare.

Gli rinfaccia altre contraddizioni;

1. *Cod. dopo* tuo *ripete* te 11. *Cod. dopo* cur *dà due volte* non 15. *Cod.* libidinis *corretto in* libidine 16. *Cod.* decipis 20. iuvenem] *Cod.* Iohannem 23. *Cod.* continentem 27. *Cod.* illis 28. *Cod.* viverint

(1) Ovid. *Am.* I, ix, 4.

(2) Forse lo Zambeccari aveva ricordati i celebri versi dell'ecl. II di Virgilio:

Torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam...
Te Corydon, Alexi: trahit sua quemque voluptas.

lo esorta a non condannare la Venere fisica,

derent. cave Venerem damnes, que generationis est domina, ne sue nativitatis memor, que, resecto Celo,

Nuda Cytheriacis edita fertur aquis (1),

te iudicet exsecandum, ut et tuis genitalibus in mare proiectis, hec altera tua Venus, quam laudas sterilem, generetur: imo, probantibus universis, quos in meum supplicium advocas, tanquam amori contrarius, qui ab ipso coniunctionem illam delectabilem et prolificam arceas, castrationi, quo de te cesset omnis omnino suspitio, condemneris. derideant te iuvenes, qui, cum sensibus trahantur et secundum passiones vivant, non putant, muliere conspecta, quam intuenti pulcritudo conciliet, membra illa inobedientia non moveri, nec credere possint adesse illam, quam subesse predicas, castitatem: cumque te perpenderint non removere, sed prohibere cum hoc tuo amore concubitum, te, ut publicum amoris hostem, lacerent et discerpant.

se non vuol divenire egli medesimo oggetto di riso e di sdegno per gli amanti.

Insiste infine perchè riconosca che il suo amore per Giovanna non è virtuoso,

Concludamus igitur, mi Peregrine. ama Iohannam, ama et omnem rationalem creaturam, non ad recreationem, sed ad felicitatem, non tui gratia, sed eius, qui contemplatione diligitur. depone amorem istum furiosum et turbidum, quo tempus vel anxie, si illam videre non queas, transigis vel inutiliter, si ipsa fruaris, amittis: et cum videas hunc amorem tuum adeo vehementem, quod in tranquillitate mentis te non contineat, sed vel gestiente leticia nimis efferat vel egritudine effervente perturbet, ab experientia disce, si deprehendere non valeas ratione, ipsum nec virtutem esse nec etiam cum virtute. virtus etenim res tranquilla est et que secum non sensitivas, sed intellectuales, non vanas, sed solidas afferat voluptates. quicquid aliter te delectat nec virtutis nec virtus nec virtuosum esse potest nec etiam cum virtute. vale felix et mei memor, et parce longitudini. ex abundantia quidem cordis os loquitur (2) et ex amoris redundantia pauciora meam voluntatem et, ut arbitror, officium, non decebant. Florentie, quinto kalend. maias.

ed in omaggio all'affetto da cui è inspirata, scusi la lunghezza dell'epistola.

2. *Cod.* refecto celio   23. *Cod.* egretud. [i superscript]

(1) Ovid. *Ep.* VII, 60.   (2) S. Matth. XII, 39; s. Luc. VI, 45.

IIII.

Al medesimo (1).

[N[1], c. 120 b.]

Peregrino Zanbeccario.

Firenze, 24 ott. 1392-1394.

A qual pro rispondergli, dappoichè, accecato dalla passione, ei non sa confutar neppur uno degli argomenti recati contro di lui,

5 Decreveram, videns epistolam tuam, quam michi pro responsione misisti, vir insignis, frater optime et amice karissime, super materia tui amoris observare silentium. primo quidem videbam te taliter obcecatum, quod adhuc tu vel minimam rationum, quas tribus epistolis, ni fallor, et veras et inexpugnabiles 10 astruxerim, nec etiam leviter attigisses. pudor est, imo ridendum atque puerile, ne dicam ignorantie supinus error, quotiens in rei cuiuspiam contentionem veneris, cum in proposito maxima cum obstinatione persistas, que videas nedum impugnari, sed impugnata repetere; nec obiecta diluere, nec saltem alicuius valide ra- 15 tionis adminiculo te tueri. summa nostre contentionis est: an virtuosum sit diligere mulierem ad delectationem ac animi recreationem sine fine vel desiderio concumbendi. tu pertinaciter asseveras nedum virtuosum, sed virtuosissimum esse; ego vero ex opposita veluti regione contendo nedum hoc non esse virtuo- 20 sum, sed vitio plenum. et quod virtuosum, ut asseris, omnino non sit multis rationibus probatum est, non solum orthodoxis atque catholicis, quas tu sive mentis vitio sive cause metu non recipis, sed abhorres veluti rem abominabilem, captiosam et falsam; sed pure moralibus atque veris, quanvis omnis veritas ab 25 unica veritate, que est Deus, sine dubio sit et fluat; possitque theologus ipsas iure proprio vindicare, cuius est de summa veritate disserere, que Deus est, et ut in eius noticiam veniat per

ma sol ripete con ostinazione le ragioni già dimostrategli false?

Vuol Pellegrino che l' amare una donna d'amor platonico sia atto di virtù;

ei lo stima al contrario vizioso e prova l' opinion propria con argomentazioni d' indole non solo religiosa,

ma morale ancora e filosofica.

(1) Con quest'epistola si chiuse, per riaccendersi però, come vedremo, alcuni anni più tardi, la polemica tra il S. e lo Zambeccari. Notevole parrà, io penso, ai lettori l'asprezza con cui Coluccio si sforza qui di mostrare falso e mendace tutto il patrimonio di dottrine filosofiche sulla natura e gli effetti d'amore, che la poesia trovadorica di Provenza e di Francia aveva trasmesso alla nostra e che, arricchito e trasformato in parte dal genio del Petrarca, doveva per tanto tempo ancora rimanere base saldissima della lirica erotica italiana.

Provò già difatti non essere quell'amore atto derivante da alcuna virtù,

cunctas excurrere veritates. probavi hanc tuam passionem, sive amorem sive dilectionem voces, nullius ex quatuor virtutibus actum esse [1]. responde, si placet, vel ad unicam rationem: non putes, licet caput excutias, tam clare tamque valide disputationis laqueos effugisse. nec credam, quanvis amor ille te plurimum obcecaverit, adeo te desipere, quod virtutem voces amare Iohannam tuam vel ea, cum illam videris, delectari. actus enim sunt ista, non habitus, et actus, ut ostendi, qui nec ex virtute proveniant et informentur, nec in virtutem aliquam ordinentur. si enim virtus aut virtuosum essent, ad medium, non ad summum et extremum illud, quod fateris et credi vis, accederent. sed dices: cur, si tam veram causam foves, ad mea vel leviter non respondes? retribuam ad hec plane quod sentio: quia, cum multa dicas, nil tamen probas. imo replicabis: optime probavi quod volo. dixi quidem: hoc visceribus meis insitum est; dominam meam, quam michi solam virtute feci, usque ad extrema sincero et perfecto amore diligere. ipsa est que de errorum centro me perduxit ad lucem; de negligentia in sollertiam, de avaricia in liberalitatem, de duro et aspero in humilem et benignum, de immorato in moratum, de inhonesto ad actum honestatis invexit. ipsa est que spiritus michi tenet ab omni labe semotos, iocunditate refertos et in quibus nil cadit adversi. hec verba tua sunt, que quam composite quamque vere dixeris tu videto. quod autem ad rem non faciant, licet oppositum tibi forsan blandiaris, plane, ni fallor, ostendam. si Iohanna te talem fecit, dic michi, fuit hoc doctrina vel exemplo? non doctrina; non enim est hec mascula Sapho [2], quam non postremam inter poetas Grecia numeravit; non est aliqua Sibyllarum, quas doctissimas antiquissimi putaverunt; non sanctissima mulierum Eustochium, quam tantarum rerum tum scriptione tum disputatione Hieronymus dignatus est; non Fabiola vel Paula, non Marcella vel Furia; non alia quepiam illarum, quas idem doctor non solum epistolis, sed sacrarum litterarum expositionibus, imo expositionum voluminibus, crebre et

nè potersi quindi definir virtuoso;

eppur egli insiste nel chiamare fonte d'ogni sua lodevole azione questa sua passione per Giovanna.

Or come può costei aver esercitato tal benefico influsso su di lui? Non certo colla dottrina; poichè chi vorrà paragonarla alle donne illustri dell'antichità, alle pie amiche di s. Gerolamo,

6. *Cod.* decipere 19-20. *Cod. omette* in *dinanzi a* moratum

(1) Cf. ep. III di questo libro, p. 29. (2) Cf. Horat. *Ep.* I, XIX, 28.

accuratissime visitavit [1]. non Proba, non Italica, non Paulina, vel aliarum aliqua ad quas scripsit Aurelius, cum quibus materias altas atque subtiles alte et subtiliter, non aliter quam cum viris eruditissimis, agitavit [2]. non, inquam, Iohanna tua sancta Deme-
5 triades patris Ambrosii fidelis atque devota, cum qua dictione epistolaria loqueretur [3]. fuit hec eruditio quondam temporibus priscis et, quantum conicere possum, usque ad beati Bernardi Clarevallensis abbatis et contemporanei sui Petri Blesensis etatem continua successione perducta, que nedum in mulieribus, sed
10 ferme in viris, nostris temporibus, evanuit [4]. tua ista Iohanna cum docta non sit, te docere non potuit, nec qualem te gloriaris efficere per doctrinam. nec, ut videmus, fuit eruditrix exemplo. nam per eterni Numinis maiestatem fare, precor. cum tibi tam avara sit oculis, quod vix semel in anno te fuerit sidereis illis
15 facibus et celesti dignata contuitu, cur illius exemplo non didicisti moderantius facere quod illa tam raro concedit et in ipsam crebre non figere procaces illos et insatiabiles oculos tuos? hac morum similitudine longe melius eius amorem, quam tuis illis

di s. Agostino,

di s. Ambrogio,

o di s. Bernardo e di Pietro da Blois?

E neppur valse la donna sua ad erudirlo coll'esempio;

dappoichè, se quella è casta d'animo e di costumi,

ben diverso invece è Pellegrino.

7-8. *Cod.* Clarav.

(1) È ben noto come tra le pie matrone, alle quali sono dirette le epistole di s. Gerolamo, Paola, la sua figliuola Eustochio e Marcella tengano il primo luogo. A Puria ed a Fabiola, i cui nomi leggonsi in fronte alle epp. LIIII, LXIIII e LXXVIII, son poi da aggiungere Asella (ep. XLV), Principia (ep. LXV), Teodora (ep. LXXV), Salvina (ep. LXXIX) &c.

(2) A Proba s. Agostino scrisse tre epistole (CXXX, CXXXI, CL), ad Italica due (XCII, XCIX), una a Paolina (CXLVII). Altre sue corrispondenti furono Albina (CXXIV, CXXVI), Giuliana (CLXXXVIII), Felicia (CCVIII), Felicita (CCX), Sapida (CCLXIII), Ecdicia (CCLXII), Massima (CCLXIV), Fabiola (CCLXVI) &c.

(3) Il S. s'inganna. Ad Anicia Demetriade, figlia di Sesto Anicio Ermogeniano Olibrio e di Anicia Giuliana, lodata per la sua pietà dai più illustri scrittori cristiani del tempo, scrissero lettere s. Gerolamo e s. Agostino; ma non s. Ambrogio: cf. De Vit, *Tot. latinit. onomastic.* I, 300. Il vescovo milanese indirizzò bensì il suo libro *De virginibus* alla sorella Marcellina; *Opera*, II, par. I, p. 197 sgg.

(4) Tra le epistole di s. Bernardo parecchie son quelle intitolate a regine ed a principesse (cf. così in *Opera*, t. I, epp. CXVI, CXVII, CXX, CXXI, CXXXVII, CCVI, CCLXXXIX, CCC, CCCI, CCCXV, CCCLIV, CCCLV &c.); ma altre pure se ne leggono dirette a pie donne ed a monache (CXIII, CXIV, CXV, CXVIII, CCCLXVI, CCCXCI); tra quelle di Pietro da Blois, ove si tolgano due epistole indirizzate alla regina d'Inghilterra e tre a sovrana innominata (CLIV, CLXVII, CLXIX, CLXX, CLXXX), le quattro rimanenti, che portano in fronte nomi femminili, sono scritte a monache (XXXV, XXXVI, LV, CCXXXVI).

importunitatibus adepturus; unde tantum, nisi deciperis a te ipso, solet amor de duobus unum efficere et vicissitudinaria commutatione alterum in alterum transformare. nam, tametsi, ut tibi fatear quod non creditur nec credo, velle vestrum unum sit, ut inter vos omnino cesset naturalis ille suscipiende prolis affectus, per cetera nimium dissentitis. tu illam sequeris; illa te fugit; tu de illa loqueris, clamas, insanis; illa de te nec loquitur nec curat. tu, cum illam aspicis, dilataris, gaudes et exultas; illa vero, cum te videt, turbatur, constringitur, spernit; ut nedum vicissim te intuendo non respondet, sed oculos negat suos. si hec dilecta tua, ut inquis, pudicicie lumen et decus, ipsa dicitur et predicatur honestas, cur ab ipsa publicos mores et affectus honestissimos non addiscis? an forte que mulieribus honesta sunt queve feminas decent, maribus non conveniunt et sunt viris forsitan inhonesta? o quanto melius, mi Peregrine, tuos recognoscens errores, ad honestiora te convertes et que sine ulla suspitione cordis impudici potes, imo debes, diligere, incipies honestus amare! laqueus est hic amor tuus, quo ad illa traheris, que non credis, et quod omnibus constat credi non vis. quinque sunt amandi linee sive gradus:

Visus et alloquium, contactus et oscula, factum (1);

unde Flaccus noster de osculis loquens ait:

que Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit (2).

S'ammetta pure ch'entrambi s'accordino nel rigettare ogni diletto sensuale; ma nel resto dissentono: egli insegue Giovanna, questa lo fugge.

Perchè dunque se dessa è pudicissima, non apprende ad esserlo egli ancora?

O quanto meglio farebbe a ritornar in se stesso,

a fuggire i lacci ne' quali s'avvolge,

passando per tutti i gradi dell'amore,

1. *Cod.* si decipis *ed omette* tantum 6. *Cod.* dissentis 9. *Cod.* constingitur 16. *Cod.* converteres 18. *Cod. dopo* credis *dà* nec, *che ho mutato in* et *per toglier via la du-*

(1) È il primo verso d'un distico medievale, che il S. trasse forse da Giov. di Salisbury, il quale lo cita nel *Policr.* lib. VI, cap. XXIII. Il distico intero si legge poi altrove con alcune varianti; così per es. nel cod. ZQQ, D, 71, c. 233 A, della Comunale di Palermo:

Visus et alloquium, tactus, post oscula factum,
Istis quinque modis species signantur amoris.

Un rifacimento più tardo ce ne è conservato nella nota raccolta *Nugae venales sive thesaurus ridendi & iocandi*, Londini, MDCCXLI, p. 47; Versus leonini de amore:

Post visum risum, post risum venit in usum,
Post usum tactum, post tactum venit in actum,
Post actum factum, post factum penitet actum.

Queste curiose suddivisioni risalgono del resto ad età molto remota, perchè le ricorda già Porfirione nel suo commento al luogo sotto citato d'Orazio: « Eleganter, quia in quinque partes « amoris fructus esse partitus dicitur: « visu, adloquio, tactu, osculo, concu« bitu ». Cf. ACRONIS & PORPHYRIONIS *Commentarii in Q. Hor. Fl.*, ed. Hauthal, Berolini, MDCCCLXIV, I, 52-53.

(2) HORAT. *Carm.* I, XIII, 15-16. Oggi i commentatori spiegan diver-

tu in hoc amore tuo, quod primum est, militas visu; propinquas affatu consessuque vel saltationibus adherens, aliquali coniungeris et contactu. o mi Peregrine, o si daretur; dicamne? dicam equidem; o si daretur, Gallicorum more, saltem honesta posse fronti 5 cum superciliis oscula delibare, crede michi, sicut amatorii Platonis habent illi versiculi, ex aperto tramite egra et saucia curreret ad labia tibi anima rictumque in oris pervium et labra Iohanne mollia rimata itineri transitus in cetu osculi; amoris igne percita transiret et te linqueret et mira prorsus res fieret, ut ad 10 te fieres mortuus, ad Iohannam intus viveres (1). sed hec omittamus iamque fiat reditus ad dimissa.

ai quali gli è concesso pervenire,

col desiderio affrettandosi a quelli vietati?

Si illa re te talem qualem predicas nec exemplo fecit, cum nedum diversa, sed adversa secteris, nec facere potuerit et doctrina, utpote que non sit, ut novimus, erudita; qualiter te talem 15 fecerit nec puto quod possis ostendere nec ego per me possum percipere vel videre. sed dicis: meam quidem mentem vertit ad studia et omnem turpem concupiscentiam meo depellit ex animo; res inclytas me quoque legere facit et amare, ut sola sibi virtutis relatione complaceam. hec tu ad litteram scribis, ex quibus eli- 20 citur ipsam occasionaliter atque per accidens tibi tot et tantarum rerum, quas bonas et virtuosissimas putas, non de per se neque principaliter causam esse. sed paulisper mecum velim advertas hunc cause modum communem esse non solum virtuosis affectibus, sed etiam vitiosis. avaricie quidem studium prodigalita- 25 tem extinguit, que vitium est, sed pecunie cupiditate, non virtutis amore; sicut eadem esse potest, veluti de Demosthene legitur, continentie causa. legimus etenim, cum in Laidis amorem exardesceret postularetque concubitum et illa sui copiam se facturam

Giovanna dunque non può averlo indirizzato ad operare secondo virtù,

se non occasionalmente ed in modo accidentale.

Ma in così fatta maniera si esplican le cause tanto de' virtuosi quanto de' viziosi affetti; e la prodigalità può essere estinta dall'avarizia,

spegner questa la libidine,

plice negativa contraria al senso. 3. *Cod.* actatu 8. *Cod.* itiner 27. *Cod dopo* etenim *dà* quod, *che muto in* cum

samente questo passo; cf. p. es. *Q. Horat. Flacc.* erklärt von A. Kiessling, I th., 2 aufl., Berlin, 1890, p. 79; ma le loro esplicazioni non ci paiono gran cosa migliori dell' antica.

(1) È qui parafrasata in parte, in parte letteralmente trascritta la versione fatta « in pluris versiculos licen«tius liberiusque» del noto epigramma di Platone da un amico di A. Gellio e da costui inserita nelle *Noct. Att.* XIX, XI, 4.

maximo proposito precio respondisset, Demosthenem admiratum dixisse se tanti non emere penitere [1]. sic et scientie maximisque et optimis artibus ferme cuncti solum dant operam ut lucrentur. optima res igitur avaricia et que debeat a cunctis amari; quoniam ea omnia, que tu, ut Iohanne tue placeas, te fecisse gloriaris, et etiam longe plura, nobis et in nobis illa suggerit atque facit? nam quid de gloria dicam, quam fame celebritatem diffiniunt et ad quam tam Greci quam Romani cunctos actus et affectus suos adeo referebant, quod huius unius vitii studio virtutum omnium non veram essentiam, sed umbram quandam et imaginem sequebantur? an ex hoc eam virtuosam esse dicemus, amplectendam vel diligendam? falleris et fallis, mi Peregrine, si credis sique vis credi te unius mulieris amore, ut sibi placeas, tot et tantas assecutum esse virtutes. et verum finem virtutum et humanorum actuum, que sola fides et christiana religio revelavit et docuit, postquam sic iubes, omittam. ipsa virtus, ut omnium moralium doctrina clamat et admonet, per se ipsam, non propter aliud amanda est et ad ipsam est quicquid agimus referendum. ipsa quidem, ut illi volunt, sibi suimet premium est, quanquam noster Homerus etiam verum finem agnoverit, inquiens et loquentem Eneam ad reginam Carthaginensium introducens:

a bramosia di ricchezze risvegliare gli ingegni;

e difatti occasione e stimolo ad opere gloriose fu il desiderio riprovevole di celebrità presso gli antichi.

Ei s' inganna dunque a partito se crede il suo amore fonte di tante virtù quante vantasi d'aver conseguite.

D' altronde la virtù dee amarsi per se stessa; giacchè in se stessa trova il suo premio,

> Dî tibi, siqua pios respectant numina, siquid
> Usquam iusticia est et mens sibi conscia recti,
> Premia digna ferant &c. [2].

ostendit enim iste, preter virtutis habitum, qui procul dubio est mens sibi conscia recti, aliud esse virtutis premium, quod sola posset divinitas adhibere. non igitur ad alicuius creature dilectionem referendi sunt actus humani, sed ad ipsam virtutem, ut boni simus; et ad invisibilem divinitatem, ut ab illa recipere digna premia mereamur. tolle igitur, mi Peregrine, tibi velamen hoc ab oculis, quod tu te, cum Iohannam nimis diligis, super tue mentis faciem adduxisti. vis autem videre quam vera dicas? vis

che la divinità sola può concedere.

2. *Sul* c *di* sic *un'abbreviazione, quasichè fosse a leggere* sicut 24. *Cod.* iustitie

(1) A. Gell. *Noct. Att.* I, viii, 5. (2) Verg. *Aen.* I, 603-605.

cognoscere quantum erres? considera tecum cum diligentia que scripsisti; invenies te tibi non diversum solummodo, sed contrarium. nolo michi credas nec etiam tibi; sed ea que malesanus loqueris, recognosce: addisce profecto tibi non credere, sed veri- 5 tati. dicis enim: omnis amor ex virtute causatur. amor ergo pecunie et amor glorie etiam inanis et amor ille libidinosus, quem tu auctoritate Maronis durum vocas (1), a virtute provenit; ergo virtuosus? vides, puto, tue propositionis errorem et ad excusationem tuam inquis: sed vim nature superare non possumus. fa- 10 teor nature necessitantis, non autem inclinantis solum. non possumus enim refectionis et somnii naturales necessitates penitus superare; sed inclinationes ad hoc vel ad illud, quod ex nostra pendeat voluntate, vincere et aliter assuefacere sine dubitatione valemus. influat licet celum ac urgeat ipsa complexio et firmate 15 consuetudinis etiam habitus cogat, licebit. sapiens tamen, ut ille inquit (2), dominabitur astris. ut quicquid in hoc vitii est, non necessitati nature, sed eligentis voluntatis pravitati debeat et possit ascribi. nec te ab illis virtutibus, in quas te per Iohannam gloriaris esse translatum, sicut arguis, eripio; sed illas non esse vir- 20 tutes, vero fine non proposito, sed dimisso, vera clarissimaque disputatione contendo; ut in vere virtutis statum te possis erigere; quod si feceris, crede michi, Iohannam dimittens, aliter eam diliges moderantiusque amabis. deciperis autem specie recti (3) et umbram simulacrumque virtutis virtutem iudicas. una est in 25 societate mortalium communis virtus, ut nos invicem diligamus; plus autem vel minus amabiles nos virtus sola facit; ut te non credam adeo desipere, quin inter mortales confitearis virtuosiorem hac tua Iohanna aliquam vel aliquem reperiri; ut culpabilis sis, si illos magis ista non diligas; ut eam, sicut dicis, quod tamen 30 esse non credo, tibi fatear virtuosam. crede michi, longe melius, tutius atque salubrius te carcere, quo teneris, emitto, quam Icarum

Rifletta a tutto ciò Pellegrino; rilegga ciò che ha scritto e riconosca l'errore in cui è caduto, dicendo l'amore nascere dalla virtù.

Nè affermi che l'uomo è incapace di vincere le proprie naturali inclinazioni, quand' invece la volontà può tutte signoreggiarle.

Egli non segue pertanto la virtù, come crede, bensì l'ombra di essa.

Sola virtù per l'uomo l'amore verso i suoi simili, se degni d'affetto per i meriti loro.

27. *Cod.* decipere

(1) Verg. *Georg.* III, 259.

(2) Cioè Tolomeo, al quale s'attribuiva nel medio evo questa sentenza, che io non riesco però a rinvenire in alcuna delle sue opere vere o supposte.

(3) Cf. Horat. *Ep.* III, ii, 25.

Dedalus atque Phetontem Apollo, qui, si monita capies mea, nec pennis destitueris, ut Icarus, nec monstris terrebere, ut Pheton. qualis autem sis, tue conscientie iudex, adverte. amoris, inquis, cibo me nutrio, me educo et illo solummodo pascor, quem omni iudico nectare potiorem. Maro vero noster amorem non minus amarum asserit esse quam dulcem et, quod maius et verius est, metuendum dulcem, experientia dicit amarum. inquit enim:

Nè dica che nutrendosi della sua amorosa passione,

Et vitula tu dignus et hic. et quisquis amores
Aut metuit dulces, aut experietur amaros (1).

sed, inquis, nota, pater, quod poeta noster tuum, de quo loqueris, amorem durum vocat; meus autem dulcissimus est, tranquillus et animo, tranquillus et menti. melius, parce, ista novi quam tu, o Peregrine mi. dulcisne vel tranquillus hic amor tuus est? aut hoc melius me novisti? fateor te hoc melius me debere cognoscere, si tuus esses; an autem agnoscas, vide. redi parum ad epistole tue calcem. dicis enim: dilationem huius accrevit epistole dilecte mee discessus a patria. Faventiam enim se transtulit cum coniuge moratura; qui iandudum quendam hic gladio dedit; et secessus eius amaritudo dirissima, que nudum michi corpus anima fecit et ab omnibus sensibus alienùm. Faventie quidem anima mea est, mens et spiritus; corpus autem in Bononia sine corde degens durissimis passionibus leditur et torquetur, in tantum quod in manibus meis calamus omnis aret et ingeniolum meum habuit ipsam comitari. si aliquid a me de cetero scriptionis accipies, nisi repatriaverit, ab extincto reputes assumpsisse. hec omnia, in quibus te tandem et hunc amorem tuum ostendisti, verba tua sunt. o dulcem amorem tuum, o tranquillum animo et tranquillum menti, qui te fecit exanimem et amentem! iactabas alias te sanum esse; nunc vides quam occulto tibi morbo qualique egritudine tenebaris. huc erat illa tua sanitas et status il-

gliene ridonda dolcezza e serenità dello spirito.

Ma se Pellegrino stesso, dolendosi che la sua diletta abbia lasciato Bologna,

si chiama corpo privo d'anima, anzi morto;

dov'è la dolcezza e la serenità, che l'amor gli procura?

8. *Cod. dinanzi a* quisquis *omette* et 11. *Cod.* dirum, *corretto dallo stesso copista in* durum 18. *Cod.* moraturam

(1) Verg. *Buc.* III, 109-110.

liusce valitudinis recasurus! nunc demum nosti quid sit amor; nunc vides quam vana, quam futilis et inanis fuerit illa tua honestissima delectatio; nunc potes agnoscere amorem illum tuum, qui tante tibi amaritudinis causa est et erit, si illum non deponas, 5 nec esse bonum nec esse virtutem. iocundissima res, tranquilla atque serena est virtus; et que nedum hominem sibimet non eripiat, sicut amor hic tuus tibi te abstulit, sed perficiat, delectet et quietet. an et contra manifestam experientiam, quam tu ipse fateris, contendes hunc amorem sive, ut convenientius loquar, 10 amationem, actum esse virtutis? eripio quod michi minatus es tibi telum et tuis tete verbis rationibusque confodio. pugna, si potes, et me senem frigidum et imbellem uno, si placet, ictu prosterne. redeo novus, recens integerque in aciem, non victus, crede michi, sed victor atque victurus. nec teneat te mei nominis 15 reverentia; clamo et rogo quod congrediaris audacter; expecto te securus et audax; expecto quidem te, corpus nudum anima et a cunctis sensibus alienum. nec me senem contemnas. Entello succubuit Dares [1], et funeralibus ludis, quos inclytus Scipio patris et patrui memorie celebravit, minor cum maiore natu di- 20 micans et vitam amisit et regnum [2], et Catiline strages viribus atque virtute veteranorum confecta est [3]. nec oportet quod michi iuventam aut adolescentiam obicias meas. habui et ego, sicut alias confessus sum, decantatam Iohannam meam, quam novennio dilexi et colui, cuius amoris tibi tam affectus 25 quam eventus retuli breviloquio [4]. et utinam illam etatem transegissem, utinam et istam! sequuntur etenim et invalidam, in quam pergo, senectutem exacte iuvente mores, sive boni sive mali sint. nequiciam singulariter; quam pro omni transgressione et vitio poete sumunt, sed specialiter pro affectu libidi- 30 noso, ex eo, puto, quod secundum appetitum nemo queat [5];

Sol d'amarezza gli è sorgente;

ora la virtù non può non recar sempre gioia e tranquillità a chi la coltiva:

l'amor suo non è nè può esser dunque virtuoso.

Eccolo vinto, sconfitto dalle sue armi stesse;

or tenti, se gli riesce, d'atterrar l'avversario, d'abbattere ei giovane il veterano.

Nè occorre rimproverargli quello che egli pure in giovinezza fece e senti.

Pur troppo anche nell'età matura difficile riesce tenere i sensi a freno,

12. uno] *Cod.* imo

(1) Cf. VERG. *Aen.* V, 368 sgg.
(2) Cf. TIT. LIV. *Hist.* XXVIII, XXI.
(3) SALLUST. *Catil.* LX.
(4) Cf. ep. II di questo libro, p. 17.
(5) Quest'opinione del S. non corrisponde alla definizione che, seguendo il *Liber glossarum* (*Corpus* cit. V, 226), reca PAPIA, s. v. Nequicia: «ex eo «quod nequicquam fit idest nihil»; ma s'accosta piuttosto a quella d'Uguc-

hinc Ovidius:

Ille ego nequicie Naso poeta mee (1);

et alibi:

Nequiciam fugio, fugientem forma reducit (2);

ma egli non ha detto il contrario mai, come fe' Pellegrino.

ego fateor; ni vero nequiciam neges tuam an vere, tu videris. 5
verisimiliter autem, licet eternum adiures et obtesteris Numen, non michi nec, ut arbitror, alicui persuadebis.

Tornando a Cicerone, or l'accusa d'ambizione;

Sequeris autem, cum inter te et me contentio fuerit, an reprehensibiliter bellis civilibus se Cicero immiscuerit, de ipso quamplurima dicens et causam inceptam relinquens, ipsum ambitionis 10
accusas; quod ego tecum vel cum aliis non contendo (3). ipse quidem, cum se ambitionis excusaret, asseruit: non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem esse confiteor, sed illam perniciosam contra leges (4). publicum enim erat, ut omnes Romani tam dignitates appeterent quam honores, cunctique erant 15
laudis et glorie studiosi; quod adeo fuit ipsis insitum consuetudine, moribus et natura, quod scribentes atque loquentes etiam a propriis laudibus non abstinerent.

accusa che le consuetudini de' tempi in cui Tullio visse chiariscono vana.

Poscia vuole persuadergli esser più santa vita la solitaria che non l'attiva;

Sed per immortalis Dei gloriam fare, precor; quorsum pergit, ut michi solitudinem persuadeas? an tibi forsitan persuasisti nullos 20
in sinu Abrahe recipi nisi solitarios et heremitas et nullis dignitatibus celebratos? negociosi fuerunt patres nostri et omnes, quos vulgato nomine dicimus, patriarchas. Abraham, Isaac, Iacob et omnis illa multitudo duodecim filiorum Ioseph; Moyses quoque, Aaron et omnes sacerdotes et iudices usque ad Samuel; reges 25
etiam et Exdra ac evangelizator apostolorum chorus, summique pontifices et episcopi, qui Deo placuerunt, ex negociis frequen-

ma le sacre scritture attestano che non meno profittevole può esser l'uno che l'altro modo di vivere

5. *Cod.* negas 10. *Cod. omette* dicens 12. *Cod.* hac 20. *Cod.* solitudine

cione, secondo il quale « nequam dici« tur luxuriosus, quia incontinens est »; cod. Laur. S. Croce Pl. XXVII sin., 1, c. 346 B, 1 col., s. v. Nequeo.

(1) Ovid. *Am.* II, I, 2.

(2) Ovid. *Am.* III, XI, 37.

(3) A proposito di questa polemica, trattata solo per incidenza qui, v. le allusioni contenute nell' ep. III del presente libro, p. 25. Probabilmente lo Zambeccari, accusando Cicerone d'aver preso parte alle guerre civili, non aveva fatto che ripetere i rimproveri mossi per ciò appunto all'oratore romano dal Petrarca nella nota epistola delle *Fam.* lib. XXIV, III.

(4) [M. T. Cic.] *Declam. in C. Sallust.* II.

tiaque conversationis et sellis altissimis dignitatum recepti sunt, non ex lucis et solitudine. tutior est illa forsitan vita multis, et illis precipue, quibus ex uno contuitu vel ex unico verbo, quod volupe seu ociosum audiverint, scandalum preparatur; non illis, 5 quibus plerumque cogitationes proprie sunt ad precipitium et ruinam; quorum utinam numerus ingens non foret! crede michi; cum ad eternam gloriam nati simus et, ut orthodoxe credimus, ad replendas sedes angelorum instituti, non produxisset nos natura politicos, hoc est associabiles, si conversatio prorsus non diri- 10 geret ad salutem. sed hoc alias; maioris etenim inquisitionis est (1).

a chi non sia sempre pronto a scandalizzarsi.

Del resto l'uomo è nato socievole.

Tu autem interim noli de quopiam iudicare, qui in honoribus versetur; sed credas ipsum fieri, etiam si non relinquat honores, saluti proximum salutisque capacem. nec me, si quid admoneo, velim auctoritatis cuiuspiam facias; verba ponderes, 15 non hominem admireris; illa quidem, si vera sunt, altior in nobis spiritus personat; non homini credas, sed rationi. verum, inquis, cognosco mundanum hominem sine delectatione non vivere nec vivere posse: ego hoc honestissimo amore delector. sic hoc esto, sicut scribis: non possumus equidem non amare, 20 sive mundani sive celestes homines simus. quid autem amandum, qualiter et ad quid amandum sit, videndum est; in his virtus et vitium separantur; potest enim quod optimum est male diligi, potest et illud idem inconvenienter amari. hoc discendum:

Non voglia perciò giudicare dalle apparenze;

nè dia troppo peso alle sue stesse parole, perchè dette da lui.

Le ponderi invece e, se le trova vere, s'arrenda alla ragione che le ispira.

L'uomo è certo nato per amare;

ma l'oggetto di quest'amore dev'esserne meritevole,

Hoc opus; hic labor est: pauci quod equus amavit
25 Iuppiter aut ardens evexit ad ethera virtus
Diis geniti potuere (2).

nec putes te Iohannam vel in Iohanna repperisse que vel quod amari debeat. eternum est, non transitorium aut fluxum quod amari debet et ad quod amare debemus; quodque summum summe, 30 quod citra summum fuerit, secundum gradum bonitatis sue dili-

non transitorio e mutevole;

15. *Cod.* hominum 24. *Cod.* hic lab. hoc op.

(1) Già nell'ep. xviiii del lib. VIII il S. aveva tessuto le lodi della vita attiva e biasimata la « santa rusticità », che giova soltanto a se medesima; cf. vol. II, p. 453.

(2) Verg. *Aen.* VI, 129-131.

non tale che possa giudicarsi poi indegno dell'affetto prodigatogli.

Non voglia quindi, accecato dalla passione, stimar la sua donna degna di culto;

riflettendo che questo si deve soltanto a Dio, che solo è perfetto.

Ma a che pro insistere più a lungo?
L'assenza di Giovanna recherà ottimo rimedio al suo amoroso errore; ritornato padrone di se stesso, darà ragione a Coluccio,

che della resipiscenza sua proverà gioia sincera.

gendum est; omnique diligentia precavendum, ne in amande rei cognitione possimus errare neve modum in aliquo transeamus. hoc autem ante quam ames, rebusque, sicut expedit, exploratis, faciendum est; nam postquam amare ceperis, id omnino diiudicare non potes, amore scilicet iudicium perturbante. ut tu, si recte sapias, nichil tibi de Iohanna, postquam amare cepisti, debeas persuadere: si quid autem ante tui amoris initium exploratum habuisti, si reminisceris, id affirma; de ceteris autem, si vis, aliis fidem dato; tibi vero omnino non credas. nam de illo summo bono, quod super omnia diligendum est, sic teneamus id esse, quo nichil melius cogitari queat, quod tamen omnino quid et quale sit, dum sumus in via, nec cogitari valeat nec sciri. sciendum autem et tenendum est quod amandum sit, ut dilectionis merito ipsum aliquando cognoscere valeamus. denique, ut moderantius Iohannam ames vel quancunque creaturam, teneas solius Dei esse, non hominis, ut imperfectum alicuius illarum agnoscat; ut, cum te lateat quod in creatura diligendum sit, sic ames bona, que tibi persuades agnoscere, quod in ipsis, quo nimium ames, non possis errare. sed cur in isto monitis insistam? unum oportunumque remedium tibi Dei dispositio preparavit: amodo non videbis illam oculis procacibus tuis, quorum opera contabescis et peris. revertetur anima, revertetur et spiritus, tibique desiderabilis quies restituetur tecumque convenies; convenies atque mecum, qui sum veri amoris viribus alter tu. neque enim poteris tecum tibi consentire, quin et tibi consentias et mecum. quod cum videro, festum agam diem pro fratre, qui per devia longum abiens, tandem ad se reversus et in viam redierit. vale. alias ad illa que scribis, seorsum, quoniam ad aliam pertinent materiam, respondebo [1]. Florentie, nono kal. novembris.

19. *Cod. omette* insistam

(1) Forse allude alle premure fattegli dall'amico perchè continuasse l'iniziato poema epico sulla guerra tra Pirro ed i Romani, del quale particolarmente tratta l'ep. VI di questo libro.

V.

A Benedetto XIII[1].

[Marucell. C, 89, c. 118 a, n. 9.]

Littera privata domini Coluccii summo pontifici in qua multa exhortando dicit de negocio tollendi scismae et ultimo recommendat suae beatitudini Robertum de Boncianis.

5

Firenze, 20 gennaio 1395.

Non sa come ringraziarlo della degnazione mostrata scrivendogli.

Sanctissime in Christo pater et domine. quantulus est servus tuus, quod ipsum visitasti diluculo specialibus litteris, me dignatus alloqui, qui non sum dignus solvere tui corrigiam calcea-

6. *Il copista aveva scritto* Rodertum de Bonrinis, *che poi emendò alla meglio in* Rob. de Boncianis 9. *Cod.* sunt

(1) Uscito papa col nome di Benedetto XIII dal conclave che s'era raccolto in Avignone il 26 settembre 1394, dieci giorni dopo la morte di Clemente VII, Pietro di Luna, che aveva al pari de' suoi venti colleghi sottoscritta quella « cedola », con cui ognun d'essi s'astringeva a far ogni sforzo perchè lo scisma s'estinguesse ed a rinunziare persino alla tiara, quando gli fosse toccata (v. il testo della dichiarazione in Baluze, *Vitae papar. Avenionens.*, Parisiis, mdcxciii, I, 567 sgg.); dovette inaugurare il suo pontificato con solenni tentativi di pace. Se il furbo Catalano, che fin allora aveva con tanto focoso zelo deplorata la scissura dell'inconsutile tunica di Cristo, fosse così operando sincero, è per noi ed era già pei coetanei suoi cosa più che dubbia; cf. Theodor. a Niem, *Historiar. sui temporis libri IV*, Argentorati, mdcviiii, lib. II, cap. xxxiii, p. 120 sgg.; certo è ad ogni modo che, non appena eletto, egli inviò lettere ed ambasciatori a tutti i potentati cristiani per annunziar loro la propria assunzione al soglio pontificio ed insieme le sue intenzioni di dar pace alla Chiesa. Anche a Firenze giunsero quindi sulla fine del dicembre i legati del nuovo papa, sollecitando udienza dalla Signoria; e questa, avuta notizia del loro arrivo, discusse tosto se fosse opportuno riceverli e, quando ciò si eseguisse, quale risposta dovesse inviarsi a chi li mandava. Della discussione a tal proposito insorta il 27 dicembre tra i reggitori del comune, serbano memoria le *Consulte e pratiche* di quello e dei giorni seguenti; ma i più autorevoli tra coloro che presero in quella circostanza la parola, come Rinaldo Gianfigliazzi, Filippo Adimari, Giovanni de' Ricci, Filippo Corsini, s'accordarono nell'opinare che, fatte agli ambasciatori onorevoli accoglienze, si desser loro cortesi risposte ed ogni cosa si tentasse per agevolare l'accordo tra il pontefice di Roma e l'Avignonese. Sicchè il 29 m. Filippo Corsini così riassumeva le proposte « pro illis de pratica » al Consiglio: « Respondeatur oratoribus Be« nedicti gratiose et hortentur ad scisma « tollendum. et mittatur copia litte-

Ma poichè ei volle siffattamente onorare il suo servo,

menti? [1] sed postquam tu de tante sublimitatis apice parvitatem meam tam singulariter honorasti, non debeo, licet te digna loqui non sciam, rem tantam responsione non prosequi, ne possit michi superbie nefas vel vitiosa moribus inurbanitas imputari. quid autem dicam prorsus ignoro, nisi quod sanctissimum tuum propositum tollendi scisma, circa quod tam ardenter anhelas, quantum decet quantumque convenit tam pium, tam religiosum tamque salutare cunctis fidelibus opus, dignis commendationibus nescio celebrare. multa quidem tum precepi per litteras modernas et priscas, tum presens intuitus sum; multa michi pervenerunt, ut assolet, ad auditum. sed rem tanta laude dignam non possum inter nostri temporis actus aut vetustatis fidem, divinas vel seculares litteras reperire. solebant gentiles inter laudes eximias rarasque reponere non desiderare divitias, si non habeas, aut, si obvenerint, spernere; necnon et sacrarum litterarum scriptores beatum censent divitem, qui non speravit in pecunia et thesauris; et subdunt: fecit enim mirabilia in vita sua [2]. hoc magnum esse fateor. sed quis est, qui positus in tante dignitatis altitudine querat de re sibi certa iudicium, paratus equanimiter id dimittere, si iustum fore decretum fuerit, pro quo solent cuncti studiis nimis ardentibus laborare? petis de te et iusticia et statu

stima necessario rispondere,

esaltando il santo proposito di spegnere lo scisma, ond'è animato.

Esempio inaudito di zelo e disinteresse porgerà al mondo Benedetto,

mostrandosi pronto a deporre la pontificia dignità, ove ciò si reputi giusto.

3. *Cod.* responsionem *poi corretto.* 7. *Cod. omette* convenit *e dà* tanquam *mutato quindi in* tanque 9. *Cod. omette* nescio 10. *Cod. omette* tum 18. *Cod. recava dapprima* etiam *corretto poi in* in

« rarum Benedicti ad Bonifacium et « hortetur ad simile per ambaxiatam « solennem, ita quod et ipse et cardi« nales inducantur ad hoc. et habito « responso Bonifacii vadat ambaxiata « in Franciam informata secundum « quod videbitur tunc temporis... »; Arch. di Stato in Firenze, *Consulte e pratiche,* reg. 33, c. 38 B e cf. *Miss.* 23, c. 98 A, « Papae », 30 dicembre. Ma non pago d'indirizzarsi alla Signoria in forma solenne, Benedetto XIII, « homo ingeniosus et ad inveniendum « res novas valde subtilis », come dice il de Niem, aveva forse voluto rivolgersi privatamente anche a taluno de' più cospicui ed influenti cittadini; certo poi al S. L'epistola, che qui si stampa, è dunque la risposta fatta dal nostro al messaggio di Benedetto. Disgraziatamente però il ms. originale, un volume delle missive, dov' essa si leggeva, è andato smarrito e noi non possiamo giovarci per riprodurla se non d'una copia molto scorretta e priva di quella poscritta, della quale or discorreremo, donde le sarebbe venuto un nuovo e maggiore interesse.

(1) Cf. s. MARC. I, 7; s. LUC. VIII, 16; s. IOANN. I, 27.

(2) *Sap. Sirach* XXXI, 8-9.

tuo debitum subire iudicium, cum tamen omnino posses in tui iuris certitudine, sicut felicis memorie predecessor tuus fecerat, permanere. sed non patitur clementia tua videre scissuram populi christiani, non patitur tua denique sanctitas, cuius maius 5 signum dare non potes quam divisionem hanc scismaticam abhorrere, non querere tue filie tueque sponse veram et integram unitatem. nam, sicuti Salomon legitur inter illas meretriculas iudicasse [1], sic verus pater est, qui viscera sua non patitur scindi, scissaque conatur et querit modis omnibus integrari. ille michi 10 nocens, ille michi vere apostaticus erit, non apostolicus, qui hanc tollendi scismatis dirimendeque controversie diligentiam vel occasionem temere recusabit.

Il suo orrore per la divisione che lacera la Chiesa

lo rivela vero padre di questa,

vero seguace degli apostolici precetti.

Prosequere quod cepisti: reedifica templum Domini, quod iam tot annis scismaticorum manibus discissum est. fac, obsecro, 15 quod qui sumus unum in petra, non simus plures in Petro. hinc et inde Christus colitur, Christus ab utrisque fideliter invocatur. cur dicit unus: ego sum Cephas; alter: ego sum Paulus; alius vero: sum Apollo? [2] sed cur hec detestor vel deploro? tu, beatissime pater, tu tibi eternam gloriam queris in celis, non etiam 20 morituram in terris, ut potius dicaris christianitatis reformator quam papa pontifexque romanus. det tibi Deus id posse quod vis idque invenire quod queris! quanquam hoc fore iam spe certissima teneam, ut ad hoc ministerium indubitanter crediderim Deum te tanto miraculo, quantum in electionis tue negocio evi- 25 denter apparuit, ad celsitudinem quam obtines suis manibus, non humanis suffragiis, transtulisse. cui quidem assumptioni congratulari debet universa fidelium multitudo, videns illum per Dei gratiam ad sedem apostolicam tractum, qui dominici gregis pastor et Salvatoris vicarius iam vocatus, mox salvator, si Deus hoc per- 30 ficere tibi dederit, debeat appellari [3].

Prosegua nell'impresa gloriosa;

e Dio gli porgerà quell'aiuto,

di cui già ha dato segno manifesto,

sicchè la cristianità tutta quanta

possa dirlo suo salvatore.

1. omnino] *Cod.* omnia 7. *Cod.* Salamon 8. *In luogo di* sic *il cod. dà* ne 12. *Dopo* temere *nel cod.* non *cancellato.* 14. *Cod.* animus *corretto in* manibus 15. *Cod.* impetra; *poi all'* m *sostituito un* n; sumus *corretto in* simus; impetro, *qui pure all'* m *sostituito l'* n 17. *Cod.* Cephe Paule 22. *Cod.* quicquid *corretto poi in* quamquam

(1) Cf. *Reg.* III, 16.
(2) Cf. s. PAUL. I *Cor.* I, 12 e III, 22.
(3) Non minor fiducia nell'opera pacificatrice di Benedetto manifestava

Chiede perdono dell' audacia di cui dà prova

Parce, precor, pater sanctissime. scribens equidem servulo tuo sanctam exhibuisti fiduciam, ut hec paucula de ingenti mentis mee desiderio scribere non pigeret.

e raccomanda al pontefice Roberto de' Bonciani.

Ceterum prudentem iuvenem Robertum de Boncianis, quem sicuti filium diligo, de cuius manibus, sicut spero, ista recipias, 5 benignitati tui culminis humillime et quanta possum cum efficacia recommendo. dignus enim est suis et maiorum suorum meritis, utpote qui multa per se et optimos progenitores suos perpessus sit pro Ecclesia sancta Dei, qui de manu tua favorem debeat et omnem gratiam reportare (1). at michi nichil gratiosius posses 10

4. *Cod.* iuvenum *corretto in* iuvenem *e* quae *emendato in* quem

in una lettera a lui diretta subito dopo la sua elezione Giovanni da Montreuil. Anche il proposto di Lilla non esita a riconoscere nel Catalano colui, « qui ad « resartionem scissurae dominicae et « Ecclesiae reformationem miserabi- « liter agitatae non humano consilio, « sed divinitus oblatus et datus esse « videtur ». E soggiunge: « Dicunt « enim [qui te viderunt, qui te audie- « runt de hac materia loqui, immo qui « te virtutesque tuas norunt]: per- « commode cecidit is, de cardinalibus « antiquis est, is vidit utrimque to- « tum geri, is litteratissimus est, is « probissimus reputatur, is negotium « discussit et audivit plurimode con- « teri. Sub isto pacem oriri spera- « mus Ecclesiae et assequi; vel, ut « subiungunt, nulla salus, nulla unquam « medicina eius incommodis reperie- « tur »; Ioh. de Monsterolio *Epist. I* in Martene-Durand, *Vet. scr. et mon. ampl. coll.* II, 1310.

(1) Quella de' Bonciani, che avea le case nel sestiere di Borgo, quart. di S. Maria Novella, era famiglia nobile ed antica tra le fiorentine. Da Guido di Chiaro, che fu priore nel 1290 (Dell' Ancisa, *Selva sfrond.* GG, c. 246 a, KK, c. 639 b), nacque Neri, il quale ebbe a figliuolo Gagliardo; e questi, oltrechè alcune femmine entrate ne' Medici, ne' Bonciani, ne' Nerli, generò Carlo e Roberto. Ebbe Gagliardo ai suoi giorni riputazione d'uomo valente; immatricolato nell' Arte della seta nel 1349 (Dell' Ancisa, op. cit. GG, c. 246 a; G. Baldovinetti, *Notizie genealogiche* in cod. Palat. Baldovin. 75, lett. b), godette due volte del priorato nel 1366 e nel 1374 (*Del. d. erud. tosc.* XIV, 57, 136; cf. p. 178), nel 1369 andò ambasciatore del comune a San Miniato (Dell' Ancisa, op. cit. AA, c. 407 b); grato al popolo, nel 1378 a' venti luglio, mentre si facevano l' arsioni, fu creato cavaliere a spron d' oro (*Del.* cit. XVII, 169; Corazzini, *I Ciompi,* pp. 24, 99); infine nel 1383 uscì eletto gonfaloniere di giustizia (Dell' Ancisa, op. cit. KK, c. 639 b; *Del.* cit. XVII, 46). De' suoi due figli ne' pubblici documenti scarse sono rimaste le tracce; di Roberto, che il Dell' Ancisa qualifica una volta per « sere » (op. cit. AA, c. 406 a), altro non so dire se non che fu squittinato ripetutamente per la maggiore dal 1391 al 1433 (Dell' Ancisa, op. e vol. cit.), senzachè il suo nome uscisse mai dalle borse; mentre il fratello Carlo, che continuò la famiglia, fu quattro volte de' priori (1418, 1423, 1434, 1441), e del 1427 gonfaloniere di giustizia (Dell'Ancisa, op. cit. KK, c. 639 b).

efficere, quam ipsum mee parvitatis intuitu tue benignitatis patrociniis confovere. Florentie, die vigesima ianuarii, tertia indictione, .MCCCLXXXXIIII. (1).

(1) Secondo lo stile fiorentino. Scrive poi a p. CCXCVI della *Vita A. Traversarii* L. MEHUS queste parole: « In veteri reipublicae Florentinae ta« bulario Colucii vidi epistolam an. « 1394 [ed in nota aggiunge: « Die « 20 ian. ind. III »] Avenionensi scri« ptam pseudo-pontifici, quae tractat « de his Plutarchi vitis aliisque codi« cibus Colucio transmittendis ». Lo stesso accenno, ma con qualche maggior particolare, ci è avvenuto di ritrovar altresì in uno zibaldone di Salvino Salvini, che contiene i transunti di varie lettere del comune di Firenze (cod. Marucell. A, 151, inserto 4, di sedici carte). Qui a c. 3, riassunta l'epistola ch'ora si è letta, così segue il Salvini: « Eidem « summo pontifici. Alia litera « privata domini Colucii pro libro « *Odisseae* Homeri, quem ille [per] « supra dictum Robertum Boncianum « transmittit ac etiam pro libro Plu« tarchi et aliis ab eodem pontifice « eidem domino Coluccio transmitten« dis. Dat. Florentiae, die 20 ian. « ind. 3ª, 1394, c. 10 ». Evidentemente entrambi gli eruditi fiorentini si riferiscono ad un medesimo volume di missive, dove all'epistola presente, diretta dal S. a Benedetto XIII, teneva dietro una seconda allo stesso, scritta nel giorno medesimo, ma nella quale il S., seguendo il suo solito sistema di non trattare nella stessa lettera delle cose pubbliche e delle sue private faccende, tornava a significare al Catalano il vivo desiderio ch'ei nudriva di possedere que' *Paralleli* di Plutarco, in cambio de' quali aveva già offerto, come si vide, al De Heredia, un esemplare dell'*Odissea*; cf. lib. VII, ep. XI; II, 290. La perdita di quest'epistola, da noi lungamente e vanamente ricercata, è quindi sotto ogni rispetto deplorevole. Del resto, sebbene nelle epistole del S. a noi conservate, il nome di Pietro di Luna più non riapparisca, è oltremodo probabile che i rapporti letterari ch' egli ebbe col cancellier fiorentino non siano finiti qui. Difatti nel catalogo della biblioteca minore di Benedetto XIII, scritto tra il 1403 ed il 1404 e comprendente i « libri « qui portantur ubique pro servitio do« mini nostri », sotto il n. 442 appare registrato « liber Colucii, *De fato et « fortuna*, in pergameno, cum postibus « et corio rubeo »; F. EHRLE, *Hist. bibl. Rom. pont.* tom. II, in corso di stampa. Ora quest' opera del S., che ricompar menzionata così in taluni frammenti di cataloghi posteriori al 1404-1405 come nell' inventario della « Libra« ria maior Castri Paniscole », dove il de Luna nel 1408 avea portato, fuggendo, la miglior parte de' libri del palazzo d'Avignone (v. FAUCON, *La librairie des papes d'Avignon*, Paris, 1886, II, 437), non potè certo entrare nella libreria di Benedetto prima del 1397 o '98 (cf. l'ep. XX di questo libro); e gli fu senza dubbio inviata da Coluccio stesso in contrassegno d'ossequio e forse di gratitudine per il dono tanto bramato dell' opera di Plutarco.

VI.

A Pellegrino Zambeccari[1].

[N[1], c. 128 a; cod. Vaticano 1877, c. 39 b;
Fantuzzi, *Notizie degli scrittori bolognesi*, Bologna, mdccxc, VIII, 232-34, da V[2].]

Peregrino Zanbechario. 5

Firenze, 5 marzo 1395? All' esortazione fattagli di continuare alacremente l' iniziato poema sulle gesta di Pirro,

Hortaris me, vir insignis, frater optime et amice karissime, quod ceptum carmen de gestis Pyrrhi prosequar, ut nomen meum astris inseratur voce cunctorum. inquis enim: pone la-

5. *Così* N^1; *V* Colucius Pieri ad Peregrinum de Zambeccariis Cancellarium Bononiensem excusatoria cur non prosequatur inceptum carmen de laude pirhi; *e così F, che però sostituisce a* Canc. Bon. *le parole* de Cancellaria Bononiae *ed a* pirhi *la forma corretta* Pyrrhi 7. N^1 Pirrhi gestis 8. *F* inferatur N^1 cunct. voce

(1) Poichè di quest' epistola, posteriore, e non di poco, alla guerra scoppiata nella primavera del 1389 tra Firenze ed il Visconti, Coluccio preannunzia, se mal non m' appongo, l' invio allo Zambeccari nell'ep. iiii del presente libro, così mi sembra opportuno collocarla qui; chè se essa poi non spettasse per l' appunto alla data che le assegno, non potrebbe mai discostarsene di molto. In ogni modo se non ci è concesso pervenire ad una rigorosa determinazione del tempo in cui fu scritta, ciò a conti fatti non sarà gran danno, attesochè ogni suo interesse derivi essenzialmente dalla curiosa esposizione che il S. vi fa della genesi del poema epico da lui incominciato a scrivere intorno alla guerra di Pirro contro i Romani. Niun dubbio che questo poema, a gran torto stimato opera giovanile del nostro dal Voigt (*Die Wiederbeleb.*3 I, 204) ove Coluccio si fosse indotto a continuarlo, avrebbe a que' giorni sollevato tanto rumore quanto se n' era fatto intorno all'*Africa* del Petrarca; salvo a divider con questa come i fugaci trionfi così la pronta ed irreparabile caduta. Ma il S. era troppo saggio e conosceva troppo le sue forze per lasciarsi fuorviare dalle lodi di giudici molto benevoli e poco competenti; egli lasciò quindi in tronco l' opera intrapresa, spontaneamente condannandola, come già le sue ecloghe, alla distruzione. Vero è che se noi prestassimo fede a Domenico d'Arezzo, forza ci sarebbe concludere il contrario; che il S. cioè avesse fatto di pubblica ragione il suo saggio in luogo di tenerlo, come qui ne manifesta l' intenzione, nascosto nel proprio scrigno. Ricordando infatti nel *Fons memorabilium universi*, par. III, lib. xvi, De aquis dulcibus, s. v. Nevola, talune opere del S., il grammatico aretino esce a dire che « poe« mata de bello Pyrrhi regis Epirotarum « heroica stilo, venusta sententiis . . . « in manibus cunctorum sunt »; cod. Laur. Red. 170, c. 183 a; Vatic. Reg. 1140, c. 215 a; e nella biografia di Coluccio stesso inserita nella par. V, lib. i, De viris claris virtute aut vitio, s. v. Colutius, torna

(2) V. nota 1 a p. 59.

bores, pone lucrum, pone curas, poneque quecunque animum corrumpere possunt, et factum prosequere. in quibus quidem verbis tuis me facis non modicum admirari, qui persuades inanis glorie fumo mutare totam vite institutionem. quod, cum iuveni 5 difficile sciam, senibus esse iudico tum impossibile tum et turpe. sed de hoc posterius; prius etenim volo tibi narrare qualiter in illud carmen inciderim.

risponde, meravigliandosi di cotal consiglio;

ma prima di esporne il perchè, narra la genesi del componimento stesso.

Antequam bellum, quod cum Comite Virtutum gestum est, clarum haberet initium, rebus dubiis et in suspitionem bellicam la10 borantibus, forte, sicut mos aliquando meus est, prima face thermas adii. cumque casualiter factum esset, quod rarissimum est, ut foret in illo thermarum fornice solitudo, cepi mecum de suspitione, que publice concepta fuerat, altissime cogitare (2). inter

Nell' inverno che precedette la guerra che Firenze sostenne contro il Conte di Virtù, trovandosi una mattina nella stufa, mentre meditava sopra i pubblici pericoli,

2. *VF* pros. fact. 3. *N*[1] quin persuadeas 4. *VF* inst. vite 5. *VF omettono* et 6. *F* enim 9. *VF* suspectionem 10. *VF omettono* mos *e per* meus *leggono* mens *F poi dà* p̄ma 12. illo] *V* illorum *F* illarum 12-13. *VF* suspectione 13. *VF omettono* fuerat

a ripetere al lettore: « Legas heroica « metra de bello Pyrrhi habito cum « Romanis »; cod. Laur. Red. 172, c. 116B e cf. MEHUS, *Vita A. Traversarii*, p. CCLXXXVII. Ma ad onta di coteste affermazioni, che paiono tanto esplicite (quella di Francesco da Fiano, messa innanzi dal WESSELOFSKY, *Il Parad. degli Alberti*, vol. I, par. I, p. 79, è, si badi bene, insussistente, perchè fondata sopra un errore di lettura: « carmina Pyrrhi » per « carmina « Pieri »); io persisto a credere col VOIGT, op. cit. I, 204, che il S. non abbia mai dato alla luce il suo epico abbozzo; chè in cotal caso qualche esemplare ce ne conserverebbero senza dubbio i manoscritti del tempo; ma bensì concesso a taluno de' suoi più intimi amici, e tra costoro sarà certo stato l'Aretino, di leggerlo e fors' anche di trascriverlo. Così si spiegherebbero le parole di Domenico, colle quali fa del resto singolar contrasto il silenzio assoluto del volgarizzatore della *Vita di Coluccio* scritta dal Villani, il quale intorno alle opere del nostro si mostra di solito informatissimo.

(1) La stampa del Fantuzzi è rimasta sconosciuta pressochè a tutti coloro, i quali nei tempi più recenti trattarono del S. e de' suoi rapporti collo Zambeccari. Essa è stata condotta dall' autore delle *Notizie* sopra una copia dello stesso codice Vaticano di cui noi ci siamo giovati; copia comunicatagli, com'egli stesso attesta, « dalla cortesia di monsignor Pietro « Antonio Tioli amantissimo delle « buone lettere e possessore di una « sceltissima raccolta di notizie lette« rarie e di autori de' bassi tempi »; op. cit. p. 231.

(2) Al ponente di Firenze, scrive il REPETTI, *Diz. della Tosc.* II, 151, « porta sempre il nome di Terma una « strada, dove furono i bagni pubblici « fra le case de' Scali, poi Buondel« monti, e la loggia de' Ciompi ». Può darsi che anche ai giorni del S. fosser quivi al par che altrove delle « stufe », come quella che il S. ci descrive.

gli venne fatto di riflettere quant'ardua impresa fosse quella di dar forme poetiche alla narrazione di guerreschi cimenti;

meditandum autem occurrit, ut mecum examinarem quam difficile foret res gestas oratione splendida, queve non simpliciter esset exprimendis non inepta negociis, explicare; cumque mecum ipse discuterem quam aride pugnam Thessalicam Lucanus quamque simpliciter adnotasset (1); pugnam, inquam, quam raptus in estasim 5 Cornelius Patavinus sacerdos sic procul conspexit et retulit, ut nedum dies pugne, sed omnes, ut inquit Aulus Gellius, pugnandi reciproce vices et ipsa duorum exercituum conflictatio vaticinantis motu atque verbis representata sit (2); maior difficultas occurrebat, et eo maxime quod preter Virgilium nullus poetarum adhuc 10 michi videbatur congressus et prelia apposite certaque rei militaris regula concepisse; quod non inscitie, sed difficultati scribendi adequandique verba rebus imputandum censeo. neque enim, ut Flaccus ait,

sicchè, all'infuori di Virgilio, niun poeta in ciò avea saputo far opera degna.

quivis horrentia pilis 15
Agmina nec fracta pereuntes cuspide Gallos
Aut labentis equo describit vulnera Parthi (3).

Eccitato da ciò a fare ancor egli esperimento del proprio ingegno, compose tosto taluni versi,

dumque mecum hec agitarem inter sudorifluos thermarum calores, nescio quis pierius menti calor incidit, ut experiri vellem qualiter michi pugnam aliquam versibus scribendo succederet; et antequam, 20 advocato familiari, fricatio subsequens compleretur, cepi mecum duarum acierum heroico versu, inepte licet, inchoare congressum. moxque lectulo traditum adeo hec meditatio non reliquit, quod ultra viginti versus, priusquam domum reverterer, explicarem.

che più tardi gettò sulla carta.

dumque mensam adituro paratur cena, atramentarium, papirum 25 et calamum postulavi et dictatos versus, ut suggessit memoria, super mensam, quam continue instruebat famulicium, scripsi.

Nella notte ai primi altri versi s' aggiunsero,

quid plura? nox illa, que magna fuit; erat enim ianuarius mensis;

2. *V F omettono* res *e pur scrivon* gestas*; poscia omettono* simpliciter 3. *N*[I] *V F omettono* non 5. *F* adnotassem *N*[I] qua *F* extesim 12. *N*[I] scitie *cassato e sostituito da* inscitie 17. *V F* Pyrrhi 18. *V F* agit. hec 20. *V F omettono* michi 21. *V F* impleretur, *ometton* cepi *e per* inchoare *scrivon poi* inchoavi 22. *V* duorum *V* ingressum 24. *V F omettono* quod 25. *N*[I] *reca la sillaba* tu *di* adituro *riscritta in interlinea e dà* cena par. 27. *N*[I] *dopo* quam *le lettere* st *cancellate?* *N*[I] familicium *V F* familia

(1) Cf. Luc. *Phars.* VII, 485 sgg.
(2) A. Gell. *Noct. Att.* XV, xviii.
(3) Horat. *Sat.* II, 1, 13-15; ma il testo nel v. 3 « describat ».

fundibalorum explicuit sub confusione conatum. cumque nulla prorsus mentio facta foret, imo cum nulla cogitatio subiisset, que acies quique duces, que pugna quodve bellum illius carminis auspicio canerentur, sequens dies novos attulit cogitatus, ut scilicet rem illam generalem et informem ad aliquid speciale contraherem ac inceptum nostri alicui pugne singulariter applicarem. multa cogitanti tertium congressum, quem rex Pyrrhus stirpis Achillee Eacidarumque posteritas, cum Romanis apud Asculum Apulie oppidum habuit, ducibus, ut plures volunt, Curio Dentato atque G. Fabricio Luscino, licet aliqui de aliis scripserint, placuit pertractare; (1) cepique, quasi memet experiens et vires explorans meas, romanum quenpiam equitem innominatim inducere, singularem pugnam cum audacia postulantem; nescioque qualiter creverit opus. sensim equidem equitum permiscui pugnam, acies peditum dextro sinistroque cornu confligere feci; prostravi regem, vulneravi Fabricium, nonnulla poetice permiscui. quid plura? dum paulatim progredior, ad longitudinem unius ex libris E n e i d o s vix primis illius pugne partibus actis progressus sum; nec dubitem, si persisterem in materia, opus illud in grandis voluminis magnitudinem evasurum.

ma poichè fin allora il racconto non aveva obbietto determinato,

deliberò riferirlo ad un fatto speciale,

cioè alla battaglia data da Pirro presso Ascoli ai Romani.

E così continuando ad arricchir di nuovi episodi il racconto,

gli uscì fuori una narrazione pari per ampiezza ad un dei libri dell'*Eneide*.

Hoc autem carmen acephalum et sine determinatione dimisi: non enim adeo michi placeo, quod ipsum ab antiquorum maiestate plurimum discedere non cognoscam. et tu, sicut dixi, ob inanis glorie fumum me, cunctis dimissis, ut inceptum prosequar exhortaris? deberes autem amico salubriter et amice consulere, nec tam facile de rebus, quas non videris, ferre iudicium. multis rebus opus est, ut carmina placeant; nec adhuc quispiam poetarum

Ma l'abbozzo rimase interrotto, perchè troppo ben ne scorge i difetti.

Come può egli dunque eccitarlo ad abbandonare per finirlo ogni altra cura?

1. *VF* fundibulorum 2. *V* mensio *F* subesset 2-3. *VF omettono* que-bellum 4. *F* cogitatos 4-5. *VF omettono* scilicet 6. *V* conceptum *VF* nostrum 8. N^1 archilee *F* Ascalum 9. N^1 Apulee 10. *F scrive* Caio *in luogo della semplice iniziale.* *VF* Licinio N^1 Lucinio 11. quasi] *F* quidem 15. *F* dextero N^1 confugere 16. N^1 miscui 19. *VF* magni 21. *VF* terminatione 24. N^1 *dà dopo* me *un* quod *e sopprime* ut 25. *VF omettono* et amice 26. nec] *F* ne

(1) In questa battaglia, la seconda di quelle che ebbero luogo nella guerra tra Pirro ed i Romani, combattuta nel 475 presso Ascoli, C. Fabrizio Luscino, intervenuto come legato, toccò una grave ferita; v. A. Flor. *Epit.* I, xviii; P. Oros. *Hist. adv. pag.* IIII, i, 19-21; Eutrop. *Brev.* II, xiv.

Arduissima cosa è incontrar il genio di tutti in materia letteraria,

chè troppo sono in ciò diversi i gusti de' giudici;

nè parla già degli ignoranti,

bensì dei dotti medesimi.

Qual gloria adunque può egli ripromettersi da tante fatiche?

fuit, qui sic legentium aures impleverit (1), quod eius fama permixta non fuerit infamie. nec mirum. varii quidem sunt affectus hominum, ut non solum in corporeis sensibus et sensibilium delectatione hunc et illum contraria iuvent, sed etiam in litteris et his que intellectum respiciunt. hunc florida, hunc redundans, hunc castigata delectat oratio; hic seriis pascitur, ille iocosis: illi Sallustiana brevitas placet, huic copia Ciceronis; illum affectata claritas movet, hunc exoticum obscurumque dicendi genus; illum oblectant propria, hunc novata verba. quid ultra? tanta est rerum huiuscemodi diversitas, quod, sicut contingit in moribus, sic et in scribendo quosdam non solum recta, sed vitia plerumque delectant. nec de ignorantibus loquor, quorum non sunt curanda iudicia, sed ipsi etiam litterati ac altissimum sentientes non carpunt solummodo vitiosa, sed que non placent eis execrantur atque condemnant. a quibus si rationem petas, nullam scient penitus invenire. quam ergo gloriam, mi Peregrine, potes inter hec tam varia polliceri? o quanto melius amicum tuum, si quanquam ex scriptis captare perpenderis gloriam, Persiano monebis versiculo:

> non, si quid turbida Roma
> Elevet, accedas examenque improbum in illa
> Castiges trutina, nec te quesiveris extra (2).

Meglio è procacciarsi una gloria più pura e più solida,

quella che nasce dalla innocenza e dalla fede,

alia querenda gloria est, que non pendeat ex favore laudantium, que non sit vana, non corruptibilis, non momentanea, non denique finem violentia temporis habitura. hec autem non inter carmina, non inter eloquentie splendores, non inter hec nobis sudata studia reperitur. hanc parit innocentia, fides non mortua, sed operibus vivificata, et demum ipsa caritas, que est vera dilectio Dei et proximi. hoc velim suadeas; ad hanc me gloriam exhortare; hec inferre possunt non solum nomen meum, sed

1. *VF omettono* qui - quod *e ad* eius *sostituiscono* cuius 1-2. *VF* non fuer. perm. 3. *VF omettono* in 3-4. *V* delectatus *F* delectatur 5. *VF* resp. int. 6. hic] N^{I} his ille] N^{I} hic illi] N^{I} illis 8-9. *VF* delectant 9. propria] *F* prisca hunc] *VF* illum 13. *VF* et. ipsi 13-14. N^{I} cupiunt 15. N^{I} sciant 17. *VF* quemquam N^{I} quam 18. *V* perpederis *F* perpeteris N^{I} movebis 19. si quid] *F* sicut 21. *F* ne 23. N^{I} varia 25. *VF* splend. eloq. 29. *VF* hoc *ed omettono* solum

(1) Cf. Cic. *Orat.* V, 17. (2) Pers. *Sat.* I, 5-7.

memetipsum astris, imo super astra, ubi beatus cum illo summo soloque beatifico bono non labentia tempora et finem aliquando, si Veritati credimus, habitura, sed ipsam eternitatis permanentiam tenens, sum evo interminabili fruiturus. et quid prodest 5 homini, si

Imperium oceano, et famam terminet astris (1),

mittatur tamen inferius in gehennam? vana sunt hec et puerilibus consentanea crepidis, que, cum diligentissime picte sint, ceno tamen et luto plerumque fetido deformentur. hec autem quam 10 suades gloria talis est, quod vix unius nationis limitibus extendatur, vix unius etatis tempore pateat, nec possit etiam sui cupidos solide delectare. nullus enim unquam tam propiciis fame flatibus usus est, qui non alicuius infamie spiritu sit repercussus. nec solum vivens sensit hoc propter invidiam, que semper, ex 15 alienis meritis exorta, virtutibus comes est et insidiosa consectatrix, sed post secula plura, que carere solent invidia. nam quod de Themistocle legitur, adeo de tropheis Milthiadis esse commotum, quod nocturnos somnos abrumperet, latius patet (2). non illa solum emulatio ducum et imperatorum est, sed etiam poeta- 20 rum; nec unquam fuit quispiam rem ab alio tractatam assumens, qui predecessoris famam non tantummodo transgredi, sed sepelire non conaretur. et ipse Maro suum habuit Cornificium (3); habuit et ante ipsum Terentius Lanuvinum (4). crede michi, si qui sunt, qui super alios emineant aut eminere tentent, habent continuo

che colloca l'uomo lassù nel cielo tra le stelle.

I trionfi e le pompe di quaggiù son al paragone senza valore alcuno,

la fama terrena un soffio di vento,

che l'invidia suol spegnere tosto.

Al pari dei guerrieri

hanno i poeti ancora i loro avversari,

che cercano immergerli nell'oblio per farsi chiari a lor danno.

2. N^1 *omette* et finem 4. sum] N^1 sub 4-5. hom. prod. 6. *VF omettono* et 10. *F* quae 11. *F omette* tempore *e scrive* quamvis pateat ne p. etiam et sui 12. *VF ometton* solide fame] *VF* flamme 13. N^1 recussus 14. N^1 *omette* ex 15. *F* mitis *(sic)* exhorta *V* consentatrix *F* assentatrix 17. N^1 *V* Themistode *VF omettono il secondo* de *V scrive poi* troheis melchiadas, *parole che F corregge.* 19. N^1 ea 23. N^1 *omette* et ante *VF* Lavinium 24. *V* continue *F invece* quotidie

(1) Cf. VERG. *Aen.* I, 287; ma il testo « famam qui terminet ».

(2) Cf. VAL. MAX. op. cit. VIII, XIV, ext. 1.

(3) Cf. DONAT. *Vita P. Verg. Mar.* XVIII, 76 ed anche XVII, 67.

(4) Il « vetus poeta », contro il quale Terenzio si scaglia in pressochè tutti i prologhi delle sue commedie (cf. TEUFFEL, op. cit. § 107), si chiamava « Luscius Lanuvinus »; però anche la forma « Lavinius » è data da alcuni testi.

submergentem. reliquit Maro comburendam E n e i d a (1), quam servavit rerum potitus Augustus; nec tamen fame celebritate aut maiestate carminis vel tanti principis iudicio adeo tutus fuit, quin invenerit postea et detractorem Evangelum et Gaium Cesarem, cui Caligule fuit agnomen, qui vellet ipsum, utpote nullius ingenii, de bibliotheca tollere et tam clarum opus, adeo corrupta sunt iudicia mortalium! abolere (2). sed fac omnia michi fore secunda. quid inanius, queve maior vanitas, quam ad volatilis fame lucrum vitam impendere, quam umbram sequi, quam illud anxie querere, quod videas ex alterius arbitrio et voluntate pendere? quot putas maximos vates aut penitus ignorari aut preter nudi nominis memoriam omnino periisse? denique christiani sumus. et qua tibi provenit ex doctrina, quod ad inanis glorie et fame celebritatis aucupium christianus christicolam exhorteris? sed non miror. adeo quidem ex amore tuo futilis consilii factus es, quod persuadeas me senem cupidinem honestum sequi, quasi vel ille, quo peris, honestus sit, vel aliquis amor preter dilectionem Dei propter se et proximi propter Deum esse possit nisi modis omnibus inhonestus, nisi fornicatio, nisi dementia, nisi denique illius offensio Numinis, in quod sunt quecunque facimus dirigenda. eia ergo, frater carissime, discute nubes, que tuum obducunt taliter intellectum, quod cum cecutias et offendas, non percipis nec sentis; et illa persuade que tuam etatem deceant atque meam. sero quidem, crede michi, bene vivere senex incipit, cui quam primum desinendum est; sed adhuc melius sic incepisse quam prius desinere quam incipias (3). vale. Florentie, tertio nonas martii.

Augusto salvò dalle fiamme l' *Eneide*,

ma Caligola volea toglierla dalle biblioteche perchè reputavala priva di pregio.

Sicchè a che giova affaticarsi per una vana apparenza?

Ed infine non si opera così contrariamente ai precetti di Cristo?

Ma non è strano che Pellegrino dia siffatti consigli, immerso com' è nella sua amorosa stoltezza.

Corregga dunque se stesso e non esorti lui a cose che all'età sua più non s'addicono.

1. *F* comburenda *V* Eneidam 4. quin] *F N*[1] cum *F* invenerint *V* Evangelium *N*[1] aut *F* Caium 5. *N*[1] Caligula agnomen fuit 7. *N*[1] *omette* sunt 9. *N*[1] luctum 12-13. *VF per* christiani sumus *leggono* christianissimus 13. qua tibi] *F* quatenus 16. *V* meme *F* memet *N*[1] seq. hon. cup. 17-18. *N*[1] Dei dil. 19. *VF ometton* denique *e scrivono* nisique 20. *N*[1] quo 21. que tuum] *F* quod t. 26. *VF omettono la data.*

(1) Cf. Donat. *Vita* cit. XIV, 52; XV, 56.

(2) Per Evangelo cf. i P r o l e g o m e n a del Jahn alla sua edizione delle opere Macrobiane, Lipsia, 1848, vol. I, p. xxxi, III; per Caligola Suet. C. Caes. C a l i g. XXXIIII. Di codesti detrattori de' due celebri poeti dell'antichità torna il nome sulla bocca del S. anche nel *Dialogus ad Petr. Histr.* lib. I, ed. Kirner, p. 38; ed. Klette, p. 65.

(3) Cf. Sen. *Ep. ad Luc.* XXXIII, 8.

VII.

A Tommaso di ser Rigo da Perugia (1).

[Cod. Barberiniano VIII, 32, c. 17 a; L3, c. 20 b; N1, c. 47 a; Mehus, par. I, ep. xv, pp. 60-66, da L3.]

5 Parnassico viro Thome ser Rigi de Perusio fratri meo karissimo et optimo.

Firenze, 13 maggio 1395?

Giammai gli parve tanto vera la sentenza ciceroniana sui poeti,

Nunquam profecto michi magis verum visum est illud de poetis Ciceronis oraculum, poetam scilicet natura valere et quasi

5. *Così B, dove all' indirizzo precede la rubrica:* Responsio ser Colutii ad eundem Thomam super quadam epistola ad eum transmissa *N1* Doctissimo viro Thomme ser Rigi de Perusio amico carissimo *L3 Me* Thome ser Rigi de Perusio

(1) Nel registrare il nome di Tommaso di ser Rigo di Domenico da Perugia tra quelli de' concittadini suoi, i quali sullo scorcio del Trecento diedero opera agli studi, il Vermiglioli, *Biograf. degli scrittori perug. e notizie delle op. loro,* Perugia, 1829, II, 257, non esita a confessare che tutto quanto sa dirne proviene dalle due epistole che il S. gli diresse e lamenta insieme di non conoscere la corrispondenza, che secondo l'attestazione del Mehus, *Vita A. Traversarii,* p. cccv, Coluccio avrebbe tenuta col padre di Tommaso, ser Rigo. Più avventurati dello scrittore perugino possiamo dunque dirci noi, giacchè oltre alla epistola a Rigo, già veduta dal Mehus e che a suo luogo daremo in luce, possediamo un altro e ragguardevol documento concernente Tommaso nel breve elogio che di lui, spentosi anzi tempo, dettò un contemporaneo, di cui il nome ci sfugge, ma che fu probabilmente compatriota, certo poi amico del giovine letterato. Trascrisse costui in un suo zibaldone di scritture classiche ed umanistiche, che è ora il cod. Barberin. VIII, 32, un'orazione di Tommaso in lode della sapienza, cc. 13 a - 16 b; e poscia aggiunse: « Sermo hic editus « [est] a Thoma ser Rigi de Perusio, « viginti (?) quadrienni adolescenti, « quem putavit ille, quum (?) primum « librum Ethicorum Aristotilis ce- « pisset legere, recitare: sed mors pre- « veniens aliter terminavit (?). nam, « cum divina et humana in divine ar- « chano mentis consistant nec aliter « quam ex eadem [decernatur], maxi- « me que in naturalibus accidentia (?) « ad generationem et corruptionem per « seriem causarum dependent, tor- « queantur; primo iunii .mcccc. idem « adolescens ad divina evocatus, hu- « mana reliquit et superis mixtus quod « fide credidit ac tenuit et interdum « acuto eius dono Dei ingenio diserte « disputavit, clara luce tuetur. nec mi- « rum, cum a pueritia in hodiernum « usque non viderim felix tanto filio « pater... (*) non ex ore cadere ver- « bum turpe, non difluere aut labi, uti « adolescentibus mos est; quinimo il- « lum aspernari et voluptates quasque « nedum fugere, sed abhorrere, nec tan-

(*) Qui una frase inintelligibile nel testo.

quanto oggi nel considerare Tommaso che, ancora adolescente, senza maestri, duce il suo ingegno, auspice la natura, già si manifesta qual perfetto poeta.

quodam divino spiritu inflari(1), quam in te nunc, dilectissime Thoma, qui, cum nondum compleveris adolescentie quadratum illum numerum, post quem iuventa dicitur habere principium, nulla, si tibi credamus, arte nulloque magistro, per temetipsum ingenio tuo, hoc est nature ipsius manu vigoreque ductus, eo 5 perveneris, ut non iam te fore, sed esse perfectum poetam; quem aliquando non irrationabiliter diffinivi virum optimum, laudandi vituperandique peritum, metrico figurativoque sermone sub alicuius narrationis mysterio vera condentem(2); videamus. quid

Nulla manca infatti alle sue ecloghe, perchè dir si possano veri poemi;

enim in tuis illis pastoralibus eclogis, quas divine prorsus compo- 10 suisti, desiderari potest, quod ad perfectissimi poematis decus requiratur vel adhiberi possit? quid illis inventionibus acutius; quid introductarum personarum nominibus accomodatius; quid vocabulis, verbis atque dictionibus elegantius; quid sententiis, quibus quasi luminibus cuncta renident, virilius et ponderosius?(3) 15

sicchè esaminandole

ego de tuis illis versibus examussim iudico, si quid momenti in

1. *B omette* divino *e scrive* conflari 8. *Me* figuratoque 10. *L3* eglogiis 11. *Me* perfectissimum 13-14. *Me omette* quid voc. - elegantius *L3 dava* elegantus*; l'* i *fu aggiunto in interlinea.* 15. *N1* recudent 16. *N1* examu *(sic)*.

« tum abhorrere, sed detestari. sem-
« per ad aliquid vestigandum utile vel « honestum, quod idem est, curam, « verba et opera ponebat. non modo « mores predicabat, sed morum in « exemplar sese erigebat et totum se « studio liberali iugiter vindicabat ». Così grazie al racconto dell'anonimo, confermato in parte, come vedremo, dalla epistola di Coluccio a ser Rigo, noi conosciamo con certezza la data della morte di Tommaso, avvenuta quand'egli non era, secondo le teoriche medievali, alle quali anche il S. qui allude, uscito ancora dall'adolescenza, che terminava coll' anno venticinquesimo. Ma poichè tra il momento in cui richiese d'amicizia Coluccio e quello della sua morte deve essere corso qualche anno, così crediamo opportuno assegnare la presente al 1395.

(1) Cic. *Pro Archia*, VIII.

(2) Non saprei dove il S. avesse prima d'allora enunziata questa sua definizione; ma noi la troviamo ad ogni modo ripetuta da lui nella grand'opera *De Hercule eiusque laboribus*, lib. I, cap. XII, De poeta quid sit et quod eius officium; cod. Vatic. Urbin. 694, c. 19 A.

(3) Disgraziatamente queste ecloghe, che pur avrebbero posseduto per la storia del genere un interesse non piccolo, paiono smarrite. Perchè il S. le innalzasse a cielo così, egli che della bucolica contemporanea non era in generale troppo tenero (cf. lib. VI, ep. XV; II, 190), dovevano realmente avere qualche merito. A noi oggi dell' ingegno di Tommaso non è dato quindi recare verun giudizio; il Sermo del cod. Barberiniano essendo scrittura troppo breve e troppo retorica per offrirci elementi su cui fondare un apprezzamento valevole.

mea sententia fuerit, bonos esse et examinatissimis constare syllabis, bene et eleganter convenire vocabula, ut fixa splendide vestiantur mobilibus et verba determinentur grata coniunctione adverbiorum; ut mecum admirer in te tam singulare Dei donum quamque te videatur simul hominem et poetam produxisse. cave tamen; quoniam licet poetarum proprium sit figurativo metricoque sermone cuncta cum ornatu proferre, quod maximum est; hec tamen facultas quicquid trivium docet et facit amplectitur, et, quod est sibi proprium, sub integumento dicere superaddit, ut impleri non possit poetice facultatis officium, nisi per totius trivii regulas ambuletur; nisi narretur congrue, probetur apposite et persuadeatur ornate. et hec quidem sunt de forma dicendi; materialiter autem ad eam concurrunt quicquid universum quadrivium, quicquidque totum philosophie pelagus, sive mores respiciat, sive corpus mobile speculetur, sive rerum proprietates, formas, actus potentiasque vestiget, sive res divinas et incorporeas et ipsum ens simpliciter, hoc est universaliter, tractet, sive fideliter Deum in se vel in suis effectibus indagine, que de sacrarum litterarum revelatione procedit, inquirat; ut nichil divinum vel humanum, gentile vel christianum latere debeat verum perfectissimumque poetam. nec velim ex hoc te ab hac re divinissima deterrere, sed potius exhortari. habes, quod precipuum est, innatam ab ipsa natura poesim. velim hoc, me auctore, tibi verissimum esse persuadeas speresque tam alta fundamenta Deum inaniter non iecisse. preparavit te Deus et ad summum perducet, si dona non neglexeris sua. fac ut non desis tibi; potes velle, imo debes, quod ille vult. an autem velit, tu facillime sentis, et ego sine dubitatione perspicio. largus est Deus largitor seminum, quibus ad honesta componimur sive potius apti sumus. latent hec tamen in multis, vel immersa negligentie tenebris vel squalore desuetudinis oppleta vel pessumdata vitiis aut passionibus impedita; latent etiam plerumque nec inveniunt exitum, cum non habuerint qui moveat ea monitis vel

egli ammira insieme il singolar dono fatto da Dio al loro autore che creò uomo e poeta ad un tempo.

Ma convien però che il poeta conosca le discipline tutte del trivio

e quelle ancora del quadrivio v'aggiunga,

perchè tale divenga davvero. Non si sgomenti egli per questo: bensì ai doni di natura

accoppî i frutti della sua fatica.

Largamente Iddio semina negli uomini i germi del bene;

3. *L3 dà* et *aggiunto in margine.* 4. *B* mirer *L3 N1* quodque *Me* quamquam 6. *B Me* figurato 8. *B* complect. 9. *B omette* sub integ. dic. 11. *N1* congrue narr. 13. *L3* quadruvium 14. *Me* physicae 17. *B Me* affectibus 20. *Dopo* te *L3 Me dànno* vel 25. *B L3 N1* tua 25-26. *N1* tibi non des. 27. *Me* prospicio 29. *Me omette* hec immersa] *N1* universa

exemplo. nunc autem tu tibi dux, tu magister, tuque tibi iam exemplum factus es. insunt tibi, quod rarissimum est, divine poetice semina, nec semina solum, sed iam in plantas exeuntia fructus uberes ostenderunt. sentio, mi Thoma, sentio tua relegens, dulcem ingenii tui venam et, licet oppositum asseras, sentio simul 5 altam uberemque doctrinam. video quo fonte biberis, quanquam facile tibi sit ut totius Parnasi fontibus proluaris (1). rem hanc igitur, licet poete divinum quid sint, imo quodammodo dii, animi magnitudine complectare

in Tommaso però non solo i germi ma già si contemplano i frutti delle opere buone.

et te quoque dignum 10
Finge deo. (2)

spera te, cui dedit Deus et vehemens animi tui applicatio, imo, non sine vehementi tui animi applicatione, tam altum mirabileque principium, et reliqua posse complecti. hortatur te, si recolis, Flaccus noster: 15

Avanzi dunque con coraggio per la strada intrapresa;

Sapere aude: dimidium facti qui cepit, habet (3).

cepisti iam; nec cepisti solum, sed longius progressus es. urge propositum, sequere inceptum. difficilis est iter ingressuris discessus a suis; laboriosa prime diei progressio, tediosumque primam procul a suis captare quietem. sequentis vero diei tolerabilior labor et 20 curis exutior somnus, et in dies magis aufertur passio, suarumque necessitudinum desiderium evanescit; adeoque consuetudinis exercitio mutatur habitus, quod delectabilis sit dormitio post ambulationem et, postquam somno surrexerit, ambulare. haud aliter contingit his, qui sapientie studere et eloquentie incipiunt a suis 25 et solitis carnalibus delinimentis et voluptatibus discedentes. sed postquam aliquantulum progredi incipiunt, et de veritate in veritatem perceptam, quasi de die in diem exactam, velut hospites,

raddoppi anzi di alacrità, dacchè ha cominciato. Come ai viandanti è grave il porsi in cammino, così a coloro che abbracciano gli studi riesce faticoso muovere i primi passi; ma quando abbian incominciato a gustare la scienza,

1. *B omette* tibi - tuque 1-2. N^{1} exempl. iam 2. *Me* divina 3. *L' a finale del primo* semina *è in rasura in* L^{3}. N^{1} exeuntes 4. L^{3} tuam 5. *B* tui ing. 6. L^{3} N^{1} quamque 7. L^{3} frontibus *corretto in* fontib. 8. N^{1} qui *Me* quod 13. *B omette* vehem. N^{1} an. tui 18. *B* N^{1} difficile 19. *B omette* primam 24. *B* surr. somn. N^{1} *omette* somno *Me* surrexeris 25. *B* contigit 25-27. *Me omette* a suis - incipiunt

(1) Cf. Pers. *Sat.* Prooem. 1.
(2) Verg. *Aen.* VIII, 364-65.
(3) Horat. *Ep.* I, II, 40; ma il testo: Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude.

conquiescunt et repertis quas didicerint veritatibus leti fruuntur et gaudent et minore labore maioreque aviditate proficiscuntur in reliqua, quantoque magis ultra processerint fortius atque validius gradiuntur. delectant multa nostros sensus et terrestria corpora 5 sensibus ipsis plusquam oporteat obnoxia; nec delectant solum, sed allectant. attamen omnes voluptates exsuperat perficere mentem nobilitareque quotidie per scientiam animum et qua parte cunctis prestamus animantibus, intellectu scilicet et facultate dicendi, equari ceteris hominibus vel preferri. adde nunc, nec adde solum, 10 sed considera, quod quicquid delectat corpus et ipsos corporis sensus, mox eos gravat et deterit aut una cum tempore sic effluit et mutatur, quod vel nichil afferat voluptatis vel quod prius delectaverat nunc offendat. que vero delectant animum ipsum acuunt atque perficiunt et, licet aliquando vel longa desuetudine vel me- 15 morie fragilitate depereant, relinquunt tamen habitus prius quesiti permanens quoddam in mente vestigium ac rationis nexum, ut in ipsum memorie vi quasi perceptum vel ingenii bonitate velut in novum aliquod facile redeatur; ut sic quandoque tunc videatur inventum, quod nullo modo credatur memoria repetitum; talique 20 scientifica hec voluptate mentem afficiunt, quod nunquam omnino contristent, sed omnes semper illa gaudeant percepisse. perge igitur, carissime Thoma, perge feliciter, imo quo feliciteris, pergas ardenter; fac te poetam compleas non solum ornatu, iocunditate rationeque dicendi, sed rerum copia, de quibus et ex quibus di- 25 cenda componas, ut non dulcia solum, sed et gravia sint que scribis; nec solum speciosa, sed seria, queve non minus edificent quam delectent. transeunt etenim canore nuge per aures et, veluti musica vasa, cum resonare desinunt nil relinquunt permanens. igitur aliquid in legentibus generent illa que scripseris, 30 quod non solum mulceat, sed prosit; nec sit tuarum rerum finis cum delectatione legere, sed prodesse. non est enim aliquid in

sono compensati ad usura dal piacere che provano ed acquistano nuova lena; chè ben superiori ai diletti sensuali sono gli spirituali godimenti.

Quelli infatti danneggiano il corpo,

questi affinano l'animo,

rinvigoriscono l'ingegno,

son fonte di perpetua compiacenza.

Arricchisca dunque Tommaso il suo intelletto colla scienza;

componga cose non solo dilettevoli, ma proficue altrui,

1. *L3 N1 Me* conq. rep. et quas 5. *L3 N1* oportet 6. *B* proficere 8. *B* prestamur 9. *N1* cet. hom. eq. *L3 N1 Me omettono* nunc 13. *B* offendit 14. atque] *B* et 17. *B N1* preceptum 18. *B* aliquid *N1 omette* tunc 21. *B* gaudent 23. *N1* audacter 26. *N1* edificant 28. *Me* velut 28-29. *N1 omette* resonare - legentibus 29. *Me* generant, *correzione suggeritagli dall'erronea interpunzione qui da lui introdotta nel testo.*

quo magis sequenda sint nature principia quam in divina poesi, quoniam omne quod propter ipsam discitur non solum ad poeticam adiuvat, sed ad vitam et ad id quod vite prestat ornatum. quid enim magis ornat homines quam scientia? quid ipsum admirabiliorem exhibet quam eloquentia? primum illud materia est, 5 non poetice solum, sed cuiuslibet dictionis; alterum autem est forma. sed cur te per summa Parnasi iuga pergentem superfluus hortor? quoniam videmus equos faventium vocibus exultare et acclamationibus ipsis alacrius currere. tu vero tibi in hac re sis, admoneo, calcar, sis et hortator. frustra quidem urgetur extrinsecus 10 qui semet introrsum deserit. hec satis.

poichè nulla adorna vieppiù gli uomini della scienza e dell'eloquenza.

Del resto sono siffatte esortazioni per lui del tutto superflue.

Unum tamen quod in votis est tuis, esset et in meis si liceret, ne dissimulasse videar, non omittam. libenter tecum essem ut mutuo legentes dubitantesque disceremus; quod, sicuti privatim et amicabiliter possum, sic publica comunicatione non 15 queo. non recipit enim locus ille forensem, non etiam civem, nisi parentibus, quorum fides probata sit, genitum cuique domini putent credi posse fideliter omne secretum. privatam itaque familiaritatem offero; publicam vero societatem offerre vel concedere non est meum (1). vale. Florentie, tertio idus maii. 20

Gli duole non poter appagare il desiderio suo d'essergli vicino;

ma l'ufficio da lui bramato non si concede che a Fiorentini di conosciuta fede.

Tuus Colutius Pieri de Salutatis cancellarius immeritus Florentinus.

1. N^1 participia, *poi corretto in* principia 2. *B* per 3. *L*3 *Me* prẹstet 5. *L*3 exhibent 6. N^1 *omette* autem 7. *B* superfluis 10. N^1 *omette* et *B* urget 11. *L*3 *Me* retrorsum 12-20. *Manca in B.* 18. *Dopo* privat. *in* N^1 *un* q *cancellato.* 19. *Me* affero - afferre 21. *La sottoscrizione è omessa in L*3 N^1 *Me.* *B* Pierii

(1) Evidentemente Tommaso aveva chiesto al S. un ufficio nella cancelleria fiorentina, mandandogli, come saggio del proprio valore, le ecloghe, primizie della sua musa; ma ch'egli stesso si fosse recato a Firenze, come il VERMIGLIOLI suppone (op. e loc. cit.), non mi par punto credibile.

VIII.

A Giovanni di Montreuil [1].

[L3, c. 15 a; N1, c. 42 a; Martène-Durand, *Veter. script. et monument. ampl. collectio,* II, 1454-56, ep. lxxv, da L3; Mehus, par. I, ep. xiii, pp. 45-48,
5 da L3 [2].]

Domino Iohanni de Monsterolio, preposito Insulensi, regis Francorum secretario.

Firenze, 2 luglio 1395.

L'insistenza colla quale gli chiede copia delle sue epistole, mostrando farne altissimo conto,

Petis et instas, vir insignis cunctisque venerationis honoribus excolende, ut ex epistolis meis tibi copiam faciam; tantum
10 michi tribuens, quantum olim tuis Sidonio Ivonique Carnotensi

6. *Così L3 M-D Me, ma M-D prepongono* Anonymi *e scrivono* Monsteriolo *N1* Venerabili patri domino Iohanni de Monsterolis serenissimi regis Francorum secretario 10. *L3 M-D Me dopo* olim *pongono* in *L3* Iunique Carnetensi *N1 omette* Ivonique

(1) A Giovanni di Montreuil (1354-1418), che dopo aver vissuto qualche tempo ai servigi di Milone di Dormans, vescovo di Beauvais, passò verso il 1389 a quelli di Carlo VI re di Francia, e divenuto così capo della cancelleria regia ed insieme di quelle de' duchi di Berry, di Borgogna ed Orléans, raggiunse in corte un' altissima situazione politica e prese parte attiva al maneggio della pubblica cosa fino al giorno nefasto nel quale la caduta di Parigi in mano de' Borgognoni travolse lui pure, al pari di Gonthier Col, suo collega ed amico, nella tomba; ha dedicato, or sono alcuni anni, una buona monografia Antonio Thomas, intitolata: *De Ioannis de Monsterolio vita et operibus sive de romanarum litterarum initio apud Gallos instaurato Carolo VI regnante,* Parisiis, MDCCCLXXXIII. Come il titolo dunque dichiara, in essa l'autore non ha voluto soltanto illustrare la vita, assai povera d' avvenimenti, e le scritture, tutte, ad eccezione delle epistole, d' esiguo interesse, del preposto della collegiata di S. Pietro di Lilla, ma mettere soprattutto in evidenza i tentativi che un' eletta schiera d'ingegni da lui capitanata aveva iniziati in Francia per farvi rifiorire, ad imitazione di quanto avveniva in Italia, il culto dell' antichità. Le catastrofi politiche, che condussero la monarchia ed il paese sull'orlo della rovina, resero vani cotesti sforzi; tantochè i semi che il di Montreuil, Niccolò de Clemangis, Gonthier Col, Laurent de Premierfait e parecchi altri avevano gettati nel ben disposto terreno rimasero sterili ed infecondi in Francia per cent'anni ancora.

La stessa intensa ammirazione che il de Montreuil sentiva per i classici, egli la prodigava con fervore poco illuminato forse, ma certo sincero, ai dotti italiani che avevano riaperto ai loro contemporanei i sacri fonti dell'antichità; e come il Petrarca ed il Boccaccio egli venerava quindi (le sue

(2) V. nota 1 a p. 72.

vel Hildeberto Cenomanensi presulibus vel ciceroniane eloquentie Sulpitio Severo vel aliis plurimis, quorum ingens fama temporibus suis fuit, vix potuit exhiberi(2). in qua quidem re miror requiroque prudentiam tuam, que, cum in ceteris non facile falli soleat, in hoc tam vane tamque inaniter sit decepta. ego quidem, ut verum fatear, nichil meum revideo, in quo non plura desiderem quam inveniam et in quo non multociens erubescam(3). et tu quibusdam que de meis operibus te gloriaris habere, te felicem, quasi illa te

non può a meno di arrecargli stupore.

Come mai Giovanni s'inganna a tal segno da far stima tanto grande di cose così poco pregevoli?

1. *N¹ M-D* Ildelberto 2. ingens] *Me* ingenii 5. *M-D* tum – tumque

epistole così edite come inedite ne fanno fede) il Salutati. Costui egli esalta ad ogni tratto nelle sue scritture come sommo ed insuperabile modello; e fin dal tempo in cui viveva presso monsignor di Beauvais, s'era adoperato, com' egli stesso narra nell'epistola al S. diretta e di cui parliamo più sotto, a raccoglierne alcune produzioni. Ad onta di questo culto ch'ei professava per Coluccio, Giovanni non fece però, a quanto sembra, verun tentativo per stringere secolui relazione se non assai tardi. La lettera infatti ch' egli scrisse al S. per ottenere copia di talune tra le sue epistole, lettera già edita del Thomas, da noi riprodotta nell'app. XIII ed alla quale la presente risponde, non può reputarsi anteriore al 1394, perchè in essa, come si deduce dall' indirizzo della risposta, Giovanni doveva essersi sottoscritto, secondo il suo costume, « prepositus Insulensis »; or, come c' apprende il THOMAS, op. cit. p. 7, egli non appare rivestito di siffatta dignità avanti quell'anno. D' altra parte quest'epistola medesima, se non può credersi scritta più tardi del 1395 per esservi la moglie del S. rammentata come tuttora vivente, neppur sembra da ritenersi, anche in ragion del luogo che occupa ne' mss., di molto anteriore. Naturalmente ogni dubbiezza sarebbe tolta se fosse possibile accertare quando per l'appunto si recasse a Firenze quell'Ambrogio de' Migli che presentò a Coluccio la lettera ed i doni del di Montreuil; ma di questa venuta del Milanese non serbano traccia i documenti fiorentini del tempo, vuoi ch' egli si fosse portato in Toscana per private faccende, vuoi che la missione di cui il duca d'Orléans suo signore l'aveva incaricato (ove alcuna glien' avesse affidata) fosse del tutto confidenziale. Ma, tenuto conto d' ogni cosa e riflettendo in ultimo che la seconda epistola del S. a Giovanni in cui gli annunzia l'invio di quella scelta delle proprie epistole che con la presente s' era impegnato a mandargli, spetta certamente al 1396 (cf. ep. XX di questo libro), ci sembra di non allontanarci dal vero se assegniamo questa all' anno precedente.

(1) Il Martène ed il Durand inserirono la presente tra le epistole di Giovanni de Montreuil senza conoscerne l'autore, e valendosi d' una copia che da L³ ne aveva tratto il Mabillon. La loro edizione sfuggì al Mehus, il quale ripubblicò l'epistola dal medesimo codice come se fosse inedita.

(2) Cf. l'ep. VIIII di questo libro, p. 83.

(3) Cf. l'ep. VIIII di questo libro, p. 88.

beatificent, profiteris (1). nimis, mi Iohannes, imo nimius laudator es. dicerem, nisi tuam dignationem vererer, nimis blandus, qui rebus mortalibus atque mortalium tantum attribuas quantum obiecto beatifico debeatur. gaudeo tamen huic errori tuo, quoniam error
5 amatorius est; nam, nisi me diligeres, in meis rebus adeo non errares. inconsequentia vult qui requirit ab amico suo; sit ille quantum vis elevati vel sublimis intellectus; ut verus iudex sit de rebus amici. quo fit ut, cum gratus nobis sit amor, gratus nobis oportet etiam sit et error; non in eo quod error est, sed quo-
10 niam habeat a re tam grata principium et ex ea quadam necessitate sine dubio derivetur. nec facile dixerim si discuti tibi cupiam hunc errorem, qui cum ex amore proveniat, mirum dictu, cum causa tum conservatio sit amoris. conabor autem, quoad id fieri poterit, quod quam minus fieri potest, erres, utque talis sim,
15 si tamen ab homine effici potest, qualem cogitas atque formas.

Habui per manus egregii viri Ambrosii de Miliis (2) munera tua, videlicet instrumenta scriptoria pro me et pro coniuge forficulas

Troppo soverchio lodatore si dimostra egli dunque;

ma pur non sa muovergliene rimprovero, perchè tale errore è indizio d'affetto;

ed essendo grato questo, quello pure riesce gradito,

sicchè è a bramare che Giovanni non se ne corregga.

Egli cercherà ad ogni modo di far sì che l'errore suo sia più lieve.

Ebbe da Ambrogio de' Migli i doni per sè e la moglie;

1. *Me* beneficent nimius] N^{1} nimis 2. L^{3} *M-D Me* ver. dign. tuam, *ma Me corresse inopportunamente* dignat. *in* indignat. blandus] *Me* blandiri 3. L^{3} *M-D* obiectio 4. N^{1} tuo err. 6. L^{3} *M-D Me* in conseq. N^{1} *reca* suo *cancellato e riscritto più chiaramente.* 7. *M-D* elati 8. ut] L^{3} *M-D Me* quod 10. L^{3} *M-D Me* necess. quad. 13. N^{1} quod 14. N^{1} quodque *Me* quod quominus potest] *M-D* poterit *e* ut quod 15. L^{3} *M-D Me* pot. eff. 17. N^{1} script. instr. *e dopo* coniuge *dà di nuovo* videlicet

(1) Oltrechè alcune epistole (probabilmente pubbliche) del S., Giovanni ne possedeva, come dice egli medesimo nell'epistola già citata a Coluccio, la divulgata *Declamatio Lucretie*.

(2) Era costui un lombardo (anzi, parrebbe, un milanese; cf. però *Arch. stor. lomb.* ser. III, vol. I, a. XXI, 1894, p. 14) fornito di non mediocre ingegno e di non comune dottrina, il quale, passato in Francia, aveva saputo entrare nelle buone grazie di Giovanni di Montreuil e, mercè sua, conseguire un ufficio assai importante, quello di segretario di Luigi duca d'Orléans, il genero di G. G. Visconti. La buona armonia che regnava tra lui ed il preposto di Lilla sembra però che a poco a poco s'alterasse; dapprima in causa di letterarie divergenze, rese più vive probabilmente da motivi di ben diversa natura; perchè non si capirebbe altrimenti l'aspro linguaggio con cui Giovanni rimprovera ad Ambrogio le sue preferenze per Ovidio a danno di Virgilio o le accuse contro Cicerone imputato da lui di mutabilità di carattere; cf. le epp. LVIII e LIX di Giovanni a Niccolò di Clemangis, *Ampl. coll.* coll. 1423, 1426. Dal canto suo il Migli non si lasciò attaccare senza difendersi; chè anzi, scrivendo a Gonthier Col, sfogò in una lunga diatriba tutta la sua collera contro il preposto, accusandolo di superbia, d'arroganza, di smodato amor di

ed entrambi gliene rendono grazie; ma e' desidera che in avvenire si astenga da ciò.

Non i doni provocano ne' cuori l'amicizia,

ma la virtù, o almeno l'opinione di essa.

et cultellinum argenteum et ornatum; que omnia redolent artificum manus et inclyte civitatis Parisius famam (1). pro quibus gratias ago; gratias agit et coniux. cave tamen posthac ne in animum inducas tuum, ut putes me talibus delectari aut exeniis amiciciam metiri sive contrahere. virtus enim, mi Iohannes, est amicicie 5 conciliatrix, cuius tanta vis est, ut non solum scita, sed credita caritatem pariat; nec solum si eam veram et germanam contingat aspicere; si tamen vera virtus, que qualitas mentis est et in sola mentis dispositione perficitur, videri potest; sed etiam si umbram atque simulacrum eius viderimus, mirum in modum efficit ut 10 amemus. ista mecum age, non donis: huius opinione iam factum est ut diligam; ista fiet ut amem et ut optimo bonorum mortalium bono, amicicia scilicet tua, fruar. nec minus improprie dictum putes, quod me fruiturum amicicia tua dixerim. res enim prorsus divina caritas et amicicia est; vel adeo divinitati similis, 15 quod non inepte possit fruitionis sibi vocabulum adhiberi; licet minus appropriate, non omnino tamen improprie. hec hactenus.

1. *Me* artificium 4. *Me* e xeniis 5. sive] N^1 et 7. L^3 *M-D Me* non 9. N^1 umbras 14. N^1 tu

denaro e canzonandolo per le sue pretensioni letterarie: « quod si saperet, « si quam communis commodi curam « haberet, potius [se] exercere studeret, « quam aut legendis libris nihil proficere aut tempus terere conficiendis « in volumen epistolis, quod ambitiosus « auctor derisurae merito posteritati « relinquat, idoneum certe tersorium! »; op. cit. ep. LXXV, col. 1457. Irritato il di Montreuil replicò con maggiore veemenza e nella contesa entrò anche, per sostenere le parti del preposto, Niccola da Clemangis; cf. THOMAS, op. cit. p. 53. Più tardi, deposti i rancori, i due letterati ridivennero amici, come ne darebbe prova l'epistola scherzosa dell'ottobre 1400, in cui il di Montreuil descrive la subitanea conversione d'Ambrogio, che fino allora era stato un po'« mondanetto »; *Ampl. coll.* ep. LII, col. 1415; seppur questa lettera è, come pare ritenga il Thomas, posteriore a quelle dianzi citate. Un documento, ritrovato dal Faucon (cf. THOMAS, op. e loc. cit.), ci apprende che nel 1412 Ambrogio, tornato in Italia, era ad Asti, sempre in qualità di segretario del duca d'Orléans. Che avvenisse dopo d'allora di lui ci è ignoto; solo avvertiremo che ben a torto gli editori dell'*Ampl. coll.* assegnano al 1435 l'epistola d'Ambrogio al Col in detestazione delle corti; ep. LXXVII, col. 1459. In quell'anno il Col era morto da un pezzo e forse il Migli stesso l'aveva ancor egli già seguìto nel sepolcro.

(1) Parigi godeva nel secolo XIV d'una fama non men grande che antica per questo rispetto; cf. p. es. il *Dictionarius* di GIOVANNI DI GARLANDIA in SCHELER, *Lexicogr. lat. du* XII^e *et du* XIII^e *siècle,* Leipzig, 1867, p. 23 sg.

Nunc autem ad illa, que per te, per optimum illum virum Ambrosium, per dominum meum, dominum Philippum de Corsinis, regium consiliarium (1), atque per Bonaccursum de Pittis, qui frater meus est (2), tanta cum instantia postulas, veniam. faciam,
5 quod iubes, exemplari quasdam ex epistolis meis tam publicis quam privatis, easque tibi mittam, hac tamen lege, quod non publices. nam, licet inter amicicie penetralia placeat ut vagentur, extra tamen emittere consilium non est. et quoniam exemplantium sive librariorum inopiam magnam habemus, non tedeat ex-
10 pectare. spero tamen quod ex saturitate fastidium et ex rebus tibi ridiculum orietur et fies minus avidus postulator.

Vien ora a ciò ch' egli domanda e da se stesso

e per mezzo del Migli, del Corsini e del Pitti.

Appagherà i suoi voti, mandandogli trascritte alquante delle sue epistole, a condizione che non le diffonda tra il pubblico; però in causa della scarsezza de' copisti converrà ch' egli attenda qualche po'.

1. *M-D omettono* per te *N3* vir. il. 3. *L3 M-D Me* c. reg. *Me omette* per *N1* Bonaccursus

(1) A. Desjardins, *Négociations diplomatiq. de la France avec la Toscane,* Paris, 1859, I, 26 sgg., seguìto dal Passerini, *La fam. Corsini,* p. 87, pretende che Filippo ottenesse il titolo di « consigliere regio » da Carlo VI soltanto nel 1405, allorchè il monarca gli concesse anche il diritto d'inquartare nel proprio stemma i gigli di Francia. Ma, come si vede, è mestieri riconoscere che il Corsini aveva conseguita un bel pezzo prima quell'onorificenza! Probabilmente essa gli era toccata nel 1389, quando si trattenne sei mesi in Francia per sollecitare l'invio delle truppe che il re aveva promesso mandare in soccorso de' Fiorentini in guerra col Visconti; cf. Passerini, op. cit. p. 81; Arch. di Stato, *Miss.* reg. 21*bis*, c. 26 b, « Regi Fran« corum », 10 gennaio; B. Pitti, *Cronaca,* p. 33. Anche la relazione del di Montreuil col Corsini deve datare da quel tempo; ed io credo anzi che sia da identificare con messer Filippo l'anonimo, a cui è diretta la 2a delle lettere di Giovanni, messe in luce dal Thomas, op. cit. p. 102; lettera che si riannoda strettamente alla nostra, perchè il di Montreuil vi prega il suo corrispondente, che chiama, si badi, « pater conscripte », a voler intercedere per lui presso Coluccio, « ut... « de actibus, scedulis, monimentis & « scripturis suis... mittat michi ».

(2) È questi il celebre mercante fiorentino, che della sua vita avventurosa, de' suoi viaggi, della sua sfrenata passione per il giuoco ha lasciato sì memorabile racconto in quella curiosissima e bellissima cronaca, che nel 1720 diede alla luce in Firenze G. Manni, con erudite annotazioni di S. Salvini. Non è qui il caso di trattenerci a discorrere di Buonaccorso, del quale abbiamo in animo di dar altrove più larghi ragguagli; solo osserveremo che nel 1395 egli era in Francia, anzi seguiva i duchi d'Orléans, di Berry e di Borgogna nel loro viaggio ad Avignone; *Cron.* p. 42 sg. Del desiderio del de Montreuil egli ebbe dunque a farsi interprete per lettera presso il S. Il quale dovette nutrir per lui una ben viva amicizia se volle dargli qui l'affettuoso titolo di « fratello »; amicizia, che del resto ci è attestata anche dalle parole che nel lib. II del *Dialogus ad Petr. Histr.* ed. Kirner, p. 40, ed. Klette, p. 67, gli pone in bocca Leonardo Bruni: « sunt illae quidem [aedes] ho« nestorum fratrum, quos ego simul « cum tota Pictorum familia semper « dilexi amicosque habui ».

Frattanto voglia procurargli copia delle *Epistole* di Abelardo.

Interim te rogatum velim quod epistolas Petri Abaialardi, si non habes, inquiri facias et ex tuis vel repertis studeas meo nomine quanto correctius poterit exemplari. sed si de antiqua littera haberi possent, libentius acciperem; nulle quidem littere sunt meis oculis gratiores(1). vale felix et me diligas persuadeasque tibi te 5 a me amari. Florentie, sexto nonas iulii.

VIIII.

A Bartolommeo Oliari cardinal Padovano (2).

[L[1], c. 110 A; R[1], c. 31 B, mutila.]

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Dei 10 et Apostolice Sedis gratia dignissimo cardinali Patavino.

Firenze, 1 agosto 1395.

Se ad altri si rivolgesse e non già a lui, mal saprebbe dissimulare

Reverendissime in Christo pater et singularissime mi domine, cunctis honorificentie cultibus celebrande. si foret mihi cum alio sermo, non possem, fateor, me continere, quin in alicuius mo-

1. *Me* iterum de te *M-D Me* Abaëlardi *Me* sin 4. *L*[3] *M-D Me* poss. hab. 4-5. *M-D* sunt litt. ocul. meis 5. *N*[1] *omette* et *L*[3] *dà* te *aggiunto dal copista in interlinea.* 10. *Così L*[1] *R*[1] Domino cardinali patavino 12. *R*[1] dom. mi 14. *L*[1] *R*[1] *omettono* me

(1) Questa commissione fu eseguita; cf. l'ep. xx del libro presente, p. 146.

(2) Di Bartolommeo Oliari, che, indossata la cocolla francescana in Padova, dov' era nato nel 1320, fu dapprima lettore di teologia e decreti nel patrio convento; quindi, dedicatosi alla predicazione, orator sacro così zelante ed efficace da guadagnare larga e solida reputazione, che lo condusse al seggio episcopale d'Ancona (1381); poi a quello di Firenze (1386) e finalmente alla porpora (1389); oltrechè il Ciacconio, *Vit. et res gestae pont.* II, 706 sg.; l'Ughelli, *Italia sacra,* I, 336; III, 159 sg.; il Cardella, *Mem. stor. de' card. della S. R. Chiesa,* II, 314, ha recentemente trattato il p. Gianfrancesco da Venezia in uno scritto edito nella *Rassegna nazionale,* a. xiii, 1891, LIX, 776 sgg., dove però poco si dice che non risultasse già dagli autori sopracitati, e talune cose s' affermano, quali la discendenza della patrizia famiglia veronese de' Giuliari da quella onde nacque Bartolomeo, che richiederebbero, a nostr' avviso, il conforto di più valide prove. Mandato nel 1393 da Bonifacio IX, il quale l'aveva fregiato del titolo cardinalizio di santa Pudenziana, a tener le sue veci nel reame di Napoli fieramente sconvolto dalle contese tra i partigiani di Ladislao e quelli dell'Angioino, l'Oliari fece ottima prova; e già, pacatasi nel regno la procella, egli iniziava accordi tra la S. Sede ed il re di Sicilia, Martino, favoreggiatore dell' antipapa, quando, ammalatosi in Gaeta, vi moriva il

deste reprehensionis acrimoniam excandescerem, videns servo dominum et, quod maximum omnium reor, virum eruditissimum et omnis scientie lumine prepollentem, quemve deceat non blandiri nec id asserere quod vere solideque tueri non valeat, tot
5 laudationum adoreis arridere et, quod magis admiratus sum; cum

il dispiacere che la soverchia cerimoniosità del cardinale gli arreca,

1. L^1 acrimonia 5. *Dopo* adoreis L^1 *aggiunge un* non *che toglie il senso.*

16 aprile 1396, pressochè ottuagenario. Le sue spoglie ebbero tomba in Gaeta stessa nella chiesa de' frati minori con onorevole epitaffio ancor oggi conservato.

Col S. l'Oliari aveva certamente stretto relazioni assai prima che la rinunzia d'Angelo Acciaiuoli alla sede fiorentina gliene schiudesse la via; fin dagli anni cioè ne' quali recavasi a predicare la quaresima in Firenze nella chiesa de' suoi confratelli. Questa personale conoscenza, fattasi probabilmente più stretta nel breve periodo di tempo in cui l'Oliari; accettissimo al suo popolo, come dimostra la lettera del comune ai Veneziani del 25 dicembre 1387, edita sopra un registro oggi mutilo delle *Missive* dal Salvini in Ughelli, op. e loc. cit.; resse la diocesi fiorentina, dovette accrescere in costui l'ammirazione grande per Coluccio, della quale nella presente epistola si ripercuote ancora un eco vivace, sebbene attenuato dalla modestia dell'elogiato.

Rimasta inosservata sin qui, forse perchè ad eccezione di L^1 niun altro codice ce l'ha serbata intera (non altro che un brevissimo e trascurabil frammento se ne legge difatti a c. 20 B del cod. Canonic. Lat. 304 della Bodlejana d'Oxford sotto il titolo Pro Cassiodorii commendatione; cf. H. O. Coxe, *Cat. codd. mss. bibl. Bodlej.* pars III, Oxonii, MDCCCLIV, 241-43); pur quest'epistola, dettata dal S. sessantaquattrenne, deve annoverarsi fuor di dubbio tra le più notevoli che siano scese dalla sua penna e merita d'essere avvicinata a quella, tanto meritamente celebrata, ch'ei diresse a Juan Fernandez d'Heredia (lib. VII, ep. XI; II, 289). Anche qui difatti il S. colorisce con precisione ed acutezza di vedute un ampio quadro storico; quello cioè del fatale decadimento della letteratura latina; qui giudiziosamente apprezza gli scrittori più illustri dell'età classica con criteri ben diversi da quelli che avevan fino allora governate le menti dei dotti; qui reca infine notizie curiose e recondite sopra autori del medio evo e del primo trecento, che attestano una volta di più com'egli, ben lungi dall'imitare l'indifferenza un po' soverchia del Petrarca per tutto ciò che antico non fosse, si piacesse al contrario d'investigar con sereno sguardo di critico e di filologo anche i prodotti letterari delle età più vicine alla sua. Nè meno degne d'attenzione parranno agli studiosi le riflessioni ch'egli sottopone al cardinale Padovano per giustificare la propria repugnanza a porre mano ad una raccolta delle sue epistole; donde traspare il combattimento che aveva luogo nell'animo suo tra la brama, tutta pagana, di gloria che diverrà in seguito la principal caratteristica degli umanisti e quello spirito d'umiltà cristiana, così largamente professato nell'età medievale, che dominava ancor potentemente la coscienza del nostro e che finì per vincerlo e soggiogarlo del tutto negli ultimi tempi della sua vita.

e l'usar ch' egli fa del voi, scrivendogli;
uso, che non dovrebbe essere accolto da un uomo dotto ed amante del vero,
perchè offende la verità e la grammatica,
e se può esser tollerato, quando si scriva a persone collocate in alte dignità,
è coi privati intollerabile,
tanto più che nulla evvi di più elevato del numero singolare.
Sicchè non attenda d'esser trattato allo stesso modo;
ma piuttosto abbandoni egli, scrivendogli, sì viziosa consuetudine.

unus sim, et utinam bene unus! sentio quidem michi quo sim unus abesse longe plura quam adesse(1); me pluraliter compellare. in quo quidem dicendi genere, si veritatem diligas, versari non debes. cum enim unus, non plures sim, si rationem sequi velis, non debet vir tante auctoritatis et scientie a recta, pura et sincera locutione traduci. quid est obliquius quam unum alloqui, sicut plures; quam a rectitudine latialis eloquii in illud incidere, quod sine figure clipeo, quam nec ornatus asciscat vel cogat necessitas, nequeas excusare? prima grammatice congruentia est numerorum, a qua proportione discedere vel omnino vitiosum est vel aliqua ratione permissum. fuit olim in personis publicis, que non se solum, sed multitudinem dignitatis mysterio representarent, crescente blandiendi licentia receptum, ut verbis pluralibus fungerentur, quasi plus in ipsis deberet intelligi quam quod uni forent, et ideo pluralibus adiectivis vel verbis oporteret exprimere. sed ad unius privati cuiuspiam allocutionem ista transferre, qua necessitate potest quave congruitate defendi? accedat ad hec quod nichil perfectius monade, nichil honorificentius singularitate, nichil inter numeros dignius unitate; ut si voluerimus apposite loqui, non possit debitus honor et dignitas, si ad veritatem respexeris, hac pluralitate dictionis, quam blande magis quam rationabiliter usurpavit modernitas, conservari. ergo vicem a me non expectes, cum non sim morem meum, morem antiquum, moremque rationi nixum et congruitati sermonis accomodatiorem, tecum vel cum aliquo mutaturus. dignationem autem tuam velim mecum saltem a consuetudinis tue, non dicam vitio, sed observatione discedere, ut ad me non aliter quam de me si cum aliquo sermonem conferas, eloquaris. scio quidem quod adhuc non adeo hic error invaluit, cum de aliquo dicendum sit, sive sit presul sive princeps sive privatus, quin de ipso verbis singularibus eloquamur(2).

1. L^{1} quod 2. R^{1} *dopo* plural. *ripete* me 3-4. L^{1} debeas 4. *Dopo* cum *ho aggiunto* enim L^{1} unum *ed omette* sim 5. L^{1} R^{1} debeat R^{1} ab 6. *Dopo* plures R^{1} *scrive* et infra &c. *e qui si arresta in esso l'epistola.* 13. L^{1} iungerentur 19. L^{1} nec 27. L^{1} a me 29. L^{1} *dopo* invaluit *dà* ut

(1) Cf. lib. I, ep. XIII; lib. VI, ep. VII; I, 35; II, 162.

(2) Gli argomenti qui compendiosamente addotti contro l'uso del «voi»

Hec ad dicendi formam. nunc ad illa que scribis veniam; quorum duplex est ratio. una quidem, qua nimis in meis laudibus exundas; altera quod postules ad eterne fame consecrationem me colligere de multarum epistolarum mearum pelago digniores, ut 5 hac memoria eternaliter vivam et dictatoribus, quibus me imitandum proposuero, multum afferam adiumenti.

Ora passerà ad esaminare quanto la sua epistola contiene

Scribis igitur, ut ad primum veniam, te gaudere, quod quotiens de dictatoribus nostri temporis inter loquendum, ut solet, collatio fit, mox cunctis omnium consensu preferar; nec solum eruditos 10 nostri temporis, sed etiam inclytum illud eloquentie sidus, Cassiodorum, senatorium virum regumque Theodorici nepotumque suorum a secretis, cuius opera merito miramur et colimus, sive publicas dictet epistolas sive domesticos privatis litteris alloquatur, sive de anima subtilissime disputet sive de amicicia facundissime tractet, 15 sive dulcissima translatione Tripartitam contexat hystoriam sive Psalmigraphi sensus altissimos perscrutetur [1]; superasse dicar. in quibus quidem verbis tuis consuetam tibi requiro mentis perspicue claritatem. nam, licet alios in me preferendo modernis error abducat, teque cecus amor, quo me prosequeris, sine dubitatione 20 decipiat, unde est quod michi cedere tantum virum, quantum Cassiodorum fuisse cognoscimus, asseveras? et quis antiquorum est, cuius dignus sim solvere calciamenta [2], cuique, quod ridiculum est, preferri debeam vel, quod moderatius est, equari? tenet gradum suum insuperata vetustas et in campo remanet signis im- 25 mobilibus atque fixis. et quicquid sibi de subtilitate sophistica blandiatur modernitas, sapientia nos, crede michi, et eloquentia vincit; nec in aliquo videmus nostri temporis tantarum totque rerum esse noticiam, quot et quantarum fuisse decrevimus in an-

e prima ragionerà del dirgli, ch' ei fa, che per universal sentenza Coluccio è reputato superiore non solo a tutti gli epistolografi moderni, ma allo stesso Cassiodorio.

Tale opinione è fuor di dubbio priva di fondamento:

perchè ei ben sa che a niuno antico scrittore può egli essere stimato non che superiore, neppur uguale.

L'antichità vince di gran lunga l'età moderna

7. *Qui incomincia il frammento della epistola nel cod. Bodlejano.* 9. *L*[1] eruditis 13. *L*[1] domesticas 16. *L*[1] *omette* super. dic.

son già stati sviluppati in modo molto ampio dal S. in varie epistole; cf. per tutte lib. VIII, ep. x; II, 404 sgg.

(1) Alludesi qui, oltrechè alle epistole di Cassiodorio, al di lui trattato *De anima*, al *Chronicon tripartitum* ed al commento intorno ai Salmi (cf. TEUFFEL, op. cit. § 483, 7, 11, 12). Il libro *De amicitia* però, che il S. par s' accordi coll' Oliari a ritener opera di Cassiodorio, da gran tempo si considera invece come apocrifo.

(2) Cf. s. MARC. I, 7; s. LUC. VIII, 16 &c.

e l'eloquenza fiorì in quell'età remota così come mai più non si vide;

tiquis. floruit proculdubio seculum illud priscum omni studio litterarum et adeo in eloquentia valuit, quod non potuerit imitatrix quanvis et studiosa posteritas illam dicendi maiestatem et culmen eloquentie conservare. mansit tamen in proximis successoribus similitudo quedam et aliquale vestigium antiquitatis; sed, paulatim 5 ab illa scribendi soliditate discedente posteritate, cum ipso temporis lapsu latenter primum decus illud effluxit, deinde manifestiore dissimilitudine ab eloquentie principe Cicerone discessum est. fuerunt pauci tamen per tempora, qui adeo viderentur inter coevos emergere, quod ad illam attingere sublimitatem ab imperitioribus 10 putarentur. hec non michi credas velim, sed ipsos scriptores ante oculos tibi ponas. et cum eius eloquentie summitas sine controversia sit in Cicerone et Ciceronis temporibus statuenda, quo seculo multi viri clarissimi floruerunt in facultate dicendi, considera parumper et ipsum eloquentie principem M. Tullium et 15 illa dicendi lumina, que secum illo tunc temporis concurrerunt, et videbis longe magis hanc modernitatem ab illorum quolibet superari quam ipsos a Cicerone. quem enim dabis, ut de oratorum eximio C. Iulio Cesare, L. Iulii filio, qui primus invasit imperium, et de eius successore Octaviano Augusto et aliis cesaribus, 20 quibus proprium fuit in eloquentia cunctis vel, ut rectius loquar, multis antecellere, sileam; quem, inquam, dabis, qui ad Decii Bruti facundiam accedat quique possit consolatori Ciceronis de morte sine fine deflete filie, Servilio Sulpicio, coequari? (1) qui L. Lucceium, hystoriarum scriptorem, per quem postulavit obnixe, 25 imo miserrime, Cicero res gestas suas et expugnationem Amani cum amplificatione celebrari, vel equiparet vel excedat? (2) qui Cecinam, Iulii Cesaris detractorem, qui M. Celium, qui et Cas-

chè anzi andò a poco a poco corrompendosi, finchè disparve del tutto,

sebbene di tratto in tratto qualcuno paresse - ma paresse soltanto - rielevarsi all'antico splendore.

Se infatti si parte da Cicerone, principe dell'eloquenza, e da coloro che vissero ai suoi giorni,

niuno si troverà fra i moderni che loro stia accanto, sia che si parli di Cesare, d'Ottaviano,

o di Bruto,

di S. Sulpizio,

di L. Lucceio,

di Cecina, di M. Celio

19. L^1 primum, *che pare corretto in* primus 22. L^1 *omette* sileam 25. L^1 Lucerium

(1) Di Decio Bruto (TEUFFEL, op. cit. § 210, 5) parecchie son, com'è noto, le epistole inserite nel lib. IX delle *Familiares*; nel lib. IV delle quali leggesi pure (n. v) la celebre consolatoria di Servio (non Servilio) Sulpicio per la morte di Tullia (cf. TEUFFEL, op. cit. § 174, 2).

(2) Di Lucceio è un'epistola a Cicerone in *Fam.* V, XIV. Le preghiere di Tullio all'amico, cui qui il S. allude, si leggono poi ibid. V, XII.

sium, frequentissimos in epistolis ad Ciceronem (1); qui Matium, qui Trebonium, qui Dolabellam, qui Caium Asinium Pollionem; qui imperatorem Plancum; qui M. Lepidum, ter pontificem maximum (2); qui Bithynicum, qui Curium; qui Q. Metellos, Celerem
5 videlicet et nepotem, quique Vatinium aut Galbam vel superet vel adequet? (3) concurrerunt vel potius successerunt his temporibus Seneca Cordubensis, Valerius Maximus et hystorie romane concinnator Titus Livius, tuus compatriota paduanus; de quibus quale sit faciendum iudicium, de primo M. Fabius Quintilianus, post
10 C. Cesarem, Germanici filium, qui dicere consueverat ipsum arenam esse sine calce, libris Institutionum oratorie declaravit (4); de tuo vero concive Hieronymus testis est, qui non dubitavit ipsum asserere lacteo eloquentie fonte manare (5); medius autem adeo gratus est, ut facile inter facundie principes numeretur (6), licet om-
15 nium consensu illa dicendi copia non redundet, nec ipse nec alii maiestatem attigerint Ciceronis. nam quid de Cornelio Tacito

di M. Cassio, di C. Matio, di Trebonio, Dolabella, Pollione, Planco, Lepido, Pompeo Bitinico, Curio, i Metelli, Galba, Vatinio;

ovver di Seneca, di Valerio Massimo, di T. Livio.

Tennero alta la fama loro in appresso, sebbene a Cicerone inferiori, C. Tacito,

2. L^{1} asinum 4. L^{1} Bitinium 7. L^{1} Senece Cordubenses 9. L^{1} *omette* faciend.

(1) L'epistola di A. Cecina qui rammentata sta in *Fam.* VI, VII (cf. TEUFFEL, op. cit. § 199, 4); il « criminosissi-« mus liber » di lui contro G. Cesare è ricordato da SUETON. C. Iul. Caesar, LXXV. Su M. Celio Rufo e su Cassio, che il nostro dice spesso ricordati nelle lettere scritte a Cicerone, v. TEUFFEL, op. cit. § 209, 6 e § 210, 6, se di M. Cassio si tratta; se di Cassio Parmense, § 210, 7. Presso QUINT. *Inst. or.* X, I, 113-16, il S. trovava del resto rammentati quali oratori valentissimi così Celio Rufo come Servio Sulpicio e quell'Asinio Pollione, ch'egli nomina pochi versi sotto; il che giova a rendere maggiormente attendibili le sue lodi, le quali se fondate sopra la semplice lettura d'una o due epistole degli encomiati, difficilmente potrebbero qualificarsi non avventate.

(2) Di C. Matio si ha un'epistola in *Fam.* XI, XXVIII; di C. Trebonio pur una sola ibid. XII, XVI; cf. TEUFFEL, op. cit. § 210, 9; di Dolabella ibid. IX, IX; di C. Asinio Pollione tre ibid. X, XXXI, XXXII, XXXIII; lo stesso libro poi ce ne offre ben diciassette di Munazio Planco, scritte tra il 703 ed il 706 (cf. TEUFFEL, op. cit. § 209, 8). A M. Lepido è diretta l'ep. XXVII del lib. X e di lui lo stesso libro ne conserva due, la XXXIIII e la XXXV.

(3) Di Pompeo Bitinico è un'epistola in *Fam.* VI, XVI; di M. Curio ibid. VII, XXIX; di Q. Metello Celere ibid. V, I; di Q. Metello Nipote ibid. V, III. Tre scritte da Vatinio dà il lib. V, IX, X a, X b; una di Ser. Sulpizio Galba il lib. X, XXX.

(4) M. F. QUINT. *Inst. or.* X, I, 25 sgg. Il giudizio di C. Caligola ci è stato serbato da SUETON. C. Calig. LIII.

(5) S. HIERON. *Ep. ad Paulin.* LIII in *Opera,* I, 541, I.

(6) Assai diverso è il giudizio de' moderni su questo retore servile; cf. TEUFFEL, op. cit. § 279.

Svetonio, Plinio Secondo, gli scrittori dell'*Historia Augusta*, M. F. Capella, Apuleio, Macrobio;

ma gli scritti da essi lasciati tradiscono già la decadenza, come, e più, quelli di Cassiodorio, Ambrogio, Simmaco, Gerolamo, Agostino, ed altri parecchi

che pur sembrarono ai dì loro richiamar in vita la prisca facondia.

referam, qui, licet eruditissimus foret, nedum proximos illos equare non potuit, sed a Livio, quem non sequendum solum hystorie serie, sed imitandum eloquentia sibi proposuit, longe discessit? (1) hoc idem licet de Tranquillo Suetonio, de Plinio Secundo, de Helio Spartiano, de Iulio Capitolino, de Helio Lampridio, de 5 Iunio Vopisco, de Martiano Felici Capella, de Apuleio, de Macrobio et aliis pluribus affirmare; quorum scriptis percipitur quantum tractu temporis ornatus ille locutionis effloruit quantumque maiestas illa prisci sermonis, que cum Cicerone summum apicem tenuit, imminuta est (2). et tamen usque in Theodosiorum et suc- 10 cessorum proxima tempora, quibus Cassiodorus floruit, Ambrosius, Symmachus, Severinus, Hieronymus, Augustinus, Ennodius, Sidonius, Sulpitius Severus, et, qui prius viguit, eloquentissimus Firmianus, Orosius, Iulianus et his interiectus Ausonius et facundissimus Cyprianus et alii quamplures redivivam quodam- 15 modo facundiam reduxerunt; sive, quo verius loquar, continuatam in paucis unius ferme tractu seculi tenuerunt (3). post quos tanta

3. L^1 seriem 5. L^1 Lamphridio 6. L^1 Voposco - Martiali - Apulegio

(1) Siccome il S. non possedeva probabilmente ancora in cotesto momento gli scritti di Tacito (cf. lib. VIII, ep. XI; II, 297), così non dobbiamo vedere in questo suo giudizio sopra lo storico romano il portato delle sue personali osservazioni, ma riconoscervi piuttosto il riflesso delle opinioni altrui.

(2) In questa rassegna degli scrittori latini fioriti tra il II ed il V secolo il S. non fa troppa attenzione alla cronologia. Svetonio infatti, vissuto tra il 75 ed il 160 circa d. C., dovrebbe seguire a Plinio, l'esistenza del quale par scorresse tra il 62 ed il 113; ed alla menzione di questi due sarebbe legittimo che tenesse dietro quella di Apuleio, nato probabilmente circa il 125; e non già il ricordo d'Elio Sparziano e di Giulio Capitolino, che scrissero sotto Diocleziano. Così pure a Lampridio e Vopisco, fioriti nel primo terzo del secolo IV, sarebbe più esatto far seguire Macrobio di quello che Marziano Capella.

(3) Qui il nostro s'inferra sempre più; giacchè gli autori ch'ei cita ben lungi dal potersi dir vissuti tutti press'a poco nello stesso secolo debbono esser distribuiti in tre per lo meno! Da Cipriano, morto nel 258 d. C., passando per Lattanzio Firmiano, il quale fiorì circa il 304, per Ausonio (350 circa), Ambrogio († 397), Sulpizio Severo († 410?), Gerolamo († 420), Simmaco († 420), Agostino († 430), Orosio (fiorito circa il 417), si giunge difatti non solo a Sidonio († 487), Ennodio († 521), Boezio († 525), Cassiodorio († 570-588?), ma perfino a Giuliano (vescovo di Toledo dal 680 al 690 circa).

rei huius iactura facta est tantaque mutatio, ut Maronico versiculo liceat conqueri quod,

Ma dopo di loro la rovina si fe' più rapida e più vasta,

Ex illo fluere ac retro sublapsa referri

eloquentia visa sit;

5 fracte vires, adversa dee mens (1).

inciderint enim licet Ivones, Bernardi, Hildeberti, Petri Blesenses, Petri Abaialardi, Riccardi de Pophis, Iohannes Saberii et alii plures, qui sibi nimis de eloquentia blanditi sunt (2); non decet tamen ipsos priscis vel mediis illis dictatoribus comparare, a quibus

e sebbene in progresso di tempo abbiano fiorito buoni scrittori, quali Ivone, Bernardo, Ildeberto &c., pure costoro non sono agli antichi paragonabili;

2. *L*[1] *omette* quod 5. *L*[1] *dopo* vires *aggiunge* et 6. *L*[1] inciderit - Adelberti 7. *L*[1] Abalaardi - Possis

(1) VERG. *Aen.* II, 169-70.

(2) Tutti costoro sono essenzialmente o almeno in buona parte notevoli come epistolografi: chè Ivone, vescovo di Chartres dal 1091 al 1116, ha lasciato circa trecento lettere assai pregiate ai suoi tempi e più volte stampate (cf. MIGNE, *Patrol. lat.* to. CLXI-CLXII); di Bernardo, il santo abbate di Chiaravalle, tutti sanno quanto prezioso sia il carteggio per la storia del tempo; le epistole poi di Ildeberto di Lavardin, arcivescovo di Tours dal 1125 al 1133, non godettero minore celebrità de' suoi versi, se Pietro da Blois racconta che in gioventù parecchie ne aveva mandate come modelli insuperabili a memoria (ep. CI); qual diffusione abbia infine avuto la silloge di Pietro stesso non occorre rammentare. Assai men note nel medio evo, anche in Francia, le lettere d'Abelardo; checchè dica qui il S., il quale farà meravigliare forse parecchi col dar luogo tra scrittori così noti come i precedenti a Riccardo da Pofi, di cui oggi niuna menzione occorre mai e del quale gli storici della letteratura latina medievale, come il FABRICIO, *Bibl. lat. med. et inf. aet.* VI, 384, ed il CHEVALIER, *Répert. des sourc. hist. du m. â.* col. 1943, rammentano a fatica ed inesattamente il nome e l'età. Ma il nostro ha forse voluto nominar qui Riccardo, che fu « sancte Ecclesie Romane scriniarius » al tempo d'Alessandro IV e, più tardi, sotto Urbano IV, canonico di Metz e capellano di Giordano Pironti de' conti di Terracina, cardinale di S. Cosma e Damiano, quale rappresentante di quella scuola d'arte epistolare, che fiorì nella curia romana durante il secolo XIII; ed iniziata da Tommaso da Capua continuossi con Marino da Eboli, Berardo da Napoli, Giovanni da Capua, Giordano da Terracina ed altri ancora. Della *Somma* di Riccardo parecchi codici segnalò già il PERTZ (*Italiänische Reise von Nov. 1823 bis Aug. 1823* in *Arch. der Gesellsch. für ält. deutsche Geschichtskunde*, V, 1824, n. 21, p. 448 sg.); ma la lista potrebbe facilmente allungarsi, perchè le formole del notaio di Pofi furono studiate assai ancora sul principio del trecento. Cf. H. BRESSLAU, *Handbuch der Urkundenlehre für Deutschl. u. It.*, Leipzig, 1889, vol. I, par. II, p. 636. Giovanni da Salisbury ha lasciato infine anch' egli un prezioso volume di lettere, che ripetutamente uscirono alla luce; cf. SCHAARSCHMIDT, *Ioh. Saresber.*, Leipzig, 1882, pp. 249-276; ma io non vorrei affermare che il S. le conoscesse. Più probabile mi sembra ch' egli alluda qui al *Policraticus*.

nè il sono i moderni, che pur rievocarono gli studi a nuova vita,

il Mussato, Geri d'Arezzo ed,

a tacer di Dante,

il Petrarca ed il Boccaccio.

Come adunque Coluccio può creder a sè inferiore Cassiodorio?

Troppo egli sente la propria debolezza per accoglier lode siffatta.

tamen longe magis stilo quam temporibus discesserunt. emerserunt parumper nostro seculo studia litterarum; et primus eloquentie cultor fuit conterraneus tuus Musattus Patavinus (1), fuit et Gerius Aretinus, maximus Plinii Secundi oratoris, qui alterius eiusdem nominis sororis nepos fuit, imitator (2); emerserunt et ista 5 lumina florentina; ut summum vulgaris eloquentie decus et nulli scientia vel ingenio comparandum qui nostris temporibus floruit, aut etiam cuipiam antiquorum, Dantem Alligherium, pretermittam; Petrarca scilicet et Bocaccius, quorum opera cuncta, ni fallor, posteritas celebrabit: qui tamen quantum ab illis priscis 10 differant facultate dicendi nullum arbitror qui recte iudicare valeat ignorare (3). et tu scribis iam michi cedere Cassiodorum, qui scio me, nedum non antiquorum cuipiam, sed ne modernis etiam preferendum? o quantum sentio, pater optime, quo sim in dictatorum numero recipiendus in me deficere; quot per dies singulos animad- 15 verto me reprehensibiliter ignorasse! cumque, sicuti Cicero vult, professio bene dicendi hoc suscipere et polliceri videatur; ut omni de re, quecunque sit proposita, ornate copioseque dicatur, cum hoc, sicuti vides et sicuti ipse idem testatur Arpinas, nemo possit, ni fuerit omnium rerum magnarum atque artium scientiam conse- 20 cutus; etenim, ut subdit, ex rerum cognitione florescat et redundet oportet oratio; que nisi sit ab oratore percepta et cognita, inanem

15. L^1 *omette* in *e per* quot *legge* quod

(1) Cf. i miei *Nuovi studi su A. Mussato* in *Giorn. stor. della lett. ital.* VI, 187.

(2) Geri d'Arezzo, « uno eccellente « dottore di leggi... il quale ancora « fu grande autorista e morale », per ripetere le lodi che gli dà Lapo da Castiglionchio (*Epist. ossia ragion.* cit. par. III, p. 78), vissuto sullo scorcio del secolo xiii, padre di quel Federigo, non mediocre poeta volgare, che godette l'amicizia del Petrarca, aveva lasciato una raccolta d'epistole in prosa ed in verso, che nel secolo xiv conseguiron fama notevole, come, oltrechè le parole di m. Lapo, ci attestano e questa onorevole menzione che di lui fa Coluccio e talune espressioni di Benvenuto da Imola. Un codice delle epistole di Geri esisteva un tempo nella biblioteca Visconteo-Sforzesca di Pavia; ma esso è purtroppo andato smarrito. Veggasi per tutto ciò i *Nuovi studi* cit. p. 187 sgg.

(3) Preziosa dichiarazione in bocca di tale che alquant' anni prima non aveva esitato ad affermare il Petrarca superiore a Cicerone ed a Virgilio; cf. lib. III, ep. xv; I, 179 sgg.; lib. IV, ep. xx; I, 337 sgg. Vero è che più tardi, pentito di questa confessione, egli ne canterà, ma con poca convinzione di esser nel vero, la palinodia al Poggio!

quandam habet elocutionem et pene puerilem [1]; cum, inquam, dictandi professio tot polliceatur, totque et tanta requirat, cur me non solum dictatoribus adnumeras, sed etiam anteponis? quibus laudibus tuis excultissimi Symmaci verbis respondebo. inquit
5 enim ad quendam sibi de eloquentie commendationibus blandientem: pars epistole tue, que laudem michi assignavit eloquii, sit licet nimis iocunda, minus tamen est vera. et subiungendo prosequitur: non audeo dicere mentiris, sed desipis, cum hec de me predicas. hec ille [2]. nam si ad solidum veritatis accedimus,
10 illa prelatio, quam michi glorie ducis tibique delectationi semper esse testaris, omnis vana est et de falsa opinione concepta. nec michi tamen, ut illi, iocunda est, sed, cum ruborem excitet, est suspecta. scio nemini mortalium veram ex aliquo deberi laudem, quoniam, si qua bona fuerint, per nos ille spiritus operatur in
15 nobis, qui bonorum omnium effector est. sumus illius spiritus instrumenta: sibi debetur gloria, sibi laus. nobis autem quod ab ipso, cum operatur in nobis et per nos, non deficimus, quod tamen et ipsum gratie sue donum est, commendatio deberi potest, qualis daretur cithare vel aliis musicis instrumentis, quibus optime di-
20 spositis et paratis, ingeniosus artifex perfectissime resonasset [3]. ergo ut cum eodem Symmacho super ista concludam: parce verbis lenocinantibus et fuco oblitis et ad gratiam comparatis [4]. et si me diligis, pater optime, recordare quod tuum est non blandiri, sed reprehendere, non occulere veritatem nec proferre
25 mendacium, qui et clavium auctoritatem et predicande veritatis officium consecutus sis. hec hactenus.

Non lo anteponga dunque agli altri scrittori, ma neppur tra loro l'annoveri;

se no, dirà con Simmaco che l'Oliari non mente, no, ma sragiona.

È quella lode vana e nata da falso concetto;

non conveniente all'uomo, che è solo strumento del divino volere.

Sicchè cessi dal lodarlo,

e piuttosto si volga, come è del suo ufficio, a castigarlo de' suoi trascorsi.

Nunc autem recogita tecum, precor, quid iubeas, quid horteris. scribis equidem quo fame mee gloria perduret, laus maneat et, velut in templis dudum, ignem michi consecrem eternum, non
30 erit inglorium, non parve utilitatis et commodi, si epistolarum mearum, que tot annorum curriculis ad diversas orbis partes sub

Non può in secondo luogo accoglier il consiglio di raccogliere in un volume le proprie epistole.

24. L^1 oculare

(1) Cic. *De orat.* I, vi, § 20-21.
(2) Symm. *Epist.* VIIII, lxxxvii, p. 260. Il testo quale si legge qui è alquanto diverso da quello dell'edizione curata dal Seeck; cf. II, 408, nota 6.
(3) Cf. lib. VIII, ep. xi; II, 424.
(4) Symm. *Epist.* loc. cit.

magnifici communis Florentie titulo de uberrimo facundie mee fonte manarunt, quasdam, velut de fertilissimo campo eminentiores flores, excerpserim atque in unum collectas ubique passim carpere permiserim perlegendas. hec, quibusdam dimissis, omnia verba tua sunt. 5

Noi può, perchè ad un cristiano è vietato il ricercar la lode terrena,

In quibus quidem, vir catholice virque eruditissime, tuam requiro prudentiam. dic, precor, querendane est gloria in terris que ex celebrantium libidine et voluntate dependeat, an optanda potius in celis mansura perpetuo in illo eternitatis fonte, in quo solo licet homini gloriari? fuit Gentilium, quos nosti quanta 10 sint in cecitate versati, quondam hec occupatio, ut omnia solum glorie gratia conarentur et facerent. hinc litteris indulgebant et ad hanc solum sciendi studia convertebant. cuius rei testis est Cicero. dixit enim: honos alit artes et incenduntur omnes ad studia gloria [1]. hoc facere virtutis opus suis decepti cogitationibus re- 15 putabant. nec solum hoc erat hominibus persuasum, sed velut divinum quoddam oraculum arbitrabantur: inde Maroneus ille Iuppiter, falsus equidem deus falsa loquens, imo veris falsa commiscens, sicuti mos est demonum, dicens inducitur:

preoccupazione unica de'Gentili, che a niun' altro oggetto drizzavano gli sforzi loro;

indottivi anche dai fallaci consigli de' falsi lor Dei.

> Stat sua cuique dies; breve ac irreparabile tempus 20
> Omnibus est vite.

hec omnia proculdubio vera sunt et que sciamus in sacris litteris resonare. scriptum est enim: breves dies hominis et numerus mensium suorum apud te est. constituisti terminos eius qui preteriri non possunt [2]. sed quod ille subiunxit plane speciosius 25 quam verius dictum est. dicit enim:

> sed famam extendere factis
> Hoc virtutis opus [3].

quod quidem, ubi finis glorie non queratur et cetera rite subsistant, que reddant actus mortalium virtuosos, potest esse veris- 30

2. L^1 manar. fonte, *ma sopra appostovi il segno di scambio.* 20. L^1 *omette* breve ac

(1) Cic. *Tusc.* I, II, 4.
(2) Iob XIV, 5.
(3) Verg. *Aen.* X, 467-69; ma il testo nel v. 1° «et».

simum; alias est proculdubio falsum. nam, ut inquit Satyricus:

non, si quid turbida Roma
Elevet, accedas, examenque improbum in illa
Castiges trutina, nec te quesiveris extra (1).

5 qui gloriam fame petit plane se querit extrinsecus, plane tali presupposito fine nichil secundum veritatem facere potest honestum, nichil omnino quod dici debeat virtuosum. et tu me iubes ob famam epistolas meas colligere, que me debeant, ut iudicas, eternare? in quo, quod pace tua dictum sit, quanto ducaris errore, 10 imo quanto me coneris involvere, tibimet relinquo tueque prudentie iudicandum. fecit hoc, fateor, Cassiodorus, fecit et coetaneus eius Sidonius, ut ipsimet suas epistolas congregarent; alium enim antiquorum, cum aliquorum epistolas non habeamus, non recolo, qui tali fuerit sive diligentia sive cupidine glorie 15 occupatus (2). habemus Ciceronis epistolas, quas tamen non ab eo, sed post ipsum fuisse collectas tum rerum gestarum ordo tum alia plurima persuadent. habemus Senece epistolas; nunquid ipsemet tibi videtur suas, sicut michi de meis consulis, collegisse? quid referam Plinium, Ausonium, Symmachum vel Ennodium, 20 apud quos sue congregationis vestigium nullatenus reperitur? et ut de catholicis prosequar, an Augustinus, Hieronymus vel Ambrosius, Petrus Damianus, qui se Petrum peccatorem inscribere consuevit, aut, qui preferri debuit, dulcissimi stili Gregorius epistolas suas in volumen aliquod redegerunt? confer simul omnium 25 istorum antiquorum codices: invenies aliquos tum in epistolarum ordine tum in numero non concordes; ex quo solent qui Senece vel aliorum, quos supra retuli, voluerint epistolas allegare, vel principium epistole ponere vel illum ad quem scripserit nominare; vel, si quotare voluerint epistolam, notanter ad sui 30 voluminis ordinem se referre. sed, inquies, collegerunt, ut fateris, Cassiodorus atque Sidonius epistolas suas. collegerunt, inquam;

Ma tale aspirazione a lui non è concessa.

Chè se Cassiodorio e Sidonio riunirono le loro lettere,

ciò non fecero gli antichi,

nè Cicerone,

nè Seneca,

nè Plinio, nè Ausonio,

nè, per passar ai cristiani, sant'Agostino, san Gerolamo, sant'Ambrogio, Pier Damiani, san Gregorio,

come facilmente vede chi noti la varietà de' codici che contengono le loro epistole.

L'esempio di Cassiodorio e di Sidonio, ai quali si

4. L^1 castige 12. L^1 Sinodius 14. L^1 *omette* non 15-16. L^1 quas nō nō ab eo *(sic)*. 18. consulis] L^1 consiliis

(1) Pers. *Sat.* I, 5-7. (2) Cf. Sid. Apoll. *Ep.* I, I, XVI.

aggiunge quello del Petrarca e di Geri d'Arezzo,

fecit et hoc idem seculi nostri decus, Franciscus Petrarca; fecerat et ante eum Gerius Aretinus. cur, ergo, subicies, tantorum virorum non imitaris auctoritatem et id quod per se ceperunt consilii non capescis? cui obiectioni facillime respondebo, quod illi sibi de facultate dicendi merito placuerint et aliis, quicunque sibi forsitan illud idem faciundum esse persuaserunt. ego vero michi non placeo et pauca de meis relego, que, si emissa non essent, in plurimis correctionis limam aut damnationis iudicium non sentirent [1]. potuerunt et alia viros illos insignes imitatione dignissimos commovere, que nescio, que michi forsitan non contingunt, que, licet adsint, nec sentio nec perpendo. sed quod precipue me deterret non est fuga glorie, quam utinam sic fugerem, quod illam penitus non curarem; quod illa plus debito non mulcerer; quod non gauderem illud michi prorsus imprudenter attribui, quod a Deo, non a me cognosci debeat! mulcebre nimis et nimis, ut Satyricus inquit, pulcrum est et digito monstrari et dici et hic est [2]. qua quidem voce delectatum fuisse Demosthenem, etiam cum muliercularum id susurrationibus audiebat, fertur [3]; unde et Themistoclem legimus, cum interrogaretur cuiusnam vocem libenter auditurus esset, respondisse eius qui me facundissime commendaret [4]. nec id solum credamus placuisse Gentilibus; plane propemodum omnes sunt, non facundia et non rebus gestis, sed hoc amore glorie vel saltem delectatione; si quis est qui possit amorem suum a re, que placeat quave delectetur, quod tamen impossibile reputo, continere; propemodum, inquam, omnes sunt Demosthenes et Themistocles, nisi quos gratia veri Dei, qui non solum humilis, sed vera, summa atque germana humilitas est, ab hoc visco, quo genus humanum ca-

non basta a persuaderlo a far lo stesso.

Non gli piacciono le cose proprie, perchè ne scorge i difetti;

Nè egli sprezza la fama, cosa difficile a chiunque;

giacchè grandi ne sono le attrattive;

5. L^1 alii 7. L^1 omisso *corretto in* emissa

(1) Cf. ep. VIII di questo libro, p. 72. Il S. aveva probabilmente fitta nella memoria la confessione d'OVIDIO, *Ex Ponto ep.* I, V, 15-16:

Cum relego, scripsisse pudet; quia plurima cerno,
Me quoque, qui feci, iudice, digna lini.

(2) PERS. *Sat.* I, 28:

At pulchrum est digito monstrari et dicier hic est.

(3) CIC. *Tusc.* V, XXXVI; cf. anche PLIN. SEC. *Ep.* IX, XXIII.

(4) CIC. *Pro Archia,* IX, 20; VAL. MAX. op. cit. VIII, XV, ext. I.

pitur, liberati sunt. amo, fateor, gloriam; amo famam et utinam pari mentis affectione diligerem que sunt ad vere glorie vereque fame finem et terminum instituta! nec arbitreris quod velim te credere me famam vel parvifacere vel ex indita perfectione vitare. sed una cum reliquis sic diligo famam, quod laboriosa nimis reputem que diriguntur ad famam gaudeoque me talem credi qualem me sentio gloria celebrari. vellem autem non solum credi, sed esse. non tamen hoc constanter, uti res exigit, cupio; sed in votis est id michi sine labore et sine sudore et sanguine provenire. et quoniam diligo gloriam, ad quam me hortaris, timeo, si quod suades effecero, ne pro quesita fama sequatur infamia. nosti quam prona sit ignorantia aliena reprehendere et quam facile soleat etiam scientia, cum aliquid erratum viderit, mordere. novi simul et ego que de meis ipse reprehenderem; scioque plusquam oporteat quam gloriosum reputent etiam eruditi, cum possint, aliena damnare. putant enim eius quem reprehenderint famam et gloriam, si qua fuerit, in se transferre: cum aliquem probare possint errasse, etiam sine ratione nituntur assistentibus persuadere. vidi quamplurimos obstinate mordere quod omnino non intelligebant quodque tandem rationabilius intellectum admirati sunt et summis laudibus extulerunt. veruntamen falsa reprehensio non me moveret, sed metuo veram; metuo quam ipse fieri posse plusquam rationabiliter non ignoro. non sum Cicero, qui iactare solebat se nunquam posuisse vocabulum quod curaverit immutare. vellem is esse qui mutare quippiam quod scripserim non deberem: nolo tamen me morsibus istis exponere; nolo me lacerandum oblocutoribus exhibere; quietos volo transire dies meos et senectutem hanc cum tranquillitate traducere. cogitavi tamen relinquere posteris, filiis meis videlicet adoptivis, qui me et mea avidissime colunt, ut de publicis atque privatis epistolis meis, quarum originalia remanebunt, tandem illas colligant quas inter alias viderint eminere. nam cum nostre epistole tam publice quam private quotidie crescant; et hec, que decoctiori fiunt etate, forte

non nega egli già di bramare la gloria,

ma vorrebbe conseguirla senza sforzi penosi

e non correre pericolo d'incontrar in vece di essa il vituperio.

Troppo noto è infatti il vezzo de' dotti al pari che degli ignoranti di mordere le altrui scritture;

d'altrond' egli più che i biasimi ingiusti teme quelli veritieri;

nè si sente abbastanza forte da sopportarli senza turbarsi.

Lascierà quindi ai suoi discepoli, ai suoi figli adottivi, la cura di dar in luce una scelta delle sue epistole,

7. L^{I} quali 8. L^{I} *dopo* res *le lettere* eg 13. L^{I} *innanzi a* mordere *dà* non, *che ho soppresso.* 16. enim *manca in* L^{I}. 18. L^{I} *omette* probare *e scrive* nitantur 22. L^{I} quas *e dopo* ipse *di nuovo* metuo

preferendo le recenti, più mature e gravi, alle anteriori.

plus habiture sint maturitatis et gravitatis, non esset consilium precedentes eligere, quibus contingere posset mox futuras merito debere, si quis recte iudicet, anteferri. cogitandi de electione tempus erit, cum nichil fuerit adiciendum, cum nichil secuturum fore certum erit quod sit ante precedentia seligendum. sed dices: 5 elige iam de factis quas dignas videris et extravagantium futurarumque turba tuis illis posteris relinquatur, ut novam ex ipsis faciant accumulationem, que tuis quas vivens edideris apponantur. satis conveniens profecto modus probabileque consilium. sed parumper epistolas meas considera tam multas esse, quod 10 pauce non sufficient etiam, quod exigis, ad doctrinam, nec facile fuerit ex tanta multitudine moderati voluminis conflare farraginem; nedum quod addendum sit aliquid ad illa que congesseris expectare. ut postquam oporteat taxare volumen, ne magnitudine sua displiceat et pereat; utrunque quidem sine du- 15 bitatione contingeret; consilium non sit nisi ex omni multitudine tam preterita quam futura moderatam et optimam facere selectionem, que volitando per hominum tradatur ora contemporaneis atque posteris relinquatur. possunt, sicuti vides, nova contingere, quibus necesse futurum sit omnes nervos intendere [1] 20 et si quid in me fuerit ingenii, doctrine vel exercitii demonstrare. quod cum fore precogitem et exoptem, quod impresentiarum fieri debeat ista selectio michimet nequeo persuadere. o si materia detur de scismate scribere! o si contingat hanc scissuram ab inconsutili tunica removeri, qualis foret ista materia 25 vel scribenda principibus vel persuadenda populis vel cum ipsis etiam presulibus ventilanda! quid uberius, quid maius, quid denique posset utilius evenire, super quo foret litteris disceptandum? [2]

Non sarebbe opportuno iniziare adesso una scelta, che i posteri dovrebbero completare;

troppo grande essendo il numero delle sue lettere perchè facil sia ricavarne un volume di modeste proporzioni;

sicchè è più prudente partito far ciò il giorno in cui egli avrà cessato di scrivere.

Possono intanto maturarsi nuovi ed importanti eventi, che gli diano modo di manifestare tutto il suo ingegno, la sua dottrina e la sua esperienza, come sarebbe ad esempio la cessazione dello scisma;

5. L^I p̄sedentia 8. *Dopo* accumul. L^I *dà* cum de electione, *parole che ho tolto come dannose al contesto.* 17-18. L^I sectionem 18. L^I traditur 22. L^I foret 23. L^I *omette* persuadere

(1) Cf. Terent. *Eun.* II, iv, 312.

(2) Intorno a ciò egli aveva già scritte due pregevoli epistole, non in proprio, ma in pubblico nome, quando lo scisma era scoppiato; quella « Car-« dinalibus Gallicis existentibus Ana-« gniae » (estate 1378) e l'altra « Pe-« tro de Corsinis card. Portuensi » (3 febbr. 1380), entrambe a stampa in Rigacci, op. cit. par. I, epp. ix e x, p. 18 sgg., p. 39 sgg.); ma la dieta di Francoforte (1397) doveva presto

ascendi, fateor, in senectutem; iam enim sexagesimus et quartus annus mee agitur etatis. sed nullus adeo decrepitus, ut Cicero consentit, qui se non speret posse saltem ad anni spacium superesse (1). desine, precor, igitur me cogere, ut illa colligam que non omnia 5 simul sunt, sed in continua successione posita quotannis quotque diebus augentur et crescunt. non est presentium seu preteritarum studio his que secutura sunt iniuria facienda. nullum est iure legitimo testamentum, quo postumi pretereantur (2). melius est ab intestato mori quam invalide et inconsiderate testari. vix atque 10 rarissime pacifice et commode dividit testator inter filios bona: alia est consideratio distribuentis patris, alia est fratrum affectio divisorum. et postquam de gloria nunc, ut vis, agitur, illi preparent eligantque materiam qui inchoaturi sunt gloriam.

nè egli, sebben sessantaquattrenne, rinunzia alla speranza di poterne, quandocchessia, far argomento di scritti.

Cessi pertanto dal sollecitarlo a compiere tale impresa

e lasci che alla di lui fama provveggano coloro che dovranno incominciarla, cioè a dire i posteri.

Vale felix, reverendissime domine, et parce, si longior fui. 15 tam efficaciter enim scripsisti, quod paucis non fuit possibile respondere. Florentie, sexto idus quintilis.

X.

A Bernardo da Moglio (3).

[L¹, c. 116 B; R¹, c. 31 A, mutila.]

20 Insigni viro Bernardo de Moglio.

Firenze, 1 agosto 1395.

Equum erat, dilectissime fili, te de patria a tuis et hinc a me plusquam tuo peregrinationem longiusculam obeuntem, tuis michique respondere qualisque te fortuna excepisset quisve rebus

Dopo aver lasciato la patria ed i suoi avrebbe Bernardo dovuto dar notizie di se,

9. *L¹* inualiter 15. *L¹* tamen 20. *Così L¹ ; R¹* Bernardo de Moglo 21. *R¹* equm - huic 22. *R¹ per* peregr. long. *dà* peregiusculam 23. *R¹* rescribere - excepiscet

porgergli, come vedremo (cf. lib. X, ep. v), l'occasione bramata d'innalzare nuovamente la voce per proprio conto; del pari che, più tardi, l'elezione al trono pontificio d'Innocenzo VII (1404) gli suggerì quell'ultimo appello a principi e popoli, ch' egli congiunse ai tre scritti precedenti e diede con essi alla luce, come attesta ei medesimo nell'epistola diretta il 9 gennaio 1406 a Leonardo Bruni.

(1) Cic. *De senect.* VII, 24.

(2) Cf. *Dig.* lib. XXVIII, tit. III, De iniusto, rupto, irrito facto testamento, I e II princ.

(3) Parecchi indizi ci confortano ad assegnare al 1395 la presente. Innanzi tutto noi sappiamo che verso

informandolo che ai pericoli del mare e de' tempi era felicemente scampato.

tuis status contigerit explicare. equum erat profecto, fili carissime, amicos de tua salute sollicitos reddere claros, ut scirent te maris minas et temporum pericula superasse. taciturnitas tua vel oblivionem tuorum aut tui status verecundiam aut mortem vel extremam miseriam, quam latere concupisceres, arguebat. 5

L' avrebbe egli medesimo obbligato a scrivere, se delle sue condizioni, o liete o tristi, avesse avuto qualche sentore;

extorsissem a te litteras, fateor, rumpendo silentium, si scissem que fortuna tibi, que condicio, postquam hinc discesseras, contigisset. secundum quam instituendus erat sermo, ne leta merenti scriberem neve tristibus aut dubiis tua gaudia perturbarem. est preterea de peregrinantium reditu semper spes, quam auget semper 10 silentium, persuadens absentem illa tacere, que mens sit vivis af-

ma, comunque sia di ciò, ora ha rotto il silenzio. Passino dunque anche le sue scuse, sebbene inattendibili;

fatibus reservare. nunc autem ad te reversus tandem rupisti silentium, de quo gratias ago et tuas excusationes, licet vane, ne dicam false, sint, amicus amicabiliter accipio, non autem veluti iudex accepto. nam si michi super hoc foret auctoritas iudi- 15

chè nè i freddi dell'inverno in Roma,

candi, crede michi, non te excusarent hyberna frigora, que sciam in urbe Roma mitissima semper esse talique mulcedine blandientia, quod ignes vix, imo nunquam, adhibere necesse sit [1]. quid facies,

3. R^1 *reca* super *in rasura*. 6. R^1 littere 9. est] L^1 R^1 et 11. mens] R^1 meus 18. *Dopo* sit R^1 *scrive* et infra etc.; *e qui s'arresta in esso l'epistola.*

il 1393 Bernardo da Moglio si trovava ancora in patria; giacchè il S., scrivendo in quel torno allo Zambeccari, lo pregava di comunicargli la sua lettera: cf. lib. VIII, ep. xx; II, 462; non possiamo dunque risalire più in alto di quell'anno. D'altra parte, poichè il Mezzavacca, ai di cui servigi si era acconciato, come il S. ci attesta, Bernardo, morì in Roma il 20 giugno 1396 (v. la nota 2 a p. 93); l'epistola presente dovette di necessità essere scritta taluni mesi innanzi che la morte lo rapisse. Tutto dunque ci riconduce all'estate del '95; ed ove si ammetta che il da Moglio si fosse allontanato da Bologna a mezzo il '93, ecco uscir fuori il biennio, durante il quale ogni suo rapporto col S. era rimasto interrotto. Dalle parole del nostro sembra poi lecito ricavare che il Bolognese prima di passare in corte di Roma avesse fatta una breve dimora in Firenze e quindi intrapreso anche un viaggio per mare; ma sopra questi avvenimenti nulla ci è concesso d'aggiungere, mancandocene più precise notizie.

(1) Riesce qui non inutile rammentare che il primo camino che si vide in Roma fu, se diam retta ai GATTARI (*Ist. padov.* in *Rer. It. Scr.* XVII, 45-46), quello fatto costruire nell'inverno del 1368 da Francesco da Carrara, « per« chè a quel tempo nella città di Roma « non n' era mai stato fatto alcuno e « perchè ogni huomo faceva i suoi « fuochi in mezzo le case di terra; e « tali facevano in cassoni pieni di « terra i loro fuochi ».

si ultra Sauromatas ivisses et Glaciale oceanum (1), ubi vix possunt estivi soles, austrini sideris adiuti caloribus, solvere flumina, liquefacere nives et gelide hiemis frigora restaurare? in perpetuum profecto silentium abiisses, nec fieres Ovidii imitator, qui 5 tot et tanta volumina de Tomitanis littoribus destinavit. non prodessent et in excusationem febres, que tibi debuerunt memoriam tuorum inicere teque, quod statum tuum notum ipsis faceres, vel cogere vel suadere. sed cesset amodo, precor, inter nos ista contentio, satisque sit aliquando, licet serum, amici tui 10 memoriam tibi et recordationem tui debiti redivisse, et ipsa tui peccati confessio, que solet penas communi consuetudine quarta parte minuere, non conducat solum in partem, sicut rigor iudiciorum admittit, sed in totum crimen tuum aboleat et in caritatis benignitate remittat sitque tibi salvum ius in amicicie possessione. 15 nam licet iam biennio debito solvendo canoni supersederis, retentum tamen solummodo non obtulisti confestim ut poteras, sed solvisti.

nè le febbri sofferte valgono a giustificar la sua negligenza.

Ma non più di ciò, poichè egli si è alla fine ricordato degli amici, ha confessata la propria colpa,

e fattane ammenda.

Gaudeo quod in famulicium reverendissimi domini mei, domini Reatini, non solum benigne, sed honorabiliter sis receptus (2).

Si rallegra di saperlo tra i famigliari del cardinal Reatino.

2. L[1] autxi sideris *che naturalmente non dà senso. Ho corretto* austrini*, memore degli* austrini calores *di Virgilio (Georg. II, 270) e congetturando che il S. abbia chiamato* austrinum sidus *il Cane.*

(1) Cf. Iuv. *Sat.* II, 1-2.

(2) Era costui quel Bartolomeo Mezzavacca, giureconsulto di grido, che, entrato in curia come auditore di Ruota, fu da Gregorio XI creato nel 1376 vescovo di Rieti, poi da Urbano VI, due anni dopo, addì 28 settembre, cardinale col titolo di San Marcello; ma dal suo vescovado, che aveva conservato, detto comunemente il cardinale Reatino. È noto come, caduto in sospetto del feroce pontefice, perchè troppo tepidamente ne aveva presso Carlo di Durazzo difese le pretensioni, o perchè, se crediamo a Teodorico di Niem, erasi fatto capo della cospirazione cardinalizia contro di lui (*Hist. sui temp.* lib. I, cap. xlii, p. 46 sg.), fosse da Urbano privato della porpora il 15 ottobre 1383. Fuggì allora il Mezzavacca in Francia e ricoverossi ad Avignone; ma salito nell'89 al soglio Bonifazio IX fu da lui immediatamente restituito all'antico grado col titolo di San Martino ai Monti. Benchè già grave d'anni disimpegnò due legazioni ancora a Viterbo ed a Genova; morì, come s'è detto, il 20 giugno 1396 ed ebbe sepolcro nella basilica di S. Maria Maggiore. V. Ciacconio, op. cit. II, 641 sgg.; Ughelli, *Italia sacra,* I, 1210; Cardella, op. cit. II, 271 sgg.; Fantuzzi, op. cit. VI, 15 sg. Non appena il Mezzavacca riacquistò la perduta dignità, Pellegrino Zambeccari gli scrisse una

Nulla infatti poteva avvenirgli di più fausto che conseguir un tal padrone, degno di reverenza non già per la dignità conseguita,

nichil enim contingere potuit tibi maius atque felicius, quam invenire dominum, non dicam tante dignitatis, cuius titulus contingit etiam, ut videmus, indignis, sed talis tanteque virtutis quante difficile sit alium reperire. habet enim cardinalatus nomen commune cum multis, dignitatem autem omnino cum paucis. non sequitur equidem dignitas titulum, sed rationabilius ipse titulus dignitatem. qui si contingat, ut sepe solet, indignos, sicut declarat immeritos, sic non efficit dignos [1]. dignitate quidem et meritis ante episcopales infulas et mox ut in maturam ascendit etatem, etiam plusquam cardinalis fuit, utpote cum virtutibus eius nullum temporale meritum possit esse coequum. nam, licet quicquid est et quicquid habet acceperit ab illo patre luminum, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendens est, et ob id non sibi, sed illi spiritui et illi principi Deo, qui per nos et in nobis omnia que facimus, imo facere videmur, operatur et facit, ascribi debeat; nichilominus illa infinita et immensa bonitas, que dat affluenter cuilibet nec improperat bona suimet, que solus ipse fecit in nobis sua nobis benignitate remunerat. et cum per nos transeant veluti per instrumenta, ex eo quod non deficimus sue gratie dono ab eius lege et ab eius operantis optima voluntate, cum possemus per nosmetipsos ab illius armonie consonantia dissonare, nedum remunerat, sed digna facit humane

ma per le virtù che in ogni tempo lo resero chiaro.

Iddio, che è fonte di ogni nostro merito,

di cui noi siamo soltanto docili strumenti,

9. L^1 eplas influas 12. L^1 accepit

lunga lettera, conservataci dal cod. Magliabech. II, I, 64, c. 93 B, per rallegrarsi seco, raccomandargli la patria e profferirgli i propri servigi. Ma il Reatino preferì, sembra, scegliere quale segretario o cancelliere il da Moglio, che lo Zambeccari del resto da leale amico non rifiniva di raccomandargli, come attesta altra sua lettera al cardinale, in cui tra altro leggiamo: « Bernaldum R. P. ve« stre cum omni effusione precum « cordialissime commendarem, nisi ve« stram R. P. nedum Bononiensium, « sed externorum novissem assiduam « promotricem »; cod. V, F, 37 della Naz. di Napoli, c. 20 A (1395?).

(1) Si direbbero calcate sopra queste le riflessioni che l'assunzione al cardinalato di Francesco Zabarella ispirava parecchi anni dopo a P. P. Vergerio: « Deinde, cum sine ullis « exterioribus ornamentis, solo splen« dore nominis et opinione virtutis « latissime nosceris, nunc sub insigni« bus dignitatis latebis, quae multos « aliquando indignissimos in ea con« stitutos ornaverunt, si modo dignitas « est quae pervenit ad indignos aut « ornamenta dici merentur, quae in« dignitatem eius in quo sunt cognosci « faciunt »; P. P. VERGERII *Epist.* p. 8, n. VII.

retributionis honore, imo, quo verius loquar, adeo digna reddit, quod non possint mortalis creature remunerationibus adequari, quandoquidem non nostra sunt opera, sed potius Dei dona. scimus quot et quanta tribuerit huic communi nostro domino
5 omnium rerum creator Deus, quanto suum intellectum splendore scientie clarum fecit, qui sibi dederit utriusque iuris prudentiam (1), quam non dubitavit sacratissimus imperator, sive potius eruditissimus atque vir optimus Ulpianus ante ipsum, rerum divinarum et humanarum noticiam, iusti atque iniusti scientiam diffinire (2).
10 que sola dos, etiam si nichil addatur, est virtutum omnium perfectissima mater et certum aut incommutabile fundamentum. non tamen illis, qui solummodo leges sciunt, quales multos videmus, sed illis potius qui legibus vivunt, qualem hunc dominum nostrum cognoscimus atque scimus. nam legalis iusticia non
15 solum unica virtus est, sed omnes virtutes, que cunctos mortalium actus in bonum publicum; quod longe divinius est quam privatum; dirigit et intendit; quam non dubitavit philosophorum princeps preclarissimam virtutum omnium appellare, ut neque Hesperus neque Lucifer ita sit admirabilis; vel ut habet prima
20 translatio: etenim iustitia quidem in hominibus est iustum agens eis et ex hoc modo putatur de iusticia, quod ipsa sit perfectissima virtutum agentium et utillima earum et maxime placens, ita ut magis placeat ipsa quam sidus Veneris matutinum oriens cum sole et vespertinum occidens cum ipso (3). ex quo non diffinivit

lo ha colmato de' suoi doni,

gli ha dato la scienza, la profonda cognizione del diritto,

di quella dottrina cioè del giusto e dell'ingiusto, che si può dir madre di ogni virtù,

sicchè Aristotele la definì la più preclara tra tutte.

14. L^1 ustitia 15-16. L^1 cunctis *corretto in* cunctos *e* mortalibus *in* mortalium 21-22. L^1 iustissima

(1) Il Mezzavacca era stato ascritto l'anno 1369 al collegio de' giudici di Bologna « nel civile e nel canonico »; G. N. Pasquali-Alidosi, *Li dottori bol. di legge canonica e civile,* Bologna, MDCXX, p. 46.

(2) Imp. Iustinian. *Instit.* lib. I, tit. I, De iustitia et iure.

(3) È questo un passo di Aristot. *Ethica Nicomachea,* lib. V, cap. I. Il testo, quale è riferito la prima volta dal S., corrisponde a quello che offre la versione latina dell'opera che correva nel secolo XIV, e che fu messa in disparte dopo l'apparizione della nuova traduzione di Leonardo Aretino; cf. cod. Ambros. D, 103 sup., c. 26 A, membr. sec. XIV, già del Pinelli. Ma quella che Coluccio chiama « prima « translatio », mi è ignota. Si tratterà però, immagino, d'una traduzione latina dell'*Etica,* fatta in tempo anche più antico dell'altra, trovata dal nostro in qualche codice. Quanto in-

Questo possesso della giurisprudenza, intesa nel suo più alto significato,

legifer princeps vel optimus iurisconsultorum iuris scientiam, sed iuris prudentiam; que quidem prudentia est recta ratio actuum humanorum, que coniuncta determinataque iure et legibus tam altis sit differentiis sub sciendi noscendique genere diffinita. iuris quidem prudentia, hoc est legalis agibilium ratio, nichil est, si desit divinarum et humanarum rerum noticia, iusti atque iniusti scientia, sicut illi divine prorsus diffiniunt, veram philosophiam non simulatam, ut in iuris prefationibus inquiunt, assectantes. ut ex hoc nomine prudentia, non iuris speculationem, que forte tot rerum scientiam non requirat, sed praticam potius vel habitum quesitum ex actibus illa diffinitione reliquerint intelligendum.

forma la maggior lode del cardinale;

ut quicquid cum Sidonio de prelibati nostri domini virtutibus predices et scientia membratim et particulariter spatieris, totum sine dubitatione sub iuris prudentia comprendatur. nec minor sit hec domini nostri laus quam Arvernatis illa commendatio, qua tam effuse, tam floride tamque exuberanter in sui Claudiani presbiteri Viennensis laudationibus evagatur (1).

giacchè essa attesta in lui la cognizione d'ogni arte divina ed umana, comprese nel trivio

divinarum quidem et humanarum rerum scientia quid est quod non affatim, si quis recte respiciat, amplectatur? hec trivium ac quadrivium continet, quorum triplex illud primum nomina rerum, actuum et passionum, utrorumque vim terminorum, modorum proportiones et ex istis resultantem copulationis congruitatem, probandi ac repellendi periciam, suadendi dissuadendique doctrinam et facultatem et omnem disputandi iudicandique scientiam edocet et intendit.

e nel quadrivio.

quadruplex autem genus alterum demonstrationem assumens, multitudinem quantitatemque rimatur: illam simpliciter et prout unius ad alterum relativas proportiones habet, sive prout con-

17. *L*[1] Viannensis 19. *L*[1] quadruvium 24. *L*[1] *dà due volte* disputandi; *ma uno fu cancellato.*

fedeli ed errate fossero del resto tutte queste traduzioni medievali delle opere aristoteliche dimostrò eloquentemente il BRUNI ne' *Dial. ad Petr. Histr.* ed. Kirner, I, 18 sgg.

(1) Allude all'epistola piena d'iperboliche lodi diretta da Sidonio a Mamerto Claudiano, prete della chiesa di Vienna, che gli aveva dedicati i suoi libri *De statu animae.* Cf. GAI S. APOLLIN. SIDONII *Epistulae et carmina*, ed. Luetjohann, Berolini, 1887, lib. IV, ep. III, e cf. pure stesso libro, ep. XI.

iuncte proportiones proportionibus melis symphonicis correspondent; hanc autem, prout in corporibus fixis et solidis reperitur aut qualiter potest in continuis mobilibusque magnitudinibus deprehendi. quarum rerum speculationes tum instrumenta tum
5 via sunt inveniende veritatis, circa quam omnis philosophici discursus ambitus et illam querentium occupatio laboravit, sive res sint sine corpore spirituales et circunscripte loco sive sint corpora aut termini corporum puncti, videlicet linee atque superficies corporibus inherentes vel pyramidibus radiosis aut corporibus tersis,
10 de quibus divina prorsus disputat perspectiva. denique rerum divinarum et humanarum noticia cunctas artes, quas circa materialia ingenii humani perspicacia vel adhibet vel exercet, quicquid homines ad sui perfectionem agunt, ad familie directionem provident et ad rei publice salutem ordinant, perficit et prescribit. et ab
15 his omnibus speculandis agendisque sublevans intellectum de rerum omnium opifice Deo quantum rationibus vestigatum est quantumque Dei benignitate predictionibus prophetarum, mediatoris Dei hominumque doctrina vel sanctorum patrum inspiratione revelatum est inquirit et novit. hec hactenus.

Prega l'amico a raccomandarlo al Mezzavacca

ed a trascrivergli alcuni versi di Sidonio, mancanti nel suo esemplare.

20 Nunc autem velim me dicto domino recommendes et offeras me ut suum. vale, mei recordatior quam a biennio citra. video quod Sidonium habes: michi vero parum deficit. deprecor ergo te quatenus complementum diligenter manu tua scriptum in membranulis et spacio iuxta mensuram incluse cartule, in qua capi-
25 tulum et ultima voluminis mei carmina scripta sunt, mittere non graveris, ut beneficio tuo quod michi desit accedat. Florentie, kalendas sextilis.

XI.

A frà Giovanni da Samminiato [1].

[Ricc. 872, c. 48 a; Ambros. S 29 sup., c. 45 a; Mittarelli-Costadoni, *Ann. Camald.* VI, 185-187, da R.]

Collucius predictus ad eundem fratrem Iohannem super requisita. 5

Firenze, 1 novembre 1395? Così frà Giovanni come i suoi confratelli

Petis a me, nec solum tu petis, sed etiam venerabiles fratres tui, qui in eodem cenobio Deo in sincere religionis observantia per eiusdem, cui intenditis, gratiam deservitis, quod vobis

5. *Così R A; M-C dànno l'epistola anepigrafa.*

(1) Sollecitato da frà Giovanni con un viglietto, che diamo in luce nell'App. XIIII, a manifestargli il proprio avviso sopra una questione che si dibatteva tra lui ed alcuni de' pii abitatori del convento degli Angeli; se cioè più agevol cosa riuscisse il perfezionarsi nella vita religiosa a colui che da fanciullo era stato custodito nel chiostro ovvero a chi vi avesse dalle mondane procelle ricercato, adulto, rifugio, il S. rispose colla presente, di cui mal sapremmo per mancanza di indizi così estrinseci come intrinseci precisare la data. Pure la collochiamo a questo luogo, parendoci verisimile che dubbi di siffatta natura s'affacciassero alla mente del Samminiatese piuttosto che in altri ne' primi tempi della sua vita monastica, iniziatasi, come già si vide (lib. VIII, ep. xxi; II, 462), nel 1393.

La proposta di frà Giovanni del pari che la risposta del S. o nel momento stesso in cui furono dettate o pochissimo tempo dopo trovarono luogo in quel codice, racchiudente il trattato di Coluccio *De saeculo et religione,* che l'autor stesso aveva regalato a frate Gerolamo da Uzzano e che dopo la morte di costui era divenuto proprietà del convento; cf. lib. V, ep. v; II, 10. Or siccome di questo manoscritto, autorevole tra tutti, perchè originale, si andarono facendo allora e poi in servigio d'altri conventi dell'Ordine parecchie copie, così avvenne che in queste insieme al trattato s'esemplassero abitualmente anche le epistole che gli tenevano dietro nel manoscritto, le quali pur non avendo con esso nulla di comune, offrivano per l'argomento loro una lettura utile ed edificante. Come taluna, di cui parleremo in appresso, la presente si trova quindi riprodotta in più d'un codice del *De saeculo,* quali l'Ambrosiano S 29 sup., il Canonic. misc. 399 della Bodlejana d'Oxford (cf. Coxe, *Cat. codd. mss. bibl. Bodl.* par. III, cc. 737-38); a cui si può aggiungere un terzo, che esisteva sullo scorcio del passato secolo nella biblioteca claustrale di S. Matteo di Murano; cf. I. B. Mittarelli, *Biblioth. codd. mss. S. Michaelis Venetiar. prope Murianum,* Venetiis, mdcclxxix, colonne 270-71, n. 1082. Avendo a

debeam explicare cuinam sit facilior in religione cursus magisque tentationibus expeditus; an illi, qui etate grandior inter mundi blandientis versatus illecebras, religionem intraverit, an illi, qui nondum seculi delectationes expertus, Dei digito religionem in-
5 gressus, ad eius servitia sit deductus. maior equidem questio quam tua caritas opinetur. oportet etenim in hac questione librare quid plus moveat mentes humanas, an recordatio voluptatum exactarum, an curiositas, qua trahimur, ut eorum que nescimus experientiam ac noticiam habeamus. et quis erit per humanam
10 intelligentiam iudex equus, qui sciat debitam ferre sententiam super ista materia, cum tanta sit varietas affectuum humanorum, quod aliqui hiis, aliqui contrariis delectentur? hos equidem trahit avaricie studium, illos prodigalitatis effluxus; hos glorie cupiditas, illos vel conscientie latibula vel solitudinis infrequentia
15 trahit et mulcet; hos armorum studium, illos delectat exercitium litterale. et si cuncta discutias, ferme nullos invenies, quos usquequaque similia iuvent, quique in rationali vel sensitivo, si cuncta discutias, appetitu sint eiusdem per omnia voluntatis. nimisque verum est poeticum illud:

20 Torva leena lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciva capella,
Te Corydon, o Alexi: trahit sua quenque voluptas (1).

ut vix possit generaliter hec questio dirimi, cum nequeat omnium et singularium affectio, quantum hec res exigit, ponderari. scio
25 plerosque ea que dixero, non secundum rationem, sed potius secundum sue cupiditatis habitum iudicaturos; sed velim quod quicunque hec nostra legerit, a se parumper suaque affectione discedat et exuat taliter singularem personam, quod communem induat. forte quidem, si sua deposuerit, sibi magis hec nostra
30 placebunt et fiet de privato iudice publicus, nobiscumque in eandem sententiam pedibus et manibus, ut dici solet, descendet et curret.

bramano saper da lui se alla perfezione giunga più facilmente chi entrò nel chiostro uom fatto, fuggendo il mondo, o chi non conobbe mai, nutrito in cella, i pericoli del secolo.

Difficile questione, per decider la quale converrebbe poter scrutar la mente ed i pensieri di ciascun uomo;

impresa questa impossibile.

Ma se coloro che porgeranno orecchio al suo dire

vorranno spogliarsi de' proprî affetti e mostrarsi imparziali,

converranno forse con lui in quanto sta per affermare.

4. *A* expertas 6. *A* opinet 7. *A* mentem humanam 12. *M-C* alius - alius 17. quique] *M-C* quamquam 18. *A* appetu *(sic)* *M-C* voluptatis 24. *A M-C* singulorum 27. *M-C* suave 30. *M-C* nobiscumve

mano il cod. Ricc., di tutti il più pregevole, noi siamo stati contenti a confrontare in servigio della nostra edizione un solo apografo, cioè il ms. Ambrosiano.

(1) Verg. *Buc.* II, 63-65.

Innanzi tutto è necessario escludere dalla questione i religiosi non sinceri, che lasciaron il mondo contro voglia e rimangon per forza nel chiostro.

Nunc autem, ut ad quesitum accedam, unum oportet de necessitate premittere, ut veram vel verosimilem possimus ferre sententiam; nobis, videlicet, in hac questione sermonem esse de veris religiosis, quos non mundus expulerit, sed qui mundum reliquerint. nam si quos religioni implicitos electionis sue forte peniteat et in religione maneant ob verecundie metum vel legum vinculis alligati, certus sum et curiositatis vagatione distrahi et exactarum voluptatum memoria perturbari. de istis ergo sermo nobis non sit, qui cum non ambulent in viis Domini et in iniquitates corruant, facillime scandalum patiuntur. veri autem, sicut diximus, religiosi, si maiores natu et mundi blandicias experti loco cesserint et ad austeritatem religionis se converterint, non crediderim reliquisse seculum, nisi quia ratione certissima et vehementer inceperint eis illa, que in mundo fuerint experti, postquam omnia viderint, displicere. quam quidem mentis affectionem, si fixam immotamque tenuerint, ut vere religionis est, non video quid possint ex memoria voluptatum concipere, nisi penitentiam commissorum et horrorem quendam ad illa, que meminerint, repetenda; faciliusque rudis et indocta simplicitas in illa labi posset, quam si et voluptatem et sequacem percepte voluptatis penitentiam aliquando fuisset experta. declinant naute scopulos, in quos semel offenderint; et avis, que viscatis effugerit alis, cautior arborem petit; et fera, que fregerit laqueum, ubique pedicas cogitat occultari; nec vix est tutum viatoribus iter, ubi latrones consueverint insultare. fateor tamen antiquum hostem facilius nos per nota tentare quam per ea in quorum nunquam experientiam venimus. sic beati Albani patrem legimus iterum filie stupro fuisse permixtum [1]; et apud optimum vatem infelix amans inquit:

I veri religiosi hanno abbandonato il secolo di proprio genio,

nauseati di esso;

sicchè il ricordo dei piaceri ivi gustati non può che riescir per loro penoso; ciò che non avverrà invece agli inesperti.

Vero è che il nemico suol valersi per tentar le anime di quanto esse conoscono, anzichè dell'ignoto;

agnosco veteris vestigia flamme [2].

2. *A* pretermittere, *corretto dal copista in* permittere 3. *A* vid. nob. 4. *A* relinquerint 6. *R* religionem 8. *A omette* memoria 9. *R dà* nobis *due volte. R A M-C omettono* et 13. *A* qui 15. *M-C* siquidem 18. *A* penitencia 22. *A* et avisque 23. *A* caucius 28. amans] *R A M-C* manus

(1) Di alcuni testi di questa leggenda, ripudiata come apocrifa dalla Chiesa, ma che ebbe nel medio evo grandissima notorietà (v. Graf, *Miti, legg. e superstiz. del m. e.*, Torino, 1892, I, 289, 308), è discorso negli *Acta sanctorum iunii*, Antwerpiae, MDCCVII, IV, 94.

(2) Verg. *Aen.* IV, 23.

subiacet igitur suis uterque periculis. illum experiendi cupido premit; istum experte rei, cum delectatio trahit, notus penitentie morsus deterret; sed utrobique sua manet ambos in cogitationibus suis humana fragilitas. sola Dei gratia utrunque tuetur et liberat; a nobis equidem nichil sumus. si reminiscitur veteranus mundi solas voluptates, in illecebras ruet facilius quam rudis et tiro; sed si simul subierint penitentie morsus et omittamus spiritualia, sed carnalia, que solent his coniuncta provenire pericula, difficilius erit illum in exacta reducere quam inexpertum ad illa, que scire concupiverit, incitare. quas enim voluptates, quas illecebras, queve mala gaudia dabis inter mortales affectus, que non sint suis coniuncta cum stimulis? nam, ut cetera dimittamus, satis est ad retrahendum ipsa satietas, deprehendendi timor, ruboris confusio et cetere, que sequuntur ad ea que male committimus, passiones. quis enim adeo bestialis et ceci sensus est, qui non deprehenderit usu continuo quas egritudines soleant epularum et vini crapule generare? quis nescit quantum afferat detrimenti mentibus corporibusque nostris, fame atque substantie frequens nimis et repetita libido? at congregandi divitias studium quibus subicit in acquirendo laboribus, quanta premit in conservando sollicitudine, quantisque immergit lacrimis, si perdantur! nam quid de superbia loquar, que, cum impatiens sit maioris et paris, tam pungentibus urget angoribus, quod non habeat hoc genus hominum quietos in nocte somnos aut in die suave quicquam, nisi forte prostratum viderit quicquid conatibus suis obstabat? hec et varia, que longum est exsequi, succurrunt expertis, que vix imaginatione concipere valent ignari. posset tamen tantus curiositatis impetus esse, quod omnem voluptatum memoriam superaret; posset et tanta vis recordationis esse, quod nulla posset par curiositas reperiri; quanquam divinarum rerum natura sit, ut quanto magis in noticiam venerint, tanto vehemen-

laonde anche gli esperti al par degli inesperti corrono pericolo di cadere.

Ma se i primi, rammentando i piaceri gustati, possono vacillare, trovan però soccorso ne' morsi della penitenza, nella memoria de' rischi a cui si esporrebbero, ubbidendo alle tentazioni, delle tristi conseguenze della golosità, della lussuria, dell' avarizia, dell' orgoglio, dell' ambizione.

Tutto ciò non soccorre agli inesperti che son quindi più esposti alle tentazioni.

2. *A* ex parte 3. *A* ubique *corretto in* utrobique 5. *R dà di* veteranus *le sole prime tre sillabe e lascia quindi un bianco; segno evidente che il copista non aveva compreso la parola che doveva trascrivere; il bianco è sparito in A, che non legge se non* vetera *M-C scrissero* vetera mundi *e aggiunsero dopo un* et; *ma il senso manca. La mia emendazione parmi indiscutibile.* 7. *A dà* spitua *espunto.* 13. *M-C* deprehendi 19. *RA M-C* nam 20. *M-C* premitur 21. si perd.] *A* superdantur 27. *RA M-C* potest

Si può ritenere quindi che questi siano in maggior pericolo di peccare che quelli.
Tale è il suo avviso; che però espone con titubanza, benchè Giovanni abbia dato splendida prova di fortezza nell'abbandonar il secolo, avviandosi a quella perfezione,

tius diligantur; temporalium vero ea sit condicio, quod tanto minus amentur, quanto magis fuerint cognita vel experta. que ratio sine dubitatione confirmat, ut experti mundum magis illum abhorreant; inexperti possint suis fallaciis levius capi. habes super hac re occurrentem michi, levi tamen meditatione, sen- 5 tentiam. altiore forsan indagine foret opus, ut hec veritas de suis latebris educeretur: sed ista sufficiant, tibi presertim, qui potuisti depravatam consuetudinem vincere et, quod difficillimum est, mentem a sensibus elevare (1). potuisti quidem, quia Deus in te hoc fecit, cuius solius bona sunt que videmur efficere, ut non 10 nostra, sed sua merita in nobis per solam gratiam remuneret. qui, sicut incepit, sic dignetur in te perficere, ut possis ad illam, ad quam suspiras, gloriam pervenire. vale felix et ora pro me: et confratres tuos, patres meos, quos valere desidero, sic fac imiteris, quod et tu imitatione dignus evadas. Florentie, ka- 15 lendas novembris.

alla quale Iddio vorrà senza dubbio farlo degno di pervenire.

XII.

A Giovan Francesco Gonzaga (2).

[L¹, c. 119 a; R¹, c. 29 a; Rigacci, par. II, ep. xvi, pp. 78-79, da R¹.]

Magnifico domino Iohanni Francisco de Gonzaga Mantuano domino. 20

Firenze, 24 novembre 1395.
Gli è giunta notizia che egli raccoglie libri in co-

Sentio, magnificentissime domine mi, penes te maximam copiam esse librorum, multosque te congregasse, qui non pos-

5. *R A* occurrente 9. *M-C* siquidem 15-16. *M-C* kalendis 20. *Così L¹; R¹ Ri* Domino Mantuano 22. *L¹* mi dom. 22-23. *R¹ Ri* libr. cop. esse

(1) Cf. Cic. *Tusc.* I, xxxvii.

(2) Nel toccare delle biblioteche principesche che sullo scorcio del secolo decimoquarto andavansi formando tra noi, G. Tiraboschi, *Storia della lett. ital.*, Milano, Classici, 1823, tom. V, par. I, lib. 1, p. 170, così a proposito della libreria di casa Gonzaga dice dell'epistola presente: « Abbiamo una « lettera di C. Salutato al signor di « Mantova... che dovea esser Luigi « Gonzaga, o Guido di lui primoge« nito (*sic*), in cui gli scrive di avere « udito che egli abbia raccolta gran« dissima copia di libri, e che molti « di essi invano cercherebbonsi al« trove ». Ma il dotto uomo, quando così scriveva, non rammentava certo

sent alibi forsitan reperiri (1). regia vere cura et diligentia, in qua Ptolomeus Philadelphius adeo famosus fuit, quod ipsum in bibliotheca Alexandrina congessisse legamus, incredibile dictu,

pia e che molti rarissimi ne possiede: cura principesca davvero, alla quale già Tolomeo Filadelfio in Egitto

2-3. R^1 *omette* in *e scrive* bibliothecam; *onde Ri* quod in ipsam bibliothecam Alexandrinam

quel che il Rigacci aveva detto di quest'epistola nella prefazione al secondo tomo dell'edizione sua; chè se in fronte all'epistola egli aveva lasciato l'indirizzo offertogli dal codice: « Domino Mantuano »; qui, venendo in aiuto al lettore, osservava che nell'innominato signor di Mantova doveva probabilmente riconoscersi Gianfrancesco Gonzaga (op. cit. p. XIV). La congettura del Rigacci è tramutata adesso in certezza per noi, che abbiamo sott'occhi l'indirizzo dell'epistola riportato nell'integrità sua da L^1; il S. si rivolge davvero a Gianfrancesco, il quale aveva probabilmente ereditato dal padre Ludovico (1334-1382) e dall'avo Guido (1369), amico questi di F. Petrarca, quell'amore alle lettere, che fu tradizionale in casa Gonzaga e che in lui particolarmente si cominciò a disposare al gusto per la magnificenza ed il lusso delle suppellettili e delle abitazioni.

Della vita di Gianfrancesco (1366-1407), delle sue non comuni qualità di politico e di capitano, non occorre tener qui parola, trattandosi di cose ben note; cf. POSSEVINO, *Gonzaga*, Mantova, Osanna, MDCXXVIII, lib. V, passim; LITTA, *Fam. cel.*, Gonzaga di Mantova, tav. III. In quanto poi alla data della presente, essa sarebbe rimasta per noi molto dubbia, se un fortunato caso non ci avesse offerto il mezzo di definirla con ogni precisione. Il lettore avvertirà come nella poscritta il S. raccomandi a Gianfrancesco un tal Floriamonte, incaricato di presentargli la sua epistola e di patrocinar le sue domande, ed assicuri il principe che costui lasciava, partendosene, gratissimo ricordo di sè ne' Fiorentini. Perchè il S. così si esprimesse faceva mestieri che Floriamonte avesse in Firenze tenuto qualche pubblico ufficio. Messici per questa via, agevole ci riuscì verificare che il mantovano Floriamonte de' Brugnoli coprì in Firenze il posto di esecutore di giustizia per un semestre a cominciare dal 15 maggio del 1395; Arch. di Stato in Firenze, ms. Strozzi-Uguccioni n. 4, c. 134 B. Deposto il suo ufficio il 15 novembre, Floriamonte dovette naturalmente trattenersi alquanti giorni ancora in Firenze per sottoporsi al solito sindacato; giunse così il 24, giorno nel quale la presente fu scritta ed il Brugnoli stesso, probabilmente, si mosse alla volta di Mantova.

(1) Delle condizioni in cui versava la libreria Gonzaga al tempo di Gianfrancesco rinveniamo notizie quanto mai copiose ed esatte nell'inventario di tutti i beni del principe stesso, compilato, come si sa, dopo la sua morte seguìta il giorno 8 marzo 1407. In questo documento, che si conserva ancor oggi in doppio esemplare nell'archivio Storico mantovano (segn. D, V, 4 1 e D, VI, 1407), tutti i codici, esistenti « in camera librarie penes « Bartolomeum de Bonattis canzela- « rium » (c. 55 A), sono descritti uno ad uno; noi apprendiam dunque così che la biblioteca era distribuita in dodici classi comprendenti circa quattrocento volumi; e cioè: « libri sacre « scripture », in numero di cinquan-

Augusto e Cesare in Roma non sdegnarono dedicare tempo e denaro.

Egli di più non è avaro nè geloso custode de' suoi volumi,

sicchè non rifiuterá comunicargliene taluno,

ove oltre alle opere già note di classici scrittori ne racchiudesse qualcuna sconosciuta.

septuaginta millia librorum (1). ne hoc quidem auctor romani imperii, Nilotica bibliotheca civili sive potius Alexandrino bello perusta, non facere non cogitavit; quod Rome faciendum instituit C. Cesar, tradens huius rei curam et opportunam pecuniam M. Varroni (2); ut non te peniteat id curare quod maximis olim principibus 5 non inferior occupatio fuit. scio autem te nolle libros includere, sed habere; nec usui tantum dedicare tuo, sed ipsos, ut sunt scribentium destinatione, reputare communes (3). quamobrem fiduciam capio, quod si quos habueris, quibus caream, illorum exemplationem michi non invidebis. et si senseris parvitatem meam 10 in hac re secundum aliquid te ditiorem esse, iubeas, precor. libenter equidem tuis parebo iussionibus. velim autem dignetur benignitas tua, si quos habueris poetas extra communes istos, vel hystoricos vel morales, qui discurrunt per omnium manus, ut scire

1. *R*[1] *Ri* idem 3. quod] *R*[1] *Ri* qui id 4. *R*[1] *Ri* Caius *Ri* Marco 10. *L*[1] *omette* michi 14. *L*[1] storicos

tuno; « libri decretalium », di diciotto; « libri iuris civilis », d'undici; « libri « istoriographi », di trentasei; « libri « cronicarum », di ventuno; « libri « poetarum », di ventiquattro; « libri « philosophie », di trentasei; « libri « naturales », di quindici; « libri me- « dicine, gramatice et multarum alia- « rum rerum », di diciasette; « libri « astrologie », di ventotto; infine i li- « bri volgari » erano trentadue; ed « i « libri in lingua francigena », sessantasette. Di quest' ultimi, che formavano, com' è ben noto, una delle più cospicue porzioni della libreria, il catalogo è stato pubblicato dal BRAGHIROLLI in *Romania*, 1880, IX, 497 sgg.; il resto dell' inventario è invece tuttora inedito; ma l'esame che ne abbiam fatto ci consente d'affermare che se la biblioteca de' Gonzaga era per quel tempo assai ragguardevole, andava però interamente priva di quelle rarità, che il S. ricercava con una perseveranza troppe volte male ricompensata.

(1) Accordandosi entrambi i codici nel dar « septuaginta », non ci è parso prudente introdurre nel testo veruna correzione; ma se il S. traeva, com' è probabile, le sue notizie sulla biblioteca Alessandrina da A. GELLIO (*Noct. Att.* VI, XVII), egli avrebbe dovuto scrivere non « septuaginta », ma « septingenta ». Gli antichi discordano infatti, la cosa è nota, nell' indicare il numero totale de' libri raccolti dal Filadelfio (« quadringenta « millia librorum » dice SENECA, *De tranquill. animi*, IX, « Alexandriae ar- « serunt »); ma che si trattasse di centinaia, non di decine di migliaia, tutti ammettono.

(2) Cf. SUETON. C. I. Caesar, XLIV.

(3) Era pur tradizionale presso i Gonzaga la liberalità con cui prestavano agli amici i loro libri ed io ne ho raccolte numerose prove nello scritto *I codici francesi de' Gonzaga secondo nuovi documenti* in *Romania*, 1890, XIX, 161 sgg.

possim, quo de sumendis exemplis valeam providere. et quia michi magna cum certitudine relatum est apud te esse Ennium, antiquissimum poetarum latinorum, dignetur tua sublimitatis humanitas, si sic est, illum michi exemplandi gratia commodare (1).
5 libenter enim aliquid illius exotice latinitatis aspiciam. vale, magnificentissime domine mi, servuli tui memor.

E poichè gli vien assicurato che il Gonzaga possiede i poemi di Ennio, bramerebbe conoscerli e trarne copia.

Ceterum Floriamonti tuo, cuius virtus omnibus Florentinis grata fuit, prebe, supplico, fidem, tanquam si que retulerit me dicentem audieris (2). Florentie, octavo kalend. decembris.

Gli raccomanda infine Floriamonte Brugnoli.

10

XIII.

A Demetrio Cidonio (3).

[L^I, c. 119 b.]

Multe venerationis et scientie viro Dimitrio Chidonio Constantinopolitano.

15 Suavissimam tue caritatis salutationem, vir insignis, cunctis venerationis officiis excolende, peritissime mi Dimitri, quam

Firenze, 18 febb. (?) 1396.

Ricevette i suoi gentili saluti

13. Multe - salutari *(p. 108, r. 2)*] *Questa parte è riferita dal Mehus, Vita A. Traversarii, p. CCLVI.*

(1) La notizia era falsa. Di un codice che racchiudesse le opere del padre de' poeti latini non appar quindi traccia nel catalogo mantovano del 1407.

(2) Floriamonte de' Brugnoli era un antico servitore di casa Gonzaga. Vivo ancor Ludovico, aveva come suo vicario governato Castiglione Mantovano. Un suo copioso carteggio diretto al Gonzaga nel tempo in cui reggeva quella terra trovasi nell'archivio Storico mantovano, rubr. F, II, 8.

(3) Le vicende di questo cospicuo personaggio ci son così scarsamente note che riuscirebbe temerario il pretendere di darne qui precisa notizia; ma se a noi non è concesso addurre fatti nuovi in servigio de' futuri biografi del Cidonio, possibile è almeno eliminare parecchie false o gratuite asserzioni d'eruditi antichi e recenti; e questo tenteremo ora di fare. Demetrio ὁ Κυδώνη ha veduto la luce nei primissimi anni del secolo decimoquarto o in Costantinopoli o in Tessalonica. Militano per l'una come per l'altra città testimonianze non spregevoli; ma quella del S. pare a me, se non vado errato, di tal peso da far propendere la bilancia in favore della prima. Venuto per la sua dottrina, per l'integrità de' costumi, per la fervida pietà, che lo indusse ad abiurare la religione greca per la cattolica, in gran credito presso i suoi contemporanei, il Cidonio godette insieme a Niccolò Cabasila tutta la fiducia di Giovanni VI Cantacuzeno; sic-

fattigli da Roberto Rossi, e ne fu insieme lieto e stupito.

michi per communem in doctrina filium Robertum Rossum tam ardenti mentis affectu iussisti nomine tue dignationis impendi, letus

chè, quando costui deliberò d'abdicare e di rinchiudersi nel convento di Mangane (1349), entrambi ve lo seguirono. Tanto narra il Cantacuzeno stesso: « Συνείποντο δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν « ἐκ τοῦ βίου ἀναχώρησιν καὶ Καβάσιλας « Νικόλαος καὶ Δημήτριος ὁ Κυδώνης, « σοφίας μὲν εἰς ἄκρον τῆς ἔξωθεν ἐπει- « λημμένοι, οὐχ ἧττον δὲ καὶ γάμου κα- « κῶν ἀπηλλαγμένον ἡρημένοι. δι᾽ ἅ καὶ « πολλῆς αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἠξίου εὐμε- « νείας καὶ ἐν τοῖς πρώτοις μάλιστα τῶν « φίλων ἦγε καὶ τῶν ὁμιλητῶν »; CANTACUZENI *Historiar.* IV, 16, in *Corp. scriptorum historiae Byzantinae*, Bonn, MDCCCXXXII, par. XX, vol. III, p. 107.

Quali avvenimenti e quali considerazioni inducessero però Demetrio ad abbandonar bentosto il munito cenobio ed il suo regale amico non sappiamo; fatto è che poco dopo egli lasciava la Grecia e recavasi in Italia. Questo almeno ci attesta RAFFAELE VOLTERRANO, al quale unicamente andiam debitori de' pochi cenni degni di fede che possediamo sulla seconda parte, a dir così, della vita del nostro. « Demetrius Cydonius Thessalonicensis », egli scrive, « vir doctus aeque ac sanctus, graeca latinaque facundia praeditus, patria decedens, Mediolanum « venit, ubi literis latinis pariter et « theologiae operam dedit »; *Commentar. urbanor.* lib. XV, Anthropologia, Lugduni, MDLII, col. 447. Vuole A. FUMAGALLI, il quale pubblicò nella *Raccolta milanese del 1757*, tom. II, n. IV, la Sposizione della messa che si canta nella festa della Natività di Cristo secondo la tradizione di s. Ambrogio, voltata dal latino in greco da Demetrio nel tempo in cui egli a Milano si trattenne, che questa sua dimora tra noi avesse luogo nel 1355 (op. cit. p. 6); con più prudente riserva il GIULINI, *Mem. spett. alla storia della città e camp. di Milano* &c., Milano, 1857, V, 516, vorrebbe invece collocarla tra il 1353 ed il 1361. Comunque sia di ciò, dopo un soggiorno in Italia sul quale nulla possiam dire, il Cidonio si restituì certamente in patria; colà infatti nel 1374 gli indirizzava Gregorio XI una lettera, onde stimolarlo a promuovere la definitiva riunione della Chiesa greca colla latina, per effettuare la quale egli mandava in Oriente taluni frati minori e domenicani; cf. WADDING, *Annales Minor.* VIII, 289, I. Vent' anni appresso Demetrio rivedeva ancora la penisola; anche questa volta non ci è noto il motivo del viaggio; ma è lecito congetturare che l'imperator Manuele Paleologo l'inviasse in compagnia del Crisolora ad implorare soccorsi dagli Stati italiani contro i Turchi che facevansi sempre più minacciosi. Del 1395 adunque sbarcavano il Cidonio ed il Crisolora a Venezia; e tosto la fama della loro venuta conduceva sulle lagune due giovani fiorentini, bramosi d'apprendere la lingua greca, amici entrambi del S., Roberto Rossi e Iacopo Angeli. Ma dopo pochi mesi, veduti vani i loro sforzi per ottenere i sollecitati soccorsi, i due Greci ripartivano per Bisanzio; e mentre il Rossi ritornava a Firenze, l'Angeli li seguiva in Oriente. Di là, come diremo nelle note all'epistola seguente, il Crisolora ritornava l'anno appresso in Italia; ma Demetrio non più. « Postremo « revertens », dice di lui il Volterrano, « in Creta substitit, ubi, erogatis « in pauperes bonis, in quodam ibi caenobio persancte, citra tamen professionem vixit, pariterque defunctus « est, annis abhinc fere .CC. » (*sic; leggi* .C.). Scriveva il Maffei l'opera

atque mirabundus accepi (1). letus equidem, quia latialis homo nullis Grecie viris domesticus atque notus a te viro, sicut audio,

Lieto, perchè egli uomo oscuro tra i Latini non avrebbe stimato noto il suo nome ad un Greco,

1. quia] *Cod.* qui *(?)*

sua pontificante Giulio II (1503-1513), al quale è dedicata; secondo lui adunque il Cidonio sarebbe morto nei primi anni del secolo XV. Ma, se noi dessimo retta a taluni editori degli scritti del Cidonio, molto più a lungo avrebbe egli vissuto; giacchè nella *Patrologia graeca* è reimpressa sotto il suo nome un' « Epistola ad magnum primicerium « Phacrasem, Thessalonica scripta, « cum Amurates II urbem obsidione « cingeret », la quale spetterebbe al 1430! Cf. MIGNE, *Patrol. graec.* to. CLIV; IOANN. CANTACUZENI *Opera,* c. 1213 sgg. Non occorre dire che siamo qui di fronte ad un' attribuzione del tutto arbitraria. Demetrio nel 1396 era, e ben si capisce, in età estremamente avanzata; il S., che pur aveva raggiunto il sessantacinquesimo anno, chiama quella del Greco « altis« sima senectus », e lo qualifica « senex « omnino, non senior ». Fuori di dubbio dunque il Maffei era nel vero; Cidonio dev' esser morto in Creta decrepito nel primo lustro del secolo XV.

Per ciò che concerne poi la data della presente non v' è motivo, come si capisce, d'esitare. Il S. stesso ce l' ha additata, affermando che il dì immediatamente successivo a quello in cui scriveva, avrebbe compiuto i sessantacinque anni; essa è dunque del 1396, come notò già il MEHUS, *Vita A. Traversarii,* p. CCCLIX; ma le sue giuste osservazioni sfuggirono al VOIGT, *Die Wiederbel.*[3] II, 224, il quale con doppio errore la disse del 1395 e del 20 febbraio. In realtà una sola cosa può offrire materia di discussione: la data del giorno. L[1] reca infatti in calce all'epistola: « decimo « kalendas maias »; e cioè 22 aprile. Ma noi sappiamo per esplicita attestazione del S. stesso ch' egli era nato di febbraio, e per l'appunto il dì sedici di esso mese (v. lib. VII, ep. IIII; II, 269, e le epistole a Francesco Zabarella del 30 agosto 1400, a Tommaso d'Arundel del 29 gennaio 1403); or come potrebbe aver egli scritto il 22 aprile: « cras enim annum sexage« simum quintum attingam »? Delle due l'una: o il copista ha sbadatamente trascritto « maias » per « martias » (come opinò il MEHUS, op. e loc. cit.) o il S. appose all'epistola una data, che corrispondeva non già al giorno in cui la scrisse, ma a quello in cui la spedì. In favore di questa seconda ipotesi starebbe il fatto che nella poscritta si prega Demetrio ad interporre i suoi buoni uffici presso il Crisolora, affinchè questi acconsenta a recarsi a Firenze; ora l' elezione fatta dalla Signoria di Manuele in professor di lettere greche ebbe luogo il 23 febbraio, otto giorni cioè dopo quello al quale, ove s' accolga la prima congettura, quest'epistola risalirebbe. Ma d'altra parte il S., scrivendo l' 8 di marzo al Crisolora, parla della presente come d' una lettera già fatta e spedita! Si può, se non m' inganno, conciliare ogni cosa, ammettendo: 1) che il copista di L[1] sia caduto in errore; 2) che la presente sia stata scritta davvero il 15 febbraio, ma che il S. ne abbia indugiata la spedizione fino al momento in cui la Signoria gli diè ordine di dettar la ufficiale comunicazione della sua nomina a Manuele; il che seguì il 28 marzo. Nulla di più naturale in tal caso che all' epistola per il Cidonio egli abbia allora aggiunto la poscritta concernente la chiamata del Crisolora.

(1) Come il S. si dà cura di spiegare più innanzi (p. 118), eran giunte da Co-

non men celebre che venerabile per età e per scienza.

Sicchè, sebbene sappia che disdice ad un cristiano rallegrarsi della fama raggiunta,

pure, come uomo, non può a meno di sentirsene lusingato.

Ma più che per l'onor fattogli si allieta di saper sorto in Grecia,

dove gli studi son caduti tanto in basso,

un uomo come lui, che, venuto in Italia,

ha eccitato in molti la brama di apprender il greco.

venerabilis et altissime senectutis et quantum ex tuis scriptis percipio viro omnis eruditionis et scientie, me videam salutari. scio christianissime professionis homines non esse conveniens humane glorie splendoribus permoveri, quorum non sit gloria nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem ipsis mundus crucifixus est et ipsi mundo, sicut ad Galathas sive Gallogrecos scribens ex sua persona nos monet Apostolus (1); sed quis adeo humiliter de se sentit, qui glorie dulcedine non tangatur, ut noster Valerius ait? (2) divinitatis potius quam humanitatis esset occurrenti gloria non letari. non tamen ita lumen illud mentis mee debilitavit intuitum, quod non cognoscam me tam ambitiose salutationis eulogium non mereri et si quid forsan in me fuerit, ut cogitas, tali dignandum honore, quin totum illud non sentiam et cognoscam non meum esse, sed eius qui in nobis efficit quicquid in nobis remunerandum extiterit vel laudandum. veruntamen non tantum ex honore salutationis tue gratulor et exulto, quantum quod in te videam et sentiam adeo Dei gratiam illuxisse, quod inter deperdita penes Grecos ferme studia litterarum, cunctorum occupatis mentibus ambitione, voluptatibus et avaricia, te sentiam, veluti lumen in tenebris, emersisse: quodque te Deus in Latium appulerit, cum Venetias tu et Manuel vidistis, ubi, cum primum Robertum amicabiliter susceperis fecerisque doceri, multorum animos ad linguam Helladum (3) accendisti, ut iam videre videar multos fore grecarum litterarum post paucorum annorum curricula non tepide studiosos. o me munere tuo teque auctore felicem;

15. veruntamen - disciplinam *(p. 109, r. 7)*] *Anche questo brano è riportato dal Mehus, op. e loc. cit.* 23. *Cod.* ellādum

stantinopoli all'indirizzo di Roberto Rossi talune lettere del Cidonio e del Crisolora. Ad una di queste andava unito un viglietto di pugno dell'Angeli, contenente alquante righe all'indirizzo del S., che questi a tutta prima credette dettate dal Cidonio; sicchè si diè premura di scrivergli la presente per rendergliene grazie. Ma mentre scriveva sorse in lui e nel Rossi il dubbio che il viglietto non provenisse da Demetrio, bensì invece da Manuele; in tale incertezza il S. continuò la sua epistola; ma in luogo di rivolgersi unicamente al Cidonio s'indirizzò insieme anche al Crisolora.

(1) S. PAUL. *Ep. ad Gal.* VI, 14.

(2) VAL. MAX. op. cit. VIII, XIV, 5.

(3) Coluccio adopera qui e più innanzi la voce « Hellas, Helladis » come un aggettivo, quasichè invece di significar « la Grecia », valesse « il Greco ».

si quid tamen felicitatis haberi potest in hac vita mortali; qui, licet senior et eius etatis, qua presbyteros appellatis; cras enim annum sexagesimum quintum attingam; visurus tamen aliquando sum illa principia, unde quicquid habet Latium eruditionis atque
5 doctrine creditur emanasse! forte etiam nostri Catonis exemplo, extremo licet vite tempore, grecis intendam litteris et exemplis his que de nostris hausi studiis argolicam adiciam disciplinam [1]. sed unum est, quo de te summe letatus sum, quod videlicet intelligam tue gentis erroribus in fide, sine qua salvari non possumus, te non
10 teneri, ut michi tecum sermo sit non solum ut cum erudito, sed etiam cum ortodoxo. in hac quidem mortalium societate dulcis est coniunctio sanguinis, quam etiam odia non dissolvunt, dulcior amicorum, que sine benivolentia nequit esse, dulcissima patrie, que supra vinculum dilectionis et sanguinis securitatis et huma-
15 narum rerum adicit societatem. sed super omnium mortalium nexus religionis christiane communio maior est et suavior, in qua sumus omnes unum in Christo, queve, sicut sanguinis, amicicie vel patrie glutinus, ad temporalia non ordinatur, sed ad eterna; non respicit salutem corporum, sed eternam beatitudinem ani-
20 marum. hec quidem docet sic diligere sanguinem, quod pro Christi nomine parum sit se ab omni necessitudinis illius complexibus liberari; sic monet amiciciam colere, quod animam suam, hoc est vitam hanc transitoriam, pro eterna suorum amicorum salute, si tamen eterne se non perdat, exponat: sic imperat pa-
25 triam rempublicamque defendi, ut civitates et omnes ad Dei gloriam conserventur. quamobrem michi superiocundissimum est te catholice societatis, quam Ecclesiam Romanam dicimus, gremio contineri. in qua quidem re, cum tua, sicut audio, maxima sit auctoritas apud Grecos, hortor et suadeo; potes enim, cum tibi
30 Platonis eloquentia contigerit et familiaris sit; ut aliquid ad tuorum instructionem post te relinquere non omittas [2]. nam si valuit

Qual felicità se a lui pure, sebben vecchio,

avvenisse un giorno, come a Catone, di gustar qualche stilla d'ellenica sapienza!

Infine gli fu cagion di contento saperlo cattolico.

La religione infatti è il vincolo più possente che stringa gli uomini tra loro;

ei spera quindi che il Cidonio, accolto nel grembo della Chiesa Romana,

cercherà d'indurre cogli scritti i suoi compatrioti ad imitarlo.

4. *Cod. omette* sum 6. *Cod.* ex his

(1) Cf. Cic. *De senect.* I.

(2) Se il S. avesse meglio conosciuto il Cidonio si sarebbe risparmiate queste esortazioni affatto inopportune. Demetrio infatti nella sua lunga esistenza compose un ragguarde-

Se valse l'autorità di Catone estinto a distrugger Cartagine, varrà la sua a porre fine alla separazione tra le due Chiese;

ad diruendam Carthaginem Catonis auctoritas post mortem, quis dubitet et scripta tua pro veritate contra mendacium et pro salute contra damnationem, cum Deo placuerit, huic abominationi finem ponere valitura? nunquam, crede michi, exitus inventus fuisset infinitis heresibus, que veluti zizania inter Christi segetes pullu- 5 larunt, nisi sanctorum patrum scripta in posteros pervenissent. ferme quidem omnes illi veritatis pugiles et athlete, pugna durante stantibus et in ordine suo signis et aciebus undique non solum instructis, sed dimicantibus, ceciderunt, qui longe plus scribentes quam disputantes et mortui quam cum viverent profue- 10 runt. facies in hoc tamen quod tibi visum fuerit, ut Deo fructifices et lucreris animas proximorum tuorum, quibus et lege nature, cum homo propter hominem sit creatus [1], plurimum debes et divine institutionis oraculo non minus ad eandem gloriam ipsos teneris diligere quam te ipsum [2]; memor etiam quod servus 15 inutilis iudicatus est qui creditum talentum a domino non, ut lucraretur, exercuit, sed representandum, cum peteretur ratio, sepelivit [3]. hec hactenus; ut cognoscas quare letus salutem acceperim, quam tam amicabiliter impendisti, pro qua resalutationis debito persoluto, non illo vulgari, quod in ore summotenus omnium est, 20 quodque quidam pudor inhumanitatis extorquet; sed illo salutationis debito atque voto, quod de grate mentis penetralibus prodit et quod debet et potest ad retributionem obnoxius exoptare.

come a sterpar le eresie giovarono gli scritti de' Padri.

Faccia dunque quanto sta in lui per giunger a tale risultato,

e gradisca i saluti che gli invia in cordiale ricambio.

Ed ora gli manifesterà la ragione per cui al suo contento si mescolò lo stupore.

Nunc autem quid fuerim admiratus accipias. scio quod, cum non iam senior, sed omnino senex sis, multa te necesse vidisse et 25 experientie consuetudine, preter ea que de doctrina proveniunt, artem tibi vivendi componere debuisse. dic michi, carissime mi Dimitri, nonne semper invenisti dilectionem obesse iudicio et amicos nimis

Certo Demetrio non ignora che l'affetto accieca.

23. *Cod.* quam

vole numero d'opere dirette a confutare gli errori de' Greci e tradusse parecchi tra gli scritti più importanti de' padri della Chiesa latina (particolarmente di s. Tommaso) per renderli accessibili ai suoi compatrioti. Cf. il catalogo delle sue opere originali e delle traduzioni da lui fatte in FABRICIO, *Bibl. graeca,* lib. V, cap. XLIII, X, 386 sgg. e MIGNE, *Patrol. graeca,* CLIV, 825-1216.

(1) Cf. *Genes.* II, 18.

(2) Cf. s. MARC. XII, 31; s. LUC. X, 27 &c.

(3) Cf. s. MATTH. XXV, 24-28.

in laudibus amicorum efferri parciusque, si qua culpanda viderint, criminari? unde est igitur quod vir tante doctrine, talis etatis, tanteque experientie quante te esse coniecto, sit tam facilis ad credendum amici relationibus de meritis amicorum? si nescis, 5 Iacobus Angelus, cui tantum adhibes fidei, amicus meus est, iandiu propter amoris passionem de me deceptus usque adeo quod, licet ipse, licet et alii de me predicent, licet sint carmina,

Come dunque presta egli fede alle lodi

che di lui ha fatte Iacopo Angeli, che l'amicizia fa travedere?

me quoque dicant
Vatem pastores, ego non sim credulus illis;

10 ut noster Theocritus, hoc est Virgilius, vestri Theocriti de bucolicis imitator, inquit [1]. delector tamen et velim quod sibi fidem adhibeas et me credas qualem ille, licet errans, me duxerit designandum, ut me cum multifacias, non solum diligas, sed ames. nam si non recusavit Iacob admonitu matris, ut Esau germano 15 suo falsas indutus vestes et manus atque collum falsis pelliculis adopertus et ore proprio se mentiens, Esau benedictionem preripere, sicut sacris litteris perhibetur [2]; cur ego non patiar alieno mendacio dilectionis et amicicie tue benedictionem esse, sicuti testantur tue littere, consecutum? forte quidem conabor sic 20 emergere, quod illud mendacii crimen, ad meliora compositus, expiabo. sed iam salutationis tue verba diligentius videamus, ut cur admiratus sim clarius innotescat.

Pure si compiace di questo suo errore, indizio di benevolenza,

e farà quanto sarà in lui per non sbugiardar troppo gli amici.

Ceterum, inquis, admirandum Coluccium, licet viderim nunquam nunquamque inter me et ipsum aliquid hactenus fuerit 25 familiaritatis, ut pro me salutes puto indecens non fore, nisi ipsum amare etiam sit incongruum. hoc autem cum liceat, licebit et salutes sibi plurimas dicas. hec, ni fallor, dulcissime salutationis tue series est. in qua quidem primum illud occurrit quod in illorum verborum initio prefatus es. scribis etenim admirandum Coluccium. 30 cum autem, ut veritas est et tu ipse testaris,

In ogni modo nel saluto inviatogli

Demetrio lo chiama «ammirabile».

10. vestri] *Cod.* nostri 16. *Cod.* adopertis 21. *Cod.* expirabo 23. *Cod. pone* quem *dopo* Coluccium, *che ho tolto.* 24. *Cod. omette il secondo* nunquam

(1) Verg. *Buc.* IX, 33-34; ma il testo è assai diverso:

sunt et mihi carmina, me quoque dicunt
Vatem pastores; sed non ego credulus illis.

(2) Cf. *Genes.* XXVIII, 15-23.

Come può egli affermar ciò ?

me nunquam videris, quomodo scire potes quod sim, ut asseris, admirandus? sed inquies: Iacobus tuus, filius tuus, discipulus tuus, familiaris et amicus tuus, tanta de te refert, quod merito te dixerim admirandum. iam superius fidem testimonio suo docui veris rationibus abrogandam, quoniam amicus sit, cuius rectum de amico 5 non potest esse iudicium nec testimonium fide dignum. sed esto quod de tue circunspectionis prudentia mentisque sinceritate metiens illum, tibi persuaseris ipsum posse, sicuti tu valeres, veram de me ferre sententiam nec laudandi studio veritatis limites excessisse. dic, precor, christianissime mi Dimitri, quid; non dicam in 10 me, qui quam laudandus sim, imo non sim sentio; quid, inquam, in homine, quod suum sit, potest admiratione dignum vel gloria reperiri? quid enim habet homo quod non acceperit? sin autem accepit, cur sibi detur ad gloriam quod accepit? (1) nunquid, ut sacrarum litterarum auctoritate nitar, admirabiles sunt sancti? admi- 15 rabilis Dominus in sanctis suis (2); nam nostrorum corporum fabrica quid in rebus corporeis admirabilius esse potest? tota quidem membrorum dispositio, fortitudo pedum, suffraginum aptitudo, crurumque tibiarumque substentacula, genuum connodabiles flexiones, armamenta manuum et omnium sensuum sedes, que 20 caput dicitur, lacerti, musculi, nervi, arterie, vene, pori, caro, cartilagines, ossa, medulle, intestina omnia, sanguis, calor, spiritus per universum diffusi corpus, tot et tam faciles motus et universo corpori supertecta cutis contegentis omnia pulcritudo mirabilia profecto sunt. sed supra tam ordinati corporis opificium et omnia 25 admiranda, mirabilior est anime rationalis et eterne cum hac corruptibili massa coniunctio, qua tam multa cognoscimus que sub nostre cognitionis altitudine sita sunt; qua quidem intelligimus, ratiocinamur atque discurrimus et cuncta que facimus exercemus. que cum omnia mirabilia sint, nos non fecimus, sed habemus ab 30 illo rerum omnium principe qui nos creavit et fecit. in quibus omnibus non nos, sed auctorem illum, cuius plasma sumus, decet, sicut est admirabilis, admirari. nam de meritis, que corruptissime nostra dicuntur, quid attinet dicere? cum, sicut inquit Apostolus,

Niun uomo è degno d'ammirazione:

solo Dio può dirsi tale; giacchè se stupenda è l'umana compagine,

il merito ne va tutto attribuito a chi l'ha creata.

Nè quelli che diconsi meriti nostri

1. L[1] *per* quomodo *dà la sigla di* qui *(?)*

(1) Cf. s. Paul. *Ep. I ad Cor.* IV, 7. (2) *Psalm.* CXVII, 36.

sive divisiones sint gratiarum, unus est spiritus; sive ministeriorum, unus est Dominus; sive divisiones operationum, unus est Deus (1). miror autem Iacobum meum adeo vane consuetudinis cacoethe retineri, quod, cum multociens de me potuerit addiscere nichil in 5 me reperiri laudabile, quod imputari michi debeat; me laudet et te in tam deliram opinionem coniecerit; quanvis omnis hic error tibi potius quam sibi sit, ut amicabiliter tecum loquar, ascribendum, qui debueris, postquam in hoc doctrinam veritatis non redolet, ipsum corrigere monereque nec me nec aliquem laudare 10 debeat vel mirari; sed illum, cui vere principaliter et de per se de cunctis admirabilibus admiratio et laudabilis laus debetur. dividens enim spiritus omnia singulis, prout vult, est ille de quo scribitur: alii quidem per spiritum datur sermo sapientie, alii autem sermo scientie secundum eundem spiritum (2). laudare quidem 15 igitur nos non minus est ridiculum quam efferre laudibus aliquod musicum instrumentum. nam, cum nulla vasa musica per se sonent vel aliquid aliud operentur, nisi quantum artifex musiceque peritus illis ad armonie dulcedinem utitur; nec quod bene respondeant ipsorum laus est, sed eius omnino qui talia potuit, ipsa 20 scivit et voluit fabricare; et Deus fecerit nos, non ipsi nos, ut Psalmigraphus ait (3), et omnia que facimus, imo facere videmur, ipse faciat in nobis et per nos; nonne tota laus quod sumus, quod tales sumus, quodque talia facimus qualia digna sunt laude, Deo, non nobis, iuste rationabiliterque redditur et debetur? quod hec 25 autem nobis attribuantur, cum nostra non sint, nedum non iustum, sed penitus iniquum est; nec potest aliqua rationum connectione deduci, quod ex his que sunt in nobis, si fuerint ab alio, nobis aliqua commendatio debeatur. nolim igitur Iacobum meum de me tam aperte mentiri; velim et te laudationes, de me presertim, 30 quas michi noveris non deberi, non tam precipiti mentis inclinatione suscipere, quod in creaturam indigne referas quod solum

son tali, ma provengon da Dio.

Erra dunque l'Angeli esaltandolo;

erra a sua volta Demetrio, lasciandosi da lui ingannare e attribuendogli lodi

che son ridicole rivolte ad un mero strumento della volontà di Dio,

il quale solo dee esser oggetto di ossequio.

Entrambi dunque sono sopra un errato cammino.

3. *Cod.* cathethe 5. *Cod. dopo* debeat *pone di nuovo* quod 10. cui] *Cod.* qui *e* principabiliter 24. *Il* que *dopo* rationabil. *è aggiunto in interlinea dal copista.* 30-31. *Cod. dopo* inclinatione *dava* percipi, *poi cancellato.*

(1) Cf. s. PAUL. *Ep. I ad Cor.* XII, 4-6.
(2) S. PAUL. ibid. 7-8.
(3) *Psalm.* XCIX, 3.

Ma poichè è generale consuetudine, di cui anche le sacre scritture dànno esempi, quella ch'ei loro rimprovera,

deberi cognoveris creatori. sed admittamus hunc loquendi modum, quem omnium consuetudo et etiam divinarum scripturarum auctoritas usurpavit; in quibus ad laudem hominum reperitur invidiosum illud canticum gratulantis populi concentu vulgatum: Saul stravit mille, David decem millia (1); et multa simili ratione deprompta. nec solum hec hominum, que non referenti Scripture, sed ipsis hominibus sic loquentibus imputari debent, sacris inserta sunt litteris, sed etiam Dei testimonia de laudibus hominum, sicut angelus Abrahe scribitur retulisse. per memetipsum iuravi, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc et non pepercisti filio tuo unigenito propter me: benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi, et reliqua que subnectit (2). admittamus, inquam, hunc loquendi modum, ita tamen quod semper, dum homines laudibus afficere credimus, Dei, non hominum opera nos laudare in mentium nostrarum penetralibus sentiamus. nec sit blandiendi gratieque captande propositum, sed potius sint laudes, ut laudati possint et ad meliora se componere debeant monimentum. quantum autem ad laudationes attinet, alia ratio est creatoris Dei suam creaturam laudibus extollentis, qui, sicut pro bonis que facit per nos et in nobis nos gratis omnino remunerat, sic de sue bonitatis et potentie infinitate procedit, quod nos commendabiles faciat, dum commendat; et alia est hominum, qui sicut iustificare nos non possunt, sic nec laudabiles facere nec rationabiliter commendare. et eo maxime quia, cum Deus et sciat et faciat cur laudemur, homines id nec possunt facere nec scire. mira tamen Dei laus fuit quam Abrahe dedit et vera formula collaudandi. quia fecisti rem hanc, inquit, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me. facere quidem aliquid dicimur, cum Deus per nos aliquid operatur; qui quidem, cum omnium bonorum auctor existat, cumque quilibet actus aliquid ens sit et per consequens bonum, actus ille Dei et prime cause, que longe plus influit quam secunda, dici debet actio et non nostra, nisi forte tribuendum sit artificis manibus, non potius intellectui et arti, quod pictor optime

la si ammetta, purchè colle lodi date alle creature si miri ad onorare il creatore;

chè se Dio stesso elogia nelle sacre carte gli uomini,

è quest'indizio della sua bontà, che ci fa degni di lode lodandoci.

Singolare tuttavia la lode fatta da Dio ad Abramo, di cui ricerca la spiegazione, distinguendo nell'azion d'Abramo quanto fu dovuto all'influsso divino

12. *Cod.* omittamus   18. *Cod.* illa

(1) I *Reg.* XVIII, 7.   (2) *Genes.* XXII, 15-17.

pinxerit vel cuiusvis artificis membris, non industrie, si quid bene fecerit et ignorantie, si defecit. obediunt manus, cum nichil intelligant, hominis voluntati et nos ipsi Deo paremus, cum aliquid facimus, licet etiam quod Deus id velit et per nos faciat ignoremus. non faciet per se manus nostra vel minimum motum, nisi iubeat voluntatis imperium; nec faciet homo quicquam, si prima causa non illud fecerit et nos ut id agamus opportune moverit. quod cum factum fuerit, longe minus hominis esse dici debet, quam opus aliquid esse manuum artificis, non intellectus hominis operantis; quoniam intellectus noster non fecit manus, licet per ipsas operetur, sed Deus manus et totum corpus ordine nature composuit et intellectum atque voluntatem addidit, simul creans et infundens animam, cum nos fecit. sicut igitur Heracleoti Zeusi, qui penes vos temporibus suis arte pingendi floruisse traditur, quique Helene simulacrum in Crotoniensi Iunonis templo pinxit (1), sic attribui debet illa pictura, quod intellectus peritieque pingendi totum illud opus iure dici valeat, non manuum, quibus ipse depinxit; sic omnia que Deus per nos quasi manibus operatur, proprie dici debent Dei opera et non nostra; dici possunt et nostra non proprietate nature, sed participatione gratie; sicut intellectui peritieque pictoris, non manibus laus debetur, sic Deo, non nobis commendatio de cunctis que facimus tribuatur. cum ergo dixit Dominus: quia fecisti rem hanc; quid aliud intelligere possumus vel debemus, nisi: fecisti me, scilicet nedum faciente rem hanc, sed iubente? nam quod mox declarando subiungit: et non pepercisti filio tuo unigenito propter me, Abrahe quidem operatio fuit. etenim illud quod in Dei operibus nostrum est, non habet ut sit aliquid positive, sed omnino nichil est, nichilque ponit, nisi penitus privative. non parcere quidem, nichil est quod in Abraham commendatur, sicuti cum peccantes legis regulam non servamus. nostrum est igitur si id quod debemus non facimus, in quo contrahitur labes peccati, vel si non omittimus

e quanto si potè dire da Abramo stesso operato.

7-8. *Cod. omette* ut *e dà* movebit 13. *Cod.* Eracleonti 18. sic] *Cod.* sed 23. *Cod. omette* ergo 24. *Cod.* facientem 25. *Cod.* iubentem

(1) Cf. Cic. *De invent.* II, I.

quod debemus, in quo reponitur ratio meriti. in illo tamen per nosmet deficimus; in hoc vero nonnisi Dei gratia permanemus. abstinere quidem a malo non possumus, nisi nos liberaverit ille, qui nos hec docuit per orationem petere; quoniam id non datur propriis viribus obtinere. sed iam multa super hoc sapienti et 5 eruditissimo viro dicta sunt. que restant itaque videamus.

Inoltre egli ha scritto che non era sconveniente salutar Coluccio, giacchè non era fuor di luogo l'amarlo.

Scribis igitur: ut Coluccium pro me salutes puto indecens non fore, nisi ipsum amare etiam sit incongruum. et subdis: hoc autem cum liceat, licebit et salutes plurimas sibi dicas. altius radices habent hec verba quam pre se ferant; nemini quidem 10 optanda salus est, nisi sit dignus amari talisque quod cum ipso deceat amiciciam, que quidem ab amore dicitur, conflare. nunc autem cum amicicia, que vera sit, esse non possit nisi inter virtuosos, certum est, te iudice, salutem non deberi, ni solummodo virtuosis. cave tamen, vir scientifice, qualiter partem quam sub- 15 necteris assumas. scribis equidem: hoc autem cum liceat, licebit et salutes plurimas sibi dicas. quid si negaverit quispiam et egometipse non fatear aliquas in me esse virtutes? quomodo licere tibi quod ames me poteris vel ostendere vel persuadere? scimus sic in operibus hominum apparere virtutes, quod an ex 20 habitu virtuoso prodeant ignotum nobis sit, quoniam virtutis perfectio non in actibus extrinsecis, sed in mentis actibus sita est ubi decoquitur et formatur. nam in mentis ordine voluntatisque destinatione qualis actus externus dici debeat generatur. credisne Brutum, romane libertatis auctorem, cum filios de redu- 25 cendis regibus agitantes securi percuti iussit, affectui rigorique paruisse iusticie, non potius cum salute patrie mundane laudis gloriam cogitasse? audi super hoc quid poetarum laudatissimus Maro noster protulerit. de Bruto namque loquens ait:

Or degno d'amore non è che l'uom virtuoso.

È Demetrio ben certo ch'egli possa esser detto tale?

Le operazioni degli uomini posson parere virtuose e non esserlo,

come Bruto ne porge esempio apertissimo;

> Consulis imperium hic primus sevasque secures 30
> Accipiet, natosque pater nova bella moventes
> Ad penam pulcra pro libertate vocabit,
> Infelix. utcunque ferent ea facta minores,
> Vincet amor patrie laudumque immensa cupido (1).

12. *Cod.* amicitia

(1) VERG. *Aen.* VI, 819-823.

nam quid de tuis Helladis referam, quos nichil magis quam glorie trahebat affectio? nonne et omnis ferme Gentilium natio glorie studio tam ardenter effervuit, ut solum ad hanc vite labores et mortis exitus vanos ordinarent? multa possem in medio exempla
5 proferre, si res adeo clara non esset, quod ipsam testibus fulcire superfluum sit. quis igitur, ut ad propositum redeam, iudicium ferat, cum virtutis opus aliquod viderit, an ordinetur ad gloriam, an ad ambitionem, an ad flagicium aliquod, an ad lucrum? nemo profecto. quandoquidem tot in mentibus hominum re-
10 cessus totque latebre sunt, quot nedum scire non possumus, sed nec etiam cogitare. quis enim scit que sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? (1) unus quidem est spiritus, qui scrutatur renes et corda (2), quemve latere non possumus nec celare. invicem autem inter mortales altissima nox est, tenebrarumque
15 tanta densitas, quod in ipsas noster intuitus penetrare non potest, nec etiam angelorum, nisi per coniecturam ex alicuius affectus signo vel effectus iudicio. in quibus tamen nos facillime decipimur et angelorum perspicacitas sepe frustratur; ut nec de virtute, quam incertum sit adesse vel actus nostros dirigere, aliquis
20 laudari queat, etiam si consentiamus hominem de virtute debere laudari, que, sicut noster Augustinus diffinit, bona qualitas mentis est, qua recte vivitur et qua nullus male utitur, quamve solus Deus in homine operatur (3). sit igitur in ore nostro de nobis vera laudatio, qua non hominem miremur, sed Deum laudemus; suffi-
25 ciatque fragilitatis humane sobriis auribus Deum laudari de his que vel nobis tradidit vel per nos agit. imo non solum sufficiat, sed omnino nichil ulterius exoptemus; sitque nostra cupido, quod non homo, sed Deus nos laudet, quoniam eius laudatio nos non inflat, sed laudabiles efficit talesque quod possimus sine stulticia
30 gloriari, quod laude sine dubio digni simus. gratias tamen habeo quod me laudaveris. signum est enim quod in votis tuis sit aliquando me fore laudabilem michique calcar apponis, ut coner a Deo, non ab hominibus collaudari; cavereque, quicquid agam, ne depravate mentis errore voluntatisque malicia Dei opera, que

nascere da impulsi che non hanno carattere di virtù,

perchè è impossibile conoscer i segreti dell' anima umana

e saper quindi se sia proprio la virtù che ne ispira gli atti.

Perciò a Dio solo si deve dar lode,

e da lui solo attenderla.

Pur lo ringrazia de' suoi elogi, che gli saranno di stimolo ad operar il bene.

(1) S. Paul. *Ep. I ad Cor.* II, 11.
(2) Cf. *Psalm.* VII, 10; Ier. XVII, 10.
(3) S. Aug. *De liber. arbitr.* lib. II, cap. xix, §§ 50 e 51 in *Opera*, I, 1268.

per me fecerit, deficiendo corrumpam; sed nichil omittendo quod debeam ut operanti per me Deo gratum exhibeam instrumentum.

Nunc autem, carissime mi Dimitri, parce si longior fui. cogito quod, si daretur michi copia standi tecum, mutua collatione niterer senectutis tibi tue pruritum excutere et mentis affectum eruditionis 5 tue dulciloquio satiare!

Era giunto a questo punto della sua lettera quando gli nacque il dubbio che i saluti inviatigli provenissero invece che da lui dal Crisolora.

Iam hucusque processeram, cum orta dubitatio est cuius litteris inserta fuerit illa cedula, que Iacobi scripta manibus, non apposito mittentis nomine, salutationis antefate verba continet. ego quidem litteras illas aperui; nec tunc cura fuit notare 10 mente cuius inclusa fuerit litteris, an tuis an dilectissimi Manuelis [1]. si tua fuerit, bene est, et ego accommodate rescripsi. sin autem Manuelis erat, patere quod hic error fuerit nostre collocutionis et amoris initium. scio quidem quod tu et ille sic unum estis, quod parum intersit cum quo sermo fiat et ipse idem non 15 minus benigne meum supportet errorem quam vester tulerit Alexander errorem matris Darii Persarum regis, cum humanissimus victor ad ipsam ceteramque familiam consolandam Ephestione purpurato et amico suo comitatus accessisset et ipsa non Alexandrum, sed Ephestionem, qui augustiore statura et forma 20 erat, de more Persidis adorasset. qua quidem re non commotus, sed delectatus Alexander, humiliter se excusanti regine scribitur respondisse vocem illam benignitatis et amicicie plenam: non tristeris, mater; et Ephestionem ostendens inquit: hic Alexander est [2]. sic respondebit humanitas tua michi, sic etiam et ipse Manuel: non 25 sit tibi cura, Coluci, quemcunque nostrum alloqueris, ambos alloqueris. et licet alter scripserit, utrunque tamen scripsisse puto. et hac non verbis tamen, sed in mentibus stante sententia, sint inter vos hec mea scripta communia; et que tibi convenire video, amplissime mi Dimitri, benigne suscipias et in bonam partem que 30 scripsi sumatis uterque. quos sicut natura, patria, dilectio, studium conversatioque coniunxit et unum fecit, sic error quem premisimus

Se ha errato, voglia Demetrio scusarlo;

e poichè egli ed il Crisolora son amicissimi,

considerino la lettera come ad entrambi diretta.

2. *Cod. omette* ut 14. *Cod. omette* sic 20. *Cod. dopo* aug. *pone un* et, *che il copista ha poi cancellato.* 25. *Cod. dà* respon *omettendo le sillabe finali* *Cod.* Emanuel

(1) Cf. la nota 1 a p. 107. (2) Cf. Val. Max. op. cit. IIII, vii, 2.

sine discriminatione permiscuit et unum in alterum commutavit. et hec hactenus.

Nunc autem volo tibi persuadeas me virtutis et scientie, quam in te Deus ostendere dignatus est, commotum atque pellectum in 5 animum induxisse meum dignissimum esse, quod te non solum diligam ut proximum, sed colam et amem etiam ut amicum, teque rogatissimum velim, quod benivolentiam tuam michi non invideas. nam, ut noster testatur Cicero, nichil minus hominis est, quam non respondere in amore, cum provoceris (1); ut amodo quicquid 10 michi Deus concessit atque concedet vel habere vel posse tuum dicas. Iacobum autem meum, quem amor affectioque discendi ad te usque perduxit, recipias in filium, precor; dirige consiliis et favoribus adiuva, quo finem honestissimum, ad quem suspirat, attingat; quanvis, postquam ad te pervenit, certissime teneam 15 sibi nec ducem defuturum ad illa que desiderat nec presidium, si defecerint ea sine quibus assequi nequeat quod exoptat. vale, consumatissime vir, et me diligas. ego quidem te donec vivam amabo et, ut Virgiliano concludam versiculo, penes me

Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt (2).

Conferma il suo affetto e la sua stima per il Cidonio; lo prega di corrispondergli; d'esser largo d'aiuti all'Angeli;

20 Post hec feci quod noster Manuel hic honorabiliter est electus (3). ipsum horteris ut veniat, honorem et gloriam adepturum. Florentie, decimo kalendas martias.

e gli annunzia che l'elezione del Crisolora a Firenze è assicurata.

XIIII.

A Manuele Crisolora (4).

25 [L[1], c. 126 A; Mehus, *Vita A. Traversarii,* p. CCCLVII, da L[1].]

Eloquentissimo viro Hemanueli Crisolore.

Firenze, 8 marzo 1396.

Peritissime vir et ingentis fame, frater optime et amice karissime. postquam ad venerabilem mirandumque patrem Di-

Dopo aver scritto al Cidonio

11-19. *Questo brano è riprodotto dal Mehus, op. cit. p. CCCLVII.* 18 ut] *Cod.* in
20-21. *Anche questa poscritta si legge in Mehus, op. e loc. cit.* 22. *Cod.* maias

(1) Cic. *Ep. ad Brut.* I, 1.
(2) Verg. *Buc.* V, 78.
(3) Cf. nota 4.

(4) Se intorno alle vicende di D. Cidonio così prima come dopo il suo ritorno tra noi regna grande incer-

gli parrebbe biasimevole tacere con Manuele, tanto più che a lui ed al Rossi par sicuro che il saluto, del quale nella lettera precedente è questione, fosse davvero suo.

mitrium Chidonium, sicut videbis, scripsi, non est dignum quod tibi litteras meas invideam, presertim quia pressius cogitantibus visum michi et Roberto nostro fuit, quod illa salutatio, de qua

1. *Me* Cydonium 2. *Nel cod.* tibi *è aggiunto in margine dallo stesso copista.* *Me* quod

tezza, non altrettanto per buona sorte avviene rispetto a Manuele Crisolora. La vita di quest'uomo insigne, dopochè egli ebbe messo il piede sul suolo italiano, ci è invece oggi, grazie ai dotti studi iniziati fin dallo scorso secolo da D. GIORGI (*Osservazioni intorno a E. Grisolora ristoratore delle lett. greche in Italia* in CALOGERÀ, *Raccolta d'opusc.,* Venezia, MDCCXLI, XXV, 242 sgg.), proseguiti e compiuti poi in tempi recentissimi da E. LEGRAND, *Bibliographie hellènique*, Paris, 1885, I, p. XVIIII sgg.; da TH. KLETTE, *Beiträge zur Gesch. u. Litt. der Italien. Gelehrtenrenaiss.,* Greifswald, 1888, I, 47 sgg.; da R. SABBADINI, *L'ultimo ventennio della vita di M. Crisolora (1396-1415)* in *Giorn. Ligust.* a. XVII, 1890, p. 321 sgg.; notissima, tanto nota anzi che noi possiamo seguire l'illustre Greco in tutte le sue peregrinazioni per l'Europa dal momento in cui sbarcò la seconda volta a Venezia fin al giorno fatale (15 aprile 1415), in cui la morte lo colpì improvviso in Costanza, poco dopo l'apertura di quel concilio, nel quale dalla comune aspettazione egli era designato a compiere grandi cose, ad uscirne anzi cinto il capo del triregno. Non essendo del nostro ufficio il trattenerci a discorrere della vita di Manuele, s'accennerà dunque or qui sol quel tanto riguardo alla sua seconda venuta in Italia che valga a dichiarazione dell'epistola presente.

Scrive nel lavoro sopra ricordato il Sabbadini, chiamando appunto in suo aiuto l'epistola nostra, che « il Criso- « lora comparisce per la prima volta « in Venezia sul principio del 1396 », e che « sino dal febbraio del 1396... « stava certamente in Venezia »; op. cit. p. 323. Queste affermazioni sono infondate; perchè, come stabilì già chiaramente sulle orme del GIORGI (op. cit. p. 250 sgg.) il Legrand, Manuele si recò a Venezia col Cidonio per sollecitare soccorsi a nome del proprio sovrano minacciato dai Turchi, tra il 1394 ed il '95; e dopo un soggiorno sulle lagune, probabilmente non breve, ma del quale però a noi non è dato determinare la durata, riprese insieme al suo compagno la via per Costantinopoli. Nel febbraio del 1396 egli non si trovava dunque « cer- « tamente » a Venezia, come il Sabbadini vuole, ma « certamente » a Bisanzio, dove Iacopo Angeli l'aveva seguìto e dove lo raggiunsero così l'epistola privata, che adesso s'illustra, del S., come la missiva della repubblica, scritta il 24 marzo, che lo eleggeva in maestro di lettere greche nello Studio fiorentino; GIORGI, op. cit. p. 250; GHERARDI, op. cit. par. II, p. 365; LEGRAND, op. cit. p. XXI. Accolse il Crisolora l'invito; ma, qualunque fosse la ragione che a ciò l'inducesse, ei dovette tardar parecchio a riporsi in viaggio per Venezia, dove arrivò, se io non m'inganno, verso la fine dell' estate. Dico così, perchè un documento fiorentino del 19 settembre '96, edito dal GHERARDI, op. cit. par. II, p. 370, l'accettazione cioè fatta da Giovanni Malpaghini della propria elezione in maestro di retorica dello Studio, ci addita tra i testimoni Iacopo Angeli. Or sarebbe improbabile che

tam multa cum ipso discussi, tua fuerit et non sua [1]. accedit ad hec quod, cum Iacobus meus de te et doctrina tua multa scribat, cui rei littere tue taliter astipulantur, quod per semet sine suo testimonio fidem faciant te tantum divine gratie recepisse quantum 5 ille, licet exundet, non potest amplecti [2]; nimis indignum esse videtur, quod qui tot donis effulget et clarus est ab homine non colatur. quid autem tecum loquar? multa dicere prohibent angustie temporis, quod tanta respublica vindicat quodque rei familiaris cura, que, sepulta kalendis mensis huius coniuge, super me tota 10 recubuit, aufert [3]: pauca vero dictare, cum tanto maris tractu tamque vastis dirimamur terrarum excursibus, quod vix bis in anno possimus nos litteris visitare, non videbatur omnino congruere, cum maxime cogeret conceptus amor et incepte dilectionis affectus non pauca referre. verum quia spero per Dei gratiam te videre, multa 15 reservabimus, imo ferme cuncta, que impresentiarum dicere mens calebat; sufficiatque caritati tue scire te non iam fore, sed esse meis insertum sensibus, ut amicum; meque non solum decrevisse quod te diligam, sed ita diligere taliterque amare, quod sic accedere possint amicicie et dilectionis actus, quod nullo modo cre- 20 scere possit affectus. quam quidem amiciciam iam ex mea parte genitam, non me putes intelligere veram illam, consumatam et

Di più sarebbe cosa disdicevole non fare atto d'ossequio a tal uomo quale egli è.

Le occupazioni però, non men pubbliche che private, gl' impongono d'esser breve, contro ogni suo desiderio.

Si rifarà quando gli sia pòrta l'occasione sospirata di vederlo di persona;

or quindi gli bastino le proteste della più sincera amicizia;

3. *Cod.* siue 11. *Cod.* diruamur 17. *Cod. e Me* me 21. *Me* verum

costui, recatosi col Crisolora a Bisanzio, vissuto quivi secolui in stretta intimità, incaricato, come or ora vedremo, dal S. di spronare il maestro a venire a Firenze, di agevolargli anzi con ogni industria il viaggio lungo e faticoso, se ne fosse poi partito da Costantinopoli prima del Crisolora. Io stimo dunque che questi sbarcasse insieme all'Angeli a Venezia nell'agosto; ma che vi si trattenesse qualche mese per rifarsi delle fatiche del cammino, mentre l'Angeli, impaziente di riveder i congiunti e gli amici, più giovine e più gagliardo, riprendeva tosto la via per Firenze. Comunque però siano andate le cose, egli è certo che il 2 febbraio 1397 Manuele si trovava ancor egli sull' Arno, poichè in quel giorno « se coram dictis ma« gnificis dominis representavit », accettando l' elezione sua, secondochè era stata modificata l' 11 dicembre dell' anno innanzi. Del qual atto, come della riferma, avvenuta il 14 marzo 1398 (non '97, come stampò il GHERARDI, op. cit. par. II, p. 370), esiste l'abbozzo autografo del S. nel ms. Laurenz. Antinori n. 207.

(1) Cf. l'epistola precedente, p. 118.

(2) Queste lettere del Crisolora saranno probabilmente state dirette a Roberto Rossi.

(3) Cf. l'ep. XV di questo libro, p. 126.

non già di quella perfetta che solo un uomo virtuoso potrebbe offrirgli, e neppur di quella volgare fondata sul reciproco vantaggio, ma di quella di mezzo, alla quale chi ammira la virtù ed i virtuosi può aspirare.

germanam amiciciam, que non possit nisi concursu virtutum omnium et a sapiente viro bonoque prestari, nec etiam illam vulgarem, que solum utilitatis gratia contrahitur et magis est in ore quam corde, queve non computat quantum possit impendere, sed longe magis quid consuevit afferre, quamque rectius appellaveris 5 vivendi commertium quam amiciciam dixeris; sed illam mediam, quam exhibere potest non solum virtuosus et sapiens atque vir bonus, sed cui contingit et solet virtuosos amare, mirari sapientes et colere viros bonos. hanc plane offero, hanc polliceor, hancque prestabo. tue autem existimationis erit quanti precii facias hoc 10 munusculum iudicare. nec cogites quod beneficiorum solet habere doctrina, me nichil ex hoc a te, si condicionem acceperis, expectare. expecto quidem quod et tu vicem reddas, speroque te vel, ne blandiri me credas, exopto longe perfectioris amicicie munere respondere, quodque certabimus invicem emulatione iocundissima, 15 ut in hoc unus alterum superemus.

Spera d' essere da lui ricambiato.

Ha poi dato opera che il pubblico chiamasse Manuele ad insegnar il greco a Firenze.

Nunc autem scito me tibi quod in hac urbe regia grecas doceas litteras salario publico procurasse [1]; nec pigebit, ut arbitror,

6. *Me* quod 15. *Me* quamquam

(1) Già nell'epistola al Cidonio, in forma non meno risoluta di quella qui adoperata, il S. aveva scritto: « Post hec feci quod noster Manuel « hic honorabiliter est electus ». Qual mira avessero coteste dichiarazioni così esplicite e recise mi par facile capire; Coluccio voleva evidentemente far comprendere così al Crisolora come a coloro che l'attorniavano che la di lui chiamata a Firenze era tutt' opera sua. È opportuno quindi insistere con qualche larghezza su questo punto, perchè fin da tempi a quelli del S. vicinissimi è cominciata una gara veramente curiosa per togliere a Coluccio il merito singolare d' aver procurato all' Italia il ritorno delle muse greche sbanditene da secoli ed attribuirlo ora esclusivamente a qualch' altro tra i suoi coetanei, ora a parecchi tra essi. Quando infatti il Legrand, op. cit. p. xxii, toccando della risoluzione presa dal Crisolora di recarsi a Firenze, scrive: « l'honneur de « l'avoir décidé à accepter l'engage« ment stipulé dans la lettre ci-dessus, « revient tout particulièrement à Salu« tati, à Jacques d'Angiolo, à Robert « Rossi, à Niccolas Niccoli, à Pallas « Strozzi, et à Antoine Corbinelli »; egli non fa che riassumere in poche parole una serie d'affermazioni, le quali dal secolo xv in poi si sono andate ripetendo e nel loro incessante trasmigrare di libro in libro hanno assunto un' apparenza di solidità, la quale, chi ben ne ricerchi le origini, si dimostra tosto fallace. Per cominciare dallo Strozzi, scrisse già di lui il buon libraio da Bisticci, gran raccoglitore d'aneddoti, che convien pressochè sempre accettare

mutasse celum, cum hic et honorabilem vitam et plurimos qui te colent inveneris. quid te deceat qui tam a longe vocaris, Grecus in Italiam, Thracius in Tusciam et Byzanthius Flo-

Confida che non gli dorrà di lasciar la patria; ma sopra di ciò egli veda quel che più gli convenga.

con somma cautela: « Fece ogni cosa « che potè, che Manuello Grisolora « greco passasse in Italia, e adoperossi « a farne ogni cosa col favore suo, e « pagando buona parte della spesa, « perchè egli passasse in Italia, come « passò, per la sua diligenzia. Ve« nuto Manuello in Italia, nel modo « detto, col favore di messer Palla, « mancavano i libri... messer Palla « mandò in Grecia per infiniti vo« lumi »; Vesp. da Bisticci, *Vite di uomini illustri del sec.* xv, ed. Frati, Bologna, 1893, vol. III, par. IV, p. 9. Or chi non direbbe, leggendo questa pagina, che unicamente allo Strozzi sia dovuta la venuta del Crisolora? E difatti il Mehus, *Vita A. Traversarii*, p. ccclx, s'è affrettato a dargli tal lode: « reliquisque Pallanta pono prin« cipem Onuphrii filium Strozzam »; e dietro a lui, altri infiniti. Ma chi rammenti che Palla Strozzi aveva nel 1396 raggiunto appena il ventiquattresimo anno dell'età sua, come ammetterà che le parole di lui abbian sonato tant'efficaci ne' consigli della Signorìa, in que' consigli, dico, ne' quali non aveva allora parte veruna, da indurre i reggitori di Firenze in tale determinazione, che solo l'autorità veneranda d'uomo illustre per i suoi meriti, quale il S., poteva dimostrar loro non men onorevole che utile alla repubblica? Che messer Palla abbia con denari concorso ad agevolar la cosa (benchè pronto a slacciare i cordoni della borsa a noi apparisca qui prima di tutti il S.; cf. ep. xvi di questo libro, p. 132); che per suo incarico siansi acquistati libri greci, io certo non vorrò negare; ma da ciò al farlo autore principale della chiamata di Manuele ci corre! Che dir poi del Corbinelli? A lui pure Vespasiano dispensa parte della lode concessa allo Strozzi nella biografia del Traversari (op. cit. II, 9); e dopo di lui tutti hanno fatto lo stesso, senza riflettere che il Corbinelli era pur esso giovane, oscuro, senz' autorità nelle cose pubbliche a que' giorni; perchè la Firenze del 1396 era ben diversa da quella di vent' anni dopo! Ma veniamo a Iacopo Angeli. « L'Angeli », scrive il Giorgi, « fu « quegli, il quale persuase i Fiorentini « a invitare il Grisolora, come lo at« testa l'Aretino nella dedicatoria al« l'Angeli a lui diretta (*sic*) per la ver« sione del libro di Plutarco *De liberis « educandis.* Ben è vero che il Pog« gio, nell'orazione funebre fatta al « Niccoli, scrive che questo valen« tuomo e Coluccio Salutato procu« rarono che fosse a Firenze chiamato « il Grisolora; la quale lode non le« vandosi ai medesimi, si può dire « che le maggiori ed efficaci parti fos« sero quelle dell' Angeli »; op. cit. p. 279. Or si noti: 1) la versione dell'opuscolo Plutarcheo qui accennata non è del Bruni, ma del Guarino; 2) costui nella lettera di dedica all'Angeli, riferita quasi per intero dal Bandini, *Cat. codd. mss. bibl. Med. Laur.* III, 663, pur esaltando il Crisolora, non fa motto della pretesa parte che Iacopo avrebbe avuto nell'elezione del Greco; 3) è assai dubbio se la lettera del Guarino sia diretta all'Angeli; giacchè taluni codici (cf. così Coxe, *Cat. codd. mss. bibl. Bodl.* par. III, c. 677) recan il nome di Angelo Corbinelli. All'edificio del Giorgi mancan dunque così addirittura le fondamenta. Nè può esser diversamente. Quale parte infatti abbia sostenuta l'Angeli nell'impresa di trapiantar a Firenze le lettere greche si rileva dal-

Sappia però che a Firenze egli è atteso, quasi novello Messia,

rentiam, tu videbis. iam enim video, cum apud nos mansurus sis, nos te non Manuelem, sed, completo vocabulo, Hemanuelem, quod interpretatum est nobiscum Deus (1), rationabiliter vocaturos; es etenim expectatio gentium, hoc est multorum, qui tuum adventum plusquam avide demorantur (2), ut scientia tua, quod Dei 5

1. *Cod. Me dopo* video *pongono* quod 4. *Me* ea est enim 5. *Me ha aggiunto dopo* demorantur *la parola* desiderium, *di cui non evvi bisogno veruno.*

l'epistola scrittagli dal S. Ei fu un ottimo strumento de' disegni del nostro; dovette colle sue calde esortazioni invogliar il Crisolora a tenere l'invito de' Fiorentini; ma che egli, giovine ancora, senza riputazione, da Costantinopoli, potesse indurre i suoi concittadini a chiamare Manuele, dovrebbe parer cosa assurda, anche se ci mancassero le opposte e precise dichiarazioni del S. Che diremo infine del Niccoli? Sola autorità che si possa invocare da chi gli ascrive il merito d'aver chiamato a Firenze quel Crisolora, che ne partì poi per sua cagione, è quella del Poggio, il quale nell'orazione funebre che gli dedicò, scrive: « Operam dedit cupidus discendi cum « viro tunc integerrimo omnium ac « doctissimo Coluccio Salutato... ut « Manuel Chrysoloras... in hanc ur- « bem legendi gratia accersiretur ». Or qui, come si vede, la lode è equamente compartita. Ma poco dopo con nostra meraviglia le cose cangian improvvisamente d'aspetto: « Verissime « mihi videor posse dicere, etiam his qui « illorum temporum memoriam tenent « approbantibus, Nicolai maxime « unius verbis ac sollicitudine « graecas litteras... in Italiam redu- « ctas ». Fatto questo nuovo passo, che di più ovvio del concludere: « Ita « quicquid utilitatis graecarum littera- « rum beneficio accepimus, uni Nic- « colao possumus ferre »? POGGII *Oratio in fun. N. Niccoli* in MARTENE-DURAND, *Vet. scr. et mon. ampl. coll.* III, 730 sg. Or qual fede possiamo noi dare ad un retore, che pur di tornire frasi più sonore non esita a mutarci le carte in mano con abilità da giocoliere? Ed altrettanto dicasi del Manetti, il quale nella *Vita* del Niccoli (v. in MEHUS, *Vita A. Traversarii,* p. LXXVI sgg.) copia « alla lettera » l'orazione del Poggio. Nell'eletta schiera di giovini, che in Firenze s'era riunita sotto la disciplina di Giovanni Malpaghini a coltivar quegli studi, di cui il S. s'offriva ai loro occhi insuperabile maestro, la speranza d'aver in patria un insegnamento di greco dovette, per concludere, eccitare un fervor grande di desiderio. Coluccio, che lo divideva, se ne fece interprete presso i suoi signori; e grazie all'altissima autorità di cui godeva vide effettuato un disegno che, affidato ad altri, ben difficilmente avrebbe potuto attuarsi. La verità usciva dunque limpida e schietta, non alterata da retoriche ambagi, come presso il Poggio ed il Manetti, nè da erronee informazioni come presso Vespasiano, dalle labbra di Leonardo Bruni, allorquando ai figliuoli del S. confessava: « quod graecas didici litteras, Colucii « est opus »; L. BRUNI *Epist.* lib. II, ep. XI; I, 45.

(1) Quest'interpretazione del vocabolo ebraico si ritrova così presso s. Girolamo come altrove; cf. DUTRIPON, *Concordantiae Bibl. sanct.*, Parisiis, 1838, p. XXI.

(2) La correzione del Mehus, di cui tocchiamo nelle varianti, era dovuta

donum est, tecum quasi deo quodam fruantur. ego quidem senior et non, ut grecus usurpem vocabulum, agerontes, sed presbyter (1), mirabili desiderio te exspecto, mutue collationis alloquio fruiturus, desideroque tecum ante exspectatum habere
5 videreque Iacobum meum, quem tue caritati, quanto propensius valeo, recommendo. vale, mi carissime Manuel, et venire propera (2). Florentie, octavo idus martii.

e che tra i primi a dividere quest'ardente aspettazione sta Coluccio medesimo.

4. *Me* te tum

all'erroneo concetto che « demoror » avesse qui il significato abituale di « tardare ». Ma il S. in questa e nell'ep. XVI di questo libro (p. 132, r. 6) lo adopera invece nel senso d' « aspet« tare »; evidentemente fondandosi sull'interpretazione che dà del « de« moror » Virgiliano (*Aen.* X, 30) SERVIO: « Demoror, expecto ».

(1) Poco felice è stato il S. nel suo tentativo di far sfoggio di voci greche. « Agerontes », occorre dirlo? non è parola che esista in greco; ma, com' io penso, soltanto il risultato d'uno sproposito di menante, aggravato da una svista del S. stesso, che forse aveva trovato scritto « gerontes », i vecchi, e stimò singolare il nominativo plurale di γέρων. La distinzione di « presbyter » e di « geron » egli la ricavava poi da PAPIA, che s. v. presbyter reca: « Presbyter « graece valde senior interpretatur: ut « plusquam senex insinuetur. Ge« raeos, Γηραίος, vero senex decrepita « vel veterana aetas. Presbyter graece « senior gravis aetas, post iuventutem; « geron vero senex ultima aetas ».

(2) È questa la sola epistola diretta dal S. al Crisolora che ci sia pervenuta; ma che il nostro gli riscrivesse prima della sua venuta a Firenze ci è provato dall'esistenza della lunga lettera greca di Manuele a Coluccio, ch'io dò per la prima volta alla luce nell'App. XV. In questo documento pregevole sì, ma disgraziatamente più ricco di parole che di fatti, il Crisolora rammenta talune cose dettegli dal S., le quali non si rinvengono nella presente; esse dovevano dunque leggersi in altr' epistola ora perduta, scritta probabilmente dal nostro a Manuele prima che costui abbandonasse Costantinopoli, e cioè innanzi alla fine del '96. Che nel corso di quest'anno infatti tra l'imperatore d'Oriente e la fiorentina repubblica fossero state avviate relazioni politiche e commerciali è lecito desumere da certe parole pronunziate ne' Consigli della Signoria da Nofri di Giovanni Arnolfi, in nome de' gonfalonieri il 19 maggio: « Referan« tur », egli disse, « gratie imperatori « Constantinopolintano (*sic*) et sciatur « ab illis de Mercantia an bonum sit « quod Florentini habeant consules, « et si bonum est petatur, aliter non »; *Cons. e Prat.* reg. 34, c. 41 A. Ma le *Consulte* null'altro recano in proposito; e pur troppo tacciono anche le *Missive*, nella serie delle quali si deplora una lacuna, che dal principio del '96 si estende fino agli ultimi del 1400; privandoci così per quattr' anni d'una fonte preziosissima di notizie.

XV.

A messer Iacopo Folchi [1].

[R^{1}, c. 21 a; R^{2}, c. 102 b; N^{1}, c. 85 a.]

Egregio legum doctori domino Iacobo de Folchis civi florentino. 5

Firenze, 10 marzo 1396.

Ebbe le sue affettuose ed erudite lettere di condoglianza per la morte della sua donna,

Fideles et eruditas consolationes, doctor egregie, quas ad sublevationem asperrimi casus, quo nuper obitu dilectissime coniugis mee me rerum omnium opifex visitavit, adhibuisti, liben-

4. *Così N^{1}; R^{1}* Domino Iacobo de Fulchis; *R^{2}* Domino Iacobo de Fulchis doctori egregio

(1) D'aver composta il primo di marzo del 1396 nella bara la buona Piera, sua fedele compagna da venticinqu'anni all'incirca (cf. lib. III, ep. xx; I, 206), morta dopo quattordici giorni di crudel malattia, assevera Coluccio nell'epistola ch'ora s'è letta; e le parole sue trovano conferma nella dichiarazione che quel giorno medesimo il notaio della grascia, solito a ricevere le denunzie de' becchini, registrava nel suo funebre libro: « De- « cessit uxor ser Choluccii populi S. Ce- « cilie. sepulta fuit S. Romolo, quart. « S. Crucis. reportatum fuit per Dom- « ninum Fortini bechamortum »; Arch. di Stato in Firenze, *Registro dei morti del 1395* (s. f.). In S. Romolo difatti, modesta chiesa posta sulla piazza della Signoria e perciò detta « in piazza », soppressa nel 1769 ed ora da più tempo distrutta, ser Coluccio aveva preparato a sè ed a' suoi l'ultima dimora, che Stefano Rosselli così ci descrive nel noto suo *Sepoltuario*: « Dietro alla porta grande lastrone e « chiusino di marmo della famiglia « de Salutati hoggi spenta. Vedevisi « ancora l'arme loro, attorno alla « quale era già questa inscrizione di « quel grand'huomo m. Coluccio Sa- « lutati segretario della repubblica fio- « rentina: S. Colucci Petri de Sa- « lutatis et suor̃ »; cod. Magliab. II, I, 125; I, 192, « In chiesa di S. Ro- « molo, n. 10 ». Perchè l'iscrizione fosse stata levata non dice il Rosselli; ma da una comunicazione del Brocchi al Lami, inserita da costui nella prefazione al to. II delle *L. C. P. Salutati epistolae*, p. xxvi sg., rileviamo come nel 1633 lo spedale degli Innocenti, rimasto erede della famiglia Salutati, ne concedesse la sepoltura alla compagnia del Sacramento della stessa chiesa; la quale, subbiata la vecchia, fece apporre quest'altra iscrizione: « Vetus iste lapis ossa familiae de « Salutatis quondam celavit: po- « sthac pios SS. Sacramenti soda- « les suo in sinu tumulabitur (*sic*). « anno Domini mdcxxxiii ».

Ed ora vadano qui talune notizie sopra messer Iacopo. Da Lapo Folchi, cittadino fiorentino, passato sul cader del secolo xiii a dimorare in Forlì e quivi venuto a morte, eran nati più figliuoli, tra i quali un Simone, che prima del 1340 aveva ripreso stanza in Firenze, giacchè nel libro

tissime legi et intuens fidem et dilectionem tuam, dici non potest quanta fuerim alacritate perfusus. nam, cum iocundissimi semper amici sint, in tribulationibus sunt cum necessarii tum iocundi. scio quod Deus abstulit michi sociam rerum divinarum et huma-
5 narum, domus regimen et tot filiorum columen et gubernatricem et omnium curarum mearum fidele gratissimumque levamen. sed quis sum, ut audeam contra datorem tantarum rerum, si vel unam vel omnes revocet, murmurare? gratia igitur eadem, que me visitavit, adeo me mei compotem fecit, sic me disposuit
10 sicque firmavit, quod post ultimum illius, non mulieris, sed viraginis spiritum sive suspirium, nec lacrimis maduerim, quibus dum infirmaretur effluxeram, neque aliquo mentis dolore con-

e le gradì moltissimo, come pegno d'amicizia.

Gravissima iattura è stata la sua;

ma come oserebb'egli alzar la voce contro i divini decreti?

Vi si rassegnò pertanto, nè dinanzi al cadavere della consorte versò lagrime.

4. N^1 michi abst. 9. N^1 sicque 11. nec] R^1 nil *e per* maduerim *dà* in aduerim
12. R^2 effluxerim

delle decime di quell'anno appare registrato il suo nome. Ebbe costui tre maschi, Berto, Niccolò e Iacopo. « Mes« ser Iacopo », scrive l'AMMIRATO in una sua inedita dissertazione sui Folchi, donde son tolti i ragguagli premessi, « è così nominato, imperocchè egli « fu dottore di leggi e se ne legge « scrittura bellissima dell' anno 1366 « sotto i 15 d' ottobre, nel qual giorno « Pietro vescovo di Firenze; questi è « Pietro Corsini, il quale fu poi creato « cardinale da Urbano V; a tal di« gnità il promosse. Ho detto bel« lissima, perchè il vescovo nomina « presentatore di Iacopo m. Lapo da « Castiglionchio famoso giureconsulto « di quei tempi e racconta a tal atto « frà Bernardo Guasconi dell' ordine « de' Minori, frà Francesco de' Nerli « dell' ordine di s. Agostino, frà Luca « delli Umiliati, che fu ancor egli poi « cardinale, frà Filippo de' Carmeliti, « tutti maestri in teologia, e Luigi « Gianfigliazzi e Donato Barbadori « dottori di leggi et altri essere inter« venuti »; Naz. di Firenze, ms. Passerin. 187, ins. Folchi; cf. DELL'ANCISA, *Selva sfrond.* CC, 424 A; LL, c. 465 A &c. Ma prima ancora che questa cerimonia avesse luogo, Iacopo era eletto ad insegnare decreti nel patrio Studio, alla condizione però che Giovanni « de Plano radicis », nominato a tale ufficio, avesse ricusato l'invito (GHERARDI, op. cit. par. II, p. 315, doc. XLII, 20 aprile 1366). Rifiutò infatti Giovanni, ed allora nell' ottobre il Folchi ne prese il luogo, ricevendo in compenso, com' era stato pattuito, cento fiorini d'oro piccoli; cf. op. cit. p. 320, doc. XLV; p. 323, doc. XLIX, 9 ottobre e 22 dicembre. Col medesimo stipendio egli insegnò anche l'anno seguente (op. cit. p. 325, doc. LI, 14 maggio 1367; p. 334, doc. LXIII, 20 dicembre 1368); ma poi, attese le tristi condizioni in cui versava lo Studio, il Folchi deliberò forse di recarsi altrove. È questa una congettura che varrebbe a darci ragione del silenzio serbato su di lui per otto anni dai documenti fiorentini; poichè soltanto nel 1376 lo vediamo riapparire sulla scena come ambasciatore della città sua ai Romani, de' quali doveva sollecitare l'alleanza e l'aiuto; Arch. di Stato in Firenze, *Miss.* 17, c. 36 B, « D. Iacobo Fulchi », 20 giugno; *Miss.* 15, c. 78 A, « Romanis », 4 ago-

Tranquillizzato dalla riflessione che Dio è buono e giusto in sommo grado,

fectus sim qui prius sine consolatione dolebam. succurrit etenim mox animo Dei bonitas atque sapientia, que cuncta bene sapienterque disponit; nec ausus sum malum credere quod illa bonitas fecerit nec aliter quam sapientissime provisum quod illa decreverit; sicque conformis sue voluntati effectus, nec patientie 5 sum indigus nec hortatus. gratias tamen ago dilectioni tue, qui non potuisti te continere, quin ostenderes quod me diligas et ames. opta, precor, ut similem in omnibus Deus michi mentem infundat. vale felix, doctor egregie. Florentie, sexto nonas martii.

non ebbe più d'uopo di cercare consolazioni.

1\. N^1 R^1 R^2 sum 3. R^1 disposuit *Dopo* malum R^2 *aggiunge* me 4. R^1 R^2 ille 5. N^1 R^1 R^2 decrevit R^1 R^2 voluntatis 6. N^1 indignus 7. R^1 R^2 cont. te 8. R^1 R^2 N^1 *omettono* Deus R^1 mtem *(sic)*. 9. N^1 R^1 *omettono* felix – egregie N^1 septimo

sto. Ebbe buone parole, non seguite da fatti, sicchè nel dicembre i signori tornavano a rinviarlo « ad partes Pa« trimonii et ad civitatem Rome »; ma, se diamo fede all'Anonimo fiorentino, l'andata sua mancò, perchè « non potè « mai avere da' Romani salvocon« dotto »; cf. *Diario d' anon. fiorent.* p. 325 e le note del Gherardi ibid. Rivide ad ogni modo la città eterna tre anni appresso, non sappiamo per che faccende; sbrigate le quali dovette recarsi a Napoli per sollecitar la regina a riconoscere Urbano qual vero pontefice ed a versare al comune ottomila fiorini di cui era creditrice Agnese di Durazzo; restò così assente tutta l'estate ed una parte dell'autunno; *Cons. e pratiche*, reg. 19, cc. 33 A, 67 B, 85 A; 20, cc. 1 A-B, 2 A, 17 A; *Miss.* 18, c. 26 B, « Pape », giugno; c. 54 B, « Episcopo », 29 (?) agosto. Era a mala pena ritornato che già si trattava di rinviarlo a Roma (*Cons. e pratiche*, reg. 20, c. 17 B; *Miss.* 18, c. 77 B, « Pape », 21 ottobre); partì difatti il 21 ottobre insieme a Guccio di Cino ed a Venino di Guccio.

Squittinato nel 1381 per il quartiere di S. Spirito, gonf. Drago (Dell'Ancisa, op. cit. LL, c. 465 A), non fu mai, ch'io sappia, de' priori: ma nel 1388 lo ritrovo tra i dottori incaricati di riformare gli statuti dello Studio (Gherardi, op. cit. pp. 4, 11), ed anche, se crediamo all'Ammirato, console dell'Arte de' giudici e de' notai. Eletto il 2 marzo 1390 a far parte per un anno del collegio de' sapienti del Comune (*Camarlinghi della Cam. del com., Usc. gener.* &c. n. 295, c. 2 A, 6 maggio); due anni dopo par lasciasse Firenze; nel '92 infatti lo vediamo a Ferrara, dove a 15 di luglio fu con altri giureconsulti forestieri, che allora colà si trovavano, quali Bartolomeo da Saliceto e Giliolo Cavitelli, a dichiarare ed interpretare la bolla Bonifaziana relativa ai beni stabili secolari di Ferrara, sottoposti a dominio ecclesiastico (Frizzi, *Mem. stor. di Ferrara*, II, 383): che egli insegnasse nello Studio non risulta da documenti: ma la cosa pare a me, come già al Borsetti (*Historia almi Ferrariae gymnasii*, Ferrariae, 1735, par. II, p. 8), oltremodo probabile. E forse in Ferrara egli si trovava ancora quattr' anni dopo, quando Piera morì; benchè da un documento citato dal Dell'Ancisa sembri doversi dedurre che nel '95 ei fosse piuttosto a Firenze; cf. op. cit. CC, c. 423 A. Ma sugli anni più tardi della sua vita ci mancano del tutto i ragguagli.

XVI.

A Iacopo Angeli da Scarperia.

[L[I], c. 127 A; Mehus, *Vita A. Traversarii*, p. CCCLVIII, da L[I].]

Iacopo Angeli da Scarperia [(1)].

Firenze, 25 marzo 1396.

Poichè la Signoria ha chiamato a Firenze il Crisolora,

5 Postquam Dei et dominorum nostrorum gratia factum est, dilectissime fili, quod vir optimus Chrysoloras docendis grecis litteris Florentiam est ascitus, sicuti per meas litteras recepisti,

6. *Cod.* Krisolora

in San Francesco: cf. UGHELLI, *It. sacr.* III, 669; I, 1018; WADDING, *Ann. ord. Min.* VIII, 266 &c.; CAPPELLETTI, *Le chiese d'Italia*, IV, 563; XVII, 594, 654-55; e soprattutto UGURGIERI-AZZOLINI, *Le pompe Sanesi*, Pistoia, 1649, par. I, pp. 185-86. Che questo « prelato di grande spirito e fazzioso al « solito di quella potente famiglia », come lo dice l' Ugurgieri, fosse un intelligente raccoglitore di libri ed amasse singolarmente possedere le opere del Petrarca e del Boccaccio mostreremo meglio altrove, rendendo conto del carteggio che tenne secolui negli anni di sua giovinezza Lorenzo Ridolfi.

LIBRO DECIMO.

I.

Ad Andreolo di Rocca Contrada (1).

[N[1], c. 85 b.]

5 Insigni viro Andreolo Iohannis de Rocha Contrata.

Firenze, 7 marzo 1395-1400?

Da quattro mesi gli va debitore di una risposta;

Fateor, ut si quid obligationi confessio deterat, minus exigere possis, me tibi, karissime frater, iam ad quartum mensem de responsionis officio debitorem. debemus equidem quicquid ac-

5. *Il cod. par leggere* contrara

(1) Fu costui un grammatico ovvero un notaio? Trascors' egli l' oscura sua vita spiegando ad una turba d' irrequieti monelli le regole del *Dottrinale*, oppure la consumò tutta quanta sopra i poderosi scartafacci di qualche cancelleria? Domande queste destinate a rimaner senza risposta, dacchè ogni notizia d' Andreolo ci manca da quella in fuori fornitaci dal S. ch' egli era nato a Rocca Contrada, umil borgo delle Marche, posto non lungi da Urbino, gli abitanti del quale a mezzo il secolo XIV si ricoveravano all' ombra della forte Perugia; cf. Ughelli, *It. sacr.* IV, 225 sgg.

Ma qualunque sia stata la condizione sua, Andreolo per natura « studiosis« simo », come lo dice il nostro, ricercò nel commercio degli antichi un conforto alle tristezze dell' esistenza ed ebbe tra tutti singolarmente caro A. Seneca. Delle *Tragedie* di costui egli possedette di fatto un bello ed ornato manoscritto membranaceo, dai larghi margini, le iniziali lumeggiate ad oro e colori, che oggi è il 1645 tra i latini della Vaticana; cf. N. Antonio, *Biblioth. hispana vetus*, Romae, MDCXCVI, to. I, lib. I, cap. IX, p. 36. Non reca il codice, da lui cosperso tutto di postille, nelle quali si citano e Virgilio e il Petrarca, ed arricchito ancora dell' epistola, in cui Coluccio nostro, « vates in mundo rarissimus », avea disputato del vero autore delle *Tragedie*, il nome d'Andreolo; ma che egli ne sia stato il possessore dimostra all' evidenza la nota qual si legge a c. 4 A del codice, di fianco a quel verso dell' *Hercules furens* (il 248), dov' è ricordato Augia: « Colutius in

debitore intende, perchè ognuno è tenuto far parte al prossimo di quanto Dio gli ha largito.

cepimus non Largitori solum, cuius est celum et terra queve sunt in eis, sed homini, qui quidem plasmatoris imago est. ad quid enim multiplicavit Deus hominem, nisi quoniam vidit non esse bonum hominem solum fore? (1) ut, sicut omnis corporalis creatura ab ipso rerum omnium principe Deo propter hominem 5 facta est, sic et humana species propter ipsum hominem in tanta sit multitudine propagata. si autem propter hominem indiffinite facti sumus, nonne ego, in hac Dei similitudine, non brutorum aliquod, sed homo factus, debeo tibi debeoque simul omnibus quicquid accepi? nescio tamen si copie mee petitionibus tuis 10 absolvendis suffecture sunt. parvas quidem ducis: ego vero nichil parvum arbitror, de quo te virum studiosissimum sentiam dubitare; qui maxima reputem quecunque talia sunt, quod in ipsorum dubitationem rationabiliter veniatur. verum in dubiorum declarationem tum ratio ducit tum experientia tum recepta ma- 15 iorum auctoritas et doctrina; que vero sic clausa sunt, quod in ea non pateat aditus ex his tribus, frustra coneris, si in dubitationem veneris, reserare. nunc autem illa que petis, talia sunt, quod experientiam non admittant nec in ea possit rationis principio penetrari: ratio quidem; quod et vocabulum sonat, quoniam 20 ab hoc nomine r a t u m, hoc est firmum, inflectitur; inexpugnabile quiddam esse debet, quod in his que postulas, cum facile forte sit aliis, sit et tibi, michi vero difficillimum fateor, imo, quo rectius loquar, impossibile reperire. quis enim de poeta-

Teme tuttavia di non poter appagarlo, attesa l' indole delle sue domande,

sulle quali non possono recar luce nè la ragione, nè l' esperienza, nè la tradizione.

6. *Cod.* factum 11. *Cod.* parva 17. ea *manca nel cod.*

« quadam epistola m i h i: Et Augeas « rex in Grecia stercorandi solertiam « adinvenit, cuius stabula fingitur Her- « cules egessisse ». Ma coteste parole ricorrono per l' appunto a mezzo l' epistola presente, p. 174, rr. 12-13.

Riguardo al tempo, in cui Andreolo sottopose al S. i suoi dubbi, siam pure molto incerti. Il passo nel quale il nostro afferma che da quarant' anni ei s' occupa di ricerche letterarie (p. 170, r. 14), se ci persuade a riportare quest' epistola ai tempi di sua vecchiezza (niuno infatti vorrà credere che il S. abbia qui inteso rievocar il ricordo de' suoi primi studi in Bologna, piuttosto che quello degli anni ne' quali di proposito aveva atteso a lavorare intorno a Seneca, e cioè tra il 1355 ed il 1375), pure non ci permette di stabilire una data sicura. Stimiamo quindi non allontanarci troppo dal vero assegnando la presente alla seconda metà dell' ultimo decennio del secolo XIV.

(1) Cf. *Genes.* II, 18.

rum inventis aut hystoricis relationibus, si in se deficiant vel differant inter se, ratam inveniat rationem; quis, ut ea declaret, experimentum valeat adhibere? cum ergo queras an Furius Camillus, maximus romanorum ducum; Cesarem tamen exceptum 5 velim; agricultor fuerit, ut innuit Marcus Lucanus (1), an potius, ut maximorum honorum atque victoriarum astipulantur adoree, civiliter vixerit rure procul; et scire cupias trina Thesei vota; qua satisfacere tibi possum et similia querentibus ratione vel experientia? quid enim de Camillo possim divinare preter ea, que 10 scripta nobis de predecessorum traditionibus innotuere? quomodo possum tibi enumerare triplex Thesei votum, si ea nullis nobis auctoribus nota sunt? nulla cadit super hec experientie noticia nullaque deductio rationis. stant hec in auctorum, quasi testium, fide; qui si desint, nec caput possis nec exitum inve- 15 nire. ego vero nusquam illa memini me legisse, nisi forte voluerimus affectionem Thesei, cum apud Tragicum explicat:

Non sa quindi come sciogliergli il dubbio se Camillo abbia o no atteso alla cultura de' campi, nè indicargli quali siano stati i tre voti di Teseo, avendone gli antichi taciuto. Pur de' voti di Teseo è forse questione presso Seneca in quel passo della *Fedra* dove Teseo chiede la morte d'Ippolito;

genitor equoreus dedit,
Ut vota prono trina concipiam deo,
Et invocata munus hoc sanxit Styge.
20 En, perage donum triste, regnator freti.
Non cernat ultra lucidum Hippolytus diem,
Adeatque manes iuvenis, irato patre.
Fer abominandam nunc opem nato, parens (2);

trinas illas gratias comprehendisse: sique tibi placet hic sensus, 25 licet unum videatur votum, illud accipe: sitque primum votum:

perchè la domanda che il figliuolo non vedesse più la luce,

Non cernat ultra lucidum Hippolytus diem;

quod, quia poterat carcere vel exoculatione sive, quam avidentiam dicunt, aorasia et volente ac etiam favente patre ac in senectute et aliis accidere modis, quasi parum id esset, adiecit:

30 Adeatque manes iuvenis, irato patre;

scendesse all'erebo,

19. *Cod. omette* hoc 20. *Cod.* perge 23. *Cod.* abominandum 28. *Cod.* aorisia

(1) Cf. più sotto, p. 172, r. 24 sgg.
(2) Sen. *Trag.* Phaedra, III, vv. 942-48; v. 947 il testo legge volgarmente «iratos patri».

e tosto, può considerarsi come triplice,

et hoc sit secundum votum. tertium autem, ut non differatur supplicium; unde subiunxit:

Fer abominandam nunc opem nato, parens.

ut luce carere primum sit, secundum iuvenem mori et, irato patre, inferos adire, tertium autem, ut nunc, hoc est sine temporis intercapedine, fiat quod petit. sunt igitur realiter tria vota, luce privari et, ne hoc sine morte fieret, adire manes, idest mori, et tertium ne parentis irati mutetur affectus. sunt et tempore tria, videlicet aliquando mori, iuvenem mori et, quod plus est, nunc mori. quod quidem sic intelligi posse, imo debere, sequens littera docet. affirmat enim Theseus se nunquam alias hac gratia usum, ibidem dicens:

poichè si han qui tre voti.

Inter profunda Tartara et Ditem horridum,
Et imminentes regis inferni minas,
Voto peperci: redde nunc pactam fidem (1).

et ut in premissis exsolvendam fidem impletam ostendat, dixerat paulo prius:

Nunquam supremum numinis munus tui
Consumeremus, magna ni premerent mala (2).

videsne quam clare totam trium votorum gratiam se sentiat comprehendere et testetur absolvere? ut hic forte sensus non inepte de quesiti tui te liberet labyrintho; nusquam enim alibi me legisse commemini quenam aliter fuerint ista vota. potes igitur, donec potior tibi sensus occurrerit, si placet, hanc expositionem amplecti, quam michi retro multotiens cogitanti visum est non incongruum approbare. cui velim accedat demonia, paganorum deos, involuta semper dedisse responsa eaque plerumque verborum non minus fuisse quam rerum; ut mirum non sit, si singulas petentis orationes nimiasque petitiones sive petitionum differentias pro votis singulis computemus. nam si Theseus solum petiisset:

Può forse Andreolo andare pago di quest' interpretazione,

tanto più se rifletta all'ambiguità degli antichi oracoli, a volte fondati su equivoci di parole,

Non cernat ultra lucidum Hippolytus diem,

14. *Cod.* imminentis 26. *Cod.* accedant

(1) SEN. loc. cit. vv. 951-53. (2) SEN. loc. cit. vv. 949-50.

nonne impletum fuisset sine contradictione petitum, si deus Hippolytum illuc detulisset, ubi docent astrologi totum anni tempus in unicam noctem et unicum diem per semestria geminanda distingui; cum ibi nunquam solis radius orthogonaliter feriat 5 nec a talibus angulis quod lumen solis terras attingat, sed solum per ipsum aerem evanescat? satisfecisset abunde, sicut opinor, quandoquidem tristis Harpie mine, cum famem Troadibus nunciavit compulsuram eos ambesas malis absumere mensas [1], eo reciderunt, ut, cum

e quindi atti a trarre altrui in inganno;

di tal natura di fatti è quello dell'Arpia Celeno presso Virgilio,

10 vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi
Et violare manu malisque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris [2],

completa fuerint tam horrenda responsa? et ut a fabulis ad 15 hystorias, quibus inest veritatis opinio, veniamus, responsum habuit Philippus, rex Macedonum, Alexandri pater vel, ut aliqui retulerunt, corrupta per alium Olympiade, vitricus [3], tandem se moriturum esse quadriga; quo metu, fatum veluti declinaturus, iussit per universum regnum suum currus solvi. tamen, ne falsi-20 tatis accusarentur oracula, gladio, cuius in capulo quadriga sculpta erat, occisus est [4]. videsne quam levis et ridicula res fidem defendit traditi sub ambiguitate responsi? unde volens optatam et infallibilem gratiam Theseus tria vota tribus orationibus consumavit, prout superius demonstravi, gradatim de singulis in 25 singula procedendo. nam, etsi recte voluerimus intueri, quicquid indiffinite generaliterque promittitur, tripliciter adimpletur: prestatione petiti, tempore, modo formaque prestandi; ut quelibet voti gratia triplici gratia compleatur. ex quibus corollarie sequitur unicum votum, cum re, modo temporeque possit et soleat va-

e l'altro risguardante, secondo le storie, la morte di Filippo il Macedone.

Non è quindi improbabile che Teseo chiedesse per tre modi che gli si acconsentisse ciò che domandava,

4. *Cod. sembra leggere* ubi – solus 8. *Cod.* asummere 11. *Cod.* penuriam

(1) Cf. Verg. *Aen.* III, 255-57:
Sed non ante datam cingetis moenibus urbem,
Quam vos dira fames
Ambesas subigat malis absumere mensas.

(2) Verg. *Aen.* VII, 112-115.

(3) Cf. lib. VIIII, ep. xviiii, p. 140 del presente volume.

(4) Cf. Val. Max. op. cit. I, viii, ext. 9.

riari, modum et tempus sic tale quodlibet concomitari, quod res una nonnisi voto gratie triplicis explicetur. nam, cum dicat Theseus:

genitor equoreus dedit,
Ut vota prono trina concipiam deo,

non distinguenda, sed simul capienda concessum fuisse demon- 5 strat. sciebat igitur Theseus se totum, quod deus promiserat, evacuaturum unico voto, quod compleri non poterat, nisi de re quam volebat modoque simul et tempore foret auditus. nam et quicquid volumus necesse fit modo determinemus et tempore. desinant igitur ulterius querere curiosi, nec protervientes credant 10 alibi vota trina, quam superius expresserim, invenire. sin autem et extinctum Hippolytum et irato patre et tunc temporis cum illud optavit, prorsus gratiam unam velint et unum votum, querant velim et alia duo vota. que sicut michi iam annis quadraginta rimanti, sic eis contigerit reperire non posse [1], audiant et assentiantur, 15 obsecro, saltem de primo voto Theseo tam infeliciter successisse, quod secundum et tertium non optarit. habui prudentem virum, Lucanum patria et gente nobilem, clarum moribus dictisque facetum, affinem meum; huic nomen Paganucio Piconi fuit [2]. solitus est autem dicere se tria semper sperasse: redire scilicet in pa- 20 triam, a qua guelphe factionis princeps, exul et extorris aberat,

perchè sapeva che coll' esaudir una sola domanda nel tempo e nella maniera da lui voluta avrebbe il dio adempiuta la promessa fattagli.

Che se alcuno non assenta a ciò,

indichi di grazia gli altri due voti, che egli ignora dopo quarant'anni di ricerche.

O piuttosto convenga seco che atterrito dall'infelice successo del primo suo voto Teseo non ne formulò altri.

Il che suol accadere facilmente, e ne dà esempio l'arguto detto d'un congiunto del S., Paganuccio Picconi.

4. *Cod.* voto 19. *Il nome è dato nella forma volgare.* 20. *Cod.* operasse

(1) Quali fossero i voti di Teseo che Poseidon aveva appagati prima che l' eroe chiedesse la morte del figlio, non sembra sapessero con certezza neppur gli antichi; taluni de' quali paiono anzi credere che Teseo non avesse mai sollecitato il dio a tener la fatta promessa innanzi che il supposto delitto d' Ippolito a ciò l' inducesse. EURIPIDE (*Ἱππόλυτος*, v. 887 sgg.) si esprime in modo ambiguo, come Seneca e CICERONE (*De offic.* I, X, 32), il qual' ultimo ci fa meraviglia non veder qui citato dal S. Però, secondo uno scoliaste d' Euripide, i tre voti di Teseo sarebbero stati i seguenti: « τὸ ἀνελθεῖν ἐξ Ἅιδου, τὸ « ὑποστρέψαι ἀπὸ τοῦ λαβυρίνθου, τὸ « πεμφθῆναι τῷ υἱῷ αὐτοῦ θάνατον »; v. *Scholia Euripidea,* coll. E. Schwartz, Berolini, MDCCCXCI, II, 103.

(2) Niun documento degli anni, ne' quali Lucca si resse a parte ghibellina, cioè dal 1314 al 1369, fa menzione di costui, che sarebbe stato guelfo di parte, esiliato dalla patria, nobile, uomo popolare, anzi capopopolo, se diam fede al S. Nè avviene di trovarne il menomo cenno nelle memorie de' tempi posteriori. Il nome di Pagano è stato però assai frequente ne' secoli XIII e XIV nel Lucchese ed in questa regione si ritrovano tuttavia famiglie Picconi.

uxorem habere et divitem esse. horum trium unum sibi contigit, ut consanguineam scilicet meam, mulierum honestissimam, haberet uxorem; quam licet summe diligeret, dicere solitus tamen erat, non lusus solummodo gratia, sed etiam serio, si reliqua duo
5 alia forent in votis esse suis, nunquam ea sibi se velle contingere. credant igitur illi similiter et Theseum admonitum, ne divine gratie promissa deberet ulterius experiri, postquam in primo, sicut petiit, exauditus, perpetuas invenit lacrimas et merorem. et nos cum Atheniensium principe addiscamus nullo modo malignis
10 illis spiritibus credere, qui non respondent nisi quo decipiant, nec aliquando vera proferunt nisi quo via tutiore subvertant. et ista de Theseo sufficiant.

Teseo imparò a non tentare più oltre la volontà divina; da lui si apprenda a nostra volta a temer le promesse degli spiriti maligni.

Nunc veniam ad Camillum. in qua quidem re video mores et opinionem corruptam nostri temporis deterrere te ne credas
15 virum multis functum honoribus et, quod fons eloquentie Livius constanter affirmat, ordine patricium, ruri operam dedisse, cum videamus agricolatum inter postrema et omnino sordida reputari, quod non convenire videtur tot dignitatum titulis patriciorumque lauticie; rarissimumque putas Cincinnatum ab aratro vocatum
20 ad curiam et Serranum agricolam [1]. non legisti, sicut opinor, Columellam, qui molliciem suorum temporum conquerens, inquit librorum De agricultura primo: at mehercules, inquit ille, vera illa Romuli proles assiduis venationibus nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis prevaluit corporibus, ac militiam
25 belli, cum res postulavit, facile sustinuit durata pacis laboribus, semperque rusticam plebem urbane preposuit. illis enim, uti post pauca subicit, temporibus, ut ante iam diximus, proceres civitatis in agris morabantur: et cum consilium publicum desiderabatur, a villis in senatum accersebantur. ex quo qui eos evo-
30 cabant viatores nominati sunt. hec Columella solide et ornate, sed longe vero quam floride scripsit [2]. tanta quidem priscis temporibus rei rustice apud Romanos auctoritas tantumque decus

Per venire a Camillo non fu disdicevole a lui il coltivare la terra, come par credere Andreolo, che si lascia traviare dalla falsa opinione de' moderni.

Columella ci attesta infatti in quanto pregio tenessero i Romani l'agricoltura e la vita de' campi,

30. viatores] *Cod.* maiores

(1) Cf. Verg. *Aen.* VI, 844.
(2) L. I. Mod. Columella, *De re rustica*, lib. I, Ad P. Silvin. Praefatio, 17-19; ma il testo vulgato dà r. 23 « venatibus » e r. 29 « e villis « arcessebantur in sen. ».

e Catone il Censore afferma esser somma lode ad un onest'uomo il dirlo valente agricoltore.

fuit, quod, sicut Portie gentis auctor, censorius Cato scribit, maiores nostri, ut eius verba referam, virum bonum, quem laudabant, ita laudabant bonum agricolam bonumque colonum. et subdit: amplissime laudari existimabatur qui ita laudabatur. hec Cato [1]; usque adeo non vile, sed gloriosissimum ducebatur agricolam 5 esse, quod non minoris laudis esset dici bonum agricolam quam virum bonum. quod adeo magnum et honestum erat, quod assumptus in iudicem vir consularis Fimbria sponsionis, quam M. Lutatius Pythia fecerat si vir bonus non iudicaretur, non solum ne Lutatium, integerrime fame civem, boni viri nomine spoliaret, 10 sed etiam, ne quicquam temere affirmare diceretur, virum bonum, que res infinitis constaret meritis, noluit iudicare [2]. maxima res apud illos agricultura fuit, quandoquidem viro bono laudibus coloni iuxta Catonis testimonium equarentur; ut non repugnet iuxta temporum qualitatem Camillum et dictatorem sextum et 15 multotiens interregem et tribunum militum, consulari potestate septimum et patricium summumque senatorem, etiam agricolatu, licet auctoritas desit preter Lucani versiculum quem allegas, operam impendisse. et ut super hoc sententiam habeas meam, credo, quanvis non innuat id Livius, Lucano teste, quod agricolationi 20 fuerit intentus, quandoquidem eo tunc temporis erat non ignominie, sed glorie, nonque dedecori, sed honori. nec interpretetur aliquis, ut sunt pervicacium ingenia, eo quod ager et fundus instructus Camilli fuerit, Lucanum dixisse:

E sì che gran cosa era allora aver nome di onest'uomo!

Poichè tanto s'ebbe dunque in onore l'agricoltura in Roma, può darsi che Camillo l'abbia esercitata, sebben manchin di ciò testimoni, ove si eccettui Lucano,

il passo del quale rettamente interpretato, e non condotto a dir altro da quel che suona,

> et quondam duro sulcata Camilli 25
> Vomere;

quasi sit sensus: rura Camilli sulcata suo vomere, non sua manu, sed vomere suo. pari quidem ratione dici posset intelligendum esse quod sequitur:

> Et antiquos Curiorum passa ligones [3]; 30

3. *Cod.* bon. laudab. 11. ne] *Cod.* ut *Cod. omette* temere, *che è necessario per il senso.* 14. *Cod.* equaretur 18. *Cod. dopo* auctoritas *pone un primo* preter, *che ho soppresso.* 19. *Dopo* credo *cod. dà* cum, *da me soppresso.* 23. *Cod.* parvicacium 25. *Cod.* sulcato 27. *Cod.* si; *il* t *aggiunto in interlinea.*

(1) M. Porc. Cato, *De re rustica,* Prooem.

(2) Cf. Val. Max. op. cit. VII, ii, ext. 4.

(3) Luc. *Phars.* I, 168-69.

quos tamen constat cultus terre studiosissimos fuisse. mos equidem tam Lucani quam aliorum poetarum est tali modo loquendi non possessionem solum, sed recte significare simul etiam possessorem, imo rei de qua tractatur usum et exercitium habentem. 5 sic in tertio intelligimus:

come prova il confronto d'altri luoghi dello stesso poeta,

> Celsior at cunctis Bruti pretoria puppis,
> Verberibus senis agitur (1).

per puppim quidem Bruti, non suam, non sibi deputatam solum, sed in qua Brutus personaliter erat, de quave depugnabat desi- 10 gnari certum est. quid, cum idem auctor scribit in septimo:

> Dî tibi non mortem, que cunctis pena paratur,
> Sed sensum post fata tue dent, Crastine, morti,
> Cuius torta manu commisit lancea bellum (2);

intelligendumne est: cuius lancea torta manu commisit bellum; 15 an potius: cuius manu torta lancea bellum commisit? et poetarum princeps ait:

di Virgilio,

> Nam tibi, Thymbre, caput Evandrius abstulit ensis (3).

nonne intelligimus per Evandrium ensem, quoniam possessionem pro patronymico quandoque poni certum est, Pallantem, Evandri 20 filium, ense caput abstulisse Thymbri, non autem Evandri ensem? vidi ego Petreum, inquit Naso,

e d' Ovidio,

> conantem evellere terra
> Glandiferam quercum, quam dum complexibus ambit,
> Et quatit huc illuc, labefactaque robora pulsat,
> 25 Lancea Pirithoi costis immissa Petrei
> Pectora cum duro luctantia robore fixit (4).

et quis non videt hic per lanceam Pirithoi, Pirithoum utentem lancea intelligi, non Pirithoi lanceam? ut eadem ratione per Camilli vomerem, sulcantem Camillum vomere debeamus accipere,

non può intendersi diversamente.

4. *Cod.* imo rei de qua secundum us. et ex. habente *Ho mutato* secundum, *che è certo un' erronea lezione, in* tractatur*; ma ad onta di ciò il luogo non riesce ben chiaro; forse manca qualche parola.* 7. *Cod.* sevis 11. *Cod.* dii 19. *Cod.* patronomico 22. *Cod.* terram 25. *Cod.* perithoy *e così anche sotto.*

(1) Luc. *Phars.* III, 535-36.
(2) Loc. cit. VII, 470-72.
(3) Verg. *Aen.* X, 394.
(4) Ovid. *Metam.* XII, 293-97.

non pro vomere, qui Camilli fuerit: vix enim tam vilis rei possessio digna est, que de Camilli nomine vocitetur. sed forte nimis in re clarissima versor, licet ampliora requireret pervicacia contendentium, qui non possunt, imo nolunt, paucis, licet veris, esse contenti. credam igitur Camillum, licet patricio genere, licet tot functum honoribus, licet alter Romulus dictus sit, agricolam extitisse; quandoquidem dignitatis erat, non abiectionis esse colonum. quod usque adeo verum est, quod agricole reges per victus copiam et excellentiam exercitii dicebantur: hinc Melibeus apud Maronem ait:

Ei ritien quindi che Camillo abbia dato opera al lavoro de' campi, dacchè a' suoi giorni ciò era decoroso per chicchessia;

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas (1).

et Augeas rex in Grecia stercorandi solertiam adinvenit; cuius stabulum fingitur Hercules egessisse (2); unde est tragicum illud:

del resto in Grecia dicevasi un re avere ritrovato l' industria d' ingrassar i terreni con il concime,

Nec ad omne clarum facinus audaces manus
Stabuli fugavit turpis Augei labor (3).

ceterum Hercules rex hoc in Latium propagasse creditur et regem suum, Fauni filium, Sterculium nomine, docuisse (4). quibus et illud accedat, quod Alexandri Magni etate apud Sidonem pauperrimus vir fuisse legitur, longa licet avorum serie regio sanguini annexus, hortis irrigandis colendisque stipem vilissimam merens et vitam ducens inopem (5). quid plura? nonne agricolatus industria priscis illis placuit inter deos referre Saturnum, Cererem et eundem illum Sterculium, qui stercorationem et didicit et recepit? facessat igitur omnis error; credamusque sine dubitatione Camillum

ed in Italia a Sterculio, figlio di Fauno, aver ciò appreso Ercole. A Sidone poi fu re l'ortolano Addalonimo;

ed a Saturno, Cerere, a Sterculio stesso l' antichità rizzò altari.

3. *Cod.* parvicacia 14. *Cod.* facinus clar. 17-21. *Questo periodo è nel cod. guasto a tal segno da erronee letture del copista da riuscire inintelligibile:* quibus et illud accedat quod Alexandri Magni debet apud Sidonem longa serie licet regii tamen sanguinis paup. vir fuisse legitur ortis in rei grandis colendisque stip. vilissim. metens &c. *Mi son ingegnato coll'aiuto di Curzio e di Giustino di restituire il senso e la sintassi.*

(1) Verg. *Buc.* I, 69.

(2) Son queste le parole del S. riferite, come già dicemmo a p. 165, nota 1, da Andreolo a c. 4 a del cod. Vat. latino 1645, dove però leggesi « stabula »; cf. del resto Plin. *Nat. hist.* XVII, vi, 1.

(3) Sen. *Trag.* Herc. Fur. II, 247-48.

(4) Plin. *Nat. hist.* XVII, vi, 1.

(5) Cf. Q. Curt. Ruf. *De gestis Alex. magni,* IV, 1, e Iustin. *Hist.* XI, x, 8.

rusticationi, sicut alios illiusce temporis principes, indulsisse, nec de qualitate nostrorum temporum verum sensum de tanti vatis testimonio corrumpamus. non tamen, quod ipsum ab aratro tractum ad tot honorum fastigia, cum auctor deficiat, somniemus, 5 sicut ineptissimus ille Ciones, cui facilius poetarum intellectum abstuleris, quam hystoriarum noticiam concesseris [1].

Camillo pertanto fe' come tutti i patrizî dei suoi tempi; ma ch'egli lasciasse l'aratro, come vuol Cione, per la dittatura, niun testimone fededegno raccontò mai.

Tertium autem postulas de gemino illo versiculo, qui solet ante Lucani volumen haberi:

Nei versi dell'epitafio di Lucano, sui quali l'interroga in appresso,

> Continuo nunquam direxi carmina ductu;
> 10 Que tractim serpant plus michi coma placet [2];

an verus sensus sit illorum, qui dicunt illos intelligi propter crebras longasque digressiones illius auctoris. in qua quidem re illud miror quare verum non reputes, quoniam iudicio meo negari non possit Lucanum inter alios poetas sive scriptores et 15 frequenter in digressionibus et extensissimum esse. ceteri quidem narrationibus fictiones interponunt, conciones conciliaque deorum et aliquos fabulosos inventus, quos ita requirit poetica narratio, quod dici digressio non debeat, sed tractatus. auctor autem ille tum exclamationibus tum assimilationibus tum rerum amplificationibus, 20 descriptionibus largissimis locorum et aliarum multarum rerum, que licet poetica sint, non sunt tamen propositi principalis, ac etiam aliarum rerum interpositione ita digreditur, quod nullum alium invenias taliter evagantem. est itaque verissimum hoc: auctorem illum fuisse super ceteros digressivum; nec hoc michi videtur,

ei non crede stia nascosta un' allusione alle lunghe e frequenti digressioni della *Farsaglia*.

Non già che negar si possa la tendenza di Lucano alle digressioni,

chè anzi egli ne usò più d'ogni altro poeta;

(1) Cione di Romeo da Magnale, vagamente ricordato dal NEGRI, *Istoria degli scritt. fior.* p. 123, sulla fede del Magliabechi, quale « scrittore antichissimo », fu un grammatico oriundo del contado fiorentino (Magnale si chiama un castello del Valdarno sopra Firenze; cf. REPETTI, *Diz.* cit. III, 20 sg.), che forse sullo scorcio del secolo XIII professò in Montepulciano e scrisse de' commentari all' *Eneide* ed alla *Farsaglia,* i quali, sebbene privi d' ogni merito agli occhi nostri, trovarono però nel Trecento molto favore, come ci attesta il numero non indifferente di manoscritti che ne rimangono nelle librerie italiane e straniere. Cf. BANDINI, *Cat. codd. mss. bibl. Med. Laur.* II, 620 sg., 622; ENDLICHER, *Cat. codd. mss. bibl. Pal Vindobon.* par. I, p. 58 &c.

(2) Formano questi due versi il secondo distico del noto *Epitaphium Lucani,* che il BAEHRENS, *Poetae lat. minor.* V, 386 sg., n. LXXIIII, inclina ad attribuire a Sulpizio Apollinare. Il dotto tedesco adotta però nel 2° verso la lezione « serpat ».

ma perchè le parole del distico non accennano punto a ciò.

cum negari nequeat, inficiandum. an autem sententiam hanc dysticon illud intendat, alia questio est: nam, quanvis verissimum sit id quod dicunt de more et proprietate scriptoris, non sequitur tamen id illos componentem versiculos intendisse.

Coma infatti come potrebbe significare digressione?

Esso è termine musicale

e termine oratorio;

ma niuno dei significati, che ne' due casi assume, si attaglia al luogo in questione.

Principio quidem qua ratione dici potest per coma digressionem, imo digressionum frequentiam, quam illi cogitant, significari? tripliciter enim coma sumitur, ut comam, de qua sermo non est, crinium videlicet ornamentum, omittamus. nam apud musicos coma dicitur numerus, quo sex toni superant consonantiam diapason[1]. hoc enim certi sumus auctorem illorum carminum, quisquis fuerit, licet scire sicut et alia multa poete sit, nullatenus voluisse. penes oratores autem coma significat taliter perfectam sententiam, quod aliquid tamen adiciendum sit supersitque pronunciandum, ut, cum sententia perfecta colon sit, imperfecta vero suspensio dici queat; ubi videlicet commode pronuncians et quodam modo necessario requiescit; medium horum sit iam sic perfecta, quod adhuc accumulanda sententia restet intentione scriptoris[2]. vellem quidem, igitur, quod coma, prout illud significat, digressionem etiam exprimeret. verum per translationis improprietatem illum sensum ad hoc trahere, nescio si rationabiliter fieri possit. ego quidem fateor id nullo modo michi videri, quoniam significationis vocisque translatio ex aliquo sensu

12. *Cod. di* voluisse *non dà che la sillaba iniziale e segna quindi lacuna.*

(1) È la definizione che dà Boet. *Inst. mus.* II, 31.

(2) In quest' accenno ai principali segni d' interpunzione usati da coloro che scrivevano correttamente, il S. si dimostra seguace de' precetti della scuola italiana (cf. Thurot, *Notic. et extr.* cit. p. 413 sgg.), che egli stesso ha del resto chiaramente esposti nella *Ratio punctandi,* a lui attribuita da un codice Marciano (Lat. XI, 101, c. 64b: Racio punctandi Colutii Florentini): « Sunt vero puncti, quibus « utimur, suspensivus, coma, « colum, periodus et inter- « rogacio. suspensivus est sim- « plex virgula, que solet quietis gratia « poni antequam sensus clausule sit « completus. colum est punctus pla- « nus, qui ponitur in fine clausule, « quando totus sensus completus est. « coma vero componitur ex hiis duo- « bus; est enim punctus planus su- « per quem ducitur virgula in modum « punctuli suspensivi et utimur in loco « ubi potest clausula fore completa, « sed ex scribentis intencione aliud « est addendum. periodus est pun- « ctus multiplex, quem in fine capituli « vel tocius orationis solemus appo- « nere, cum nichil ulterius sit dicen- « dum » &c.

finitimo vel similitudinis propinquitate assumenda sit, non ad libidinem et sine ratione facienda. nam ea ratione eaque licentia per vocabulum quodlibet quidvis significare possemus. translationem autem, ut Cicero scribit, pudentem dicunt esse oportere, 5 ut cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temere et cupide videatur in rem dissimilem transcurrisse (1). nec mutatur etiam ista sententia, quanvis, ut aliqui scribunt, coma sumatur pro prima clausule distinctione (2), ubi nondum perfecta sententia pronuncians requiescit, que res signari soleat per pun- 10 ctum ad imam litteram ultime dictionis, ubi requiescat orator. nam quantum ad hoc attinet, nichil aliud sequi potest, quam si coma in sensu quem premisimus assumatur. illi quidem omnem perfectam sententiam et cui nichil adiciendum foret, volebant esse periodum (3), quam nos dicimus esse colum, nam periodum 15 in fine totius orationis dicimus esse scribendam, non in fine cuiuslibet perfecte sententie. ut sive imperfectam significet sententiam, ut illi volebant, sive sic perfectam, ut aliquid sit addendum, ut moderniores longe melius volunt atque commodius, quomodo transferatur ad significandum digressionem, ut illi volunt, ego 20 non video. tertio modo sumitur apud poetas coma pro principali divisione metri, intercurrente cesura. nam, cum dicimus: arma virumque cano, hi quinque semipedes coma sunt, sunt et cesura; quoniam sic ibi dictio terminetur, quod tertii pedis cesa dictione sumatur initium (4). et forsan ad hunc sensum

Nè è ammissibile che qui sia usato per traslato.

E chi attribuisse al vocabolo come termine oratorio altro valore, non riescirebbe a più plausibile spiegazione.

In un terzo modo si impiega la voce coma dai trattatisti; per significare cioè la cesura,

e forse è questo il senso datogli nel distico.

14. *Lascio* colum, *perchè lo stesso S. adoperava, secondo è probabile, promiscuamente* colon *e* colum 24. *Cod.* pedes

(1) [Cic.] *Ad Herenn.* IV, xxxiiii.

(2) Così fa Isid. *Orig.* I, xix: « Prima positura subdistinctio dicitur; « eadem comma est »; e la sua regola, ad onta delle nuove distinzioni introdotte nel secolo xii (cf. Thurot, op. cit. p. 407), si continuò ad osservare almeno in Italia anche nel quattordicesimo; veggansi così il Balbi, *Catholic.* V pars, De vitiis et fig. e l'*Ars punctandi* del cod. Riccardiano 653, c. 54 b: « Coma est enim punctum « cum virgula sursum ducta et fit « quando constructio non summa est « perfecta et appellatur distinctio su- « spensiva et fit sic .' ».

(3) Isid. loc. cit.: « ultima distinctio « quae totam sententiam claudit, ipsa « est periodos ». E cf. Balbi, loc. cit. e l'*Ars punct.* del cod. Ricc. cit. c. 54 b.

(4) Cf. Marii Victorini *Art. grammat.* lib. I, 13, 1 in Keil, *Gramm. lat.* VI, 54; Atilii Fortunatiani *Ars*, 4, 6; ibid. p. 282; Papias, *Dict.* s. v.

Niuno infatti de' versi della *Farsaglia* manca della cesura pentemimera;

e chi la trascura, come fa Orazio ne' *Sermoni*, par adoprare uno stile più dimesso dell' eroico.

intelligendum est: plus michi coma placet. nam si totum Lucani carmen discurras, nullum versum invenies sine dicta cesura, quam versifici solent penthemimerim appellare[(1)]. qui vero talem elegantiam non curaverunt, que quidem in versibus tanta est, quod carmen sonorum esse non possit, nisi in principio tertii pedis hanc dictionis habeat sectionem, non sublimi nonque mediocri caractere cecinerunt, sed infimo stilo serpere dicendi sunt, sicuti videre potes Horatium, in Sermonibus maxime, hunc ornatum et elegantiam non curare. quo fit, ut aliquando non versus id quod legimus, sed soluta potius oratio videatur:

Momento cita mors venit aut victoria leta[(2)]:

quis non videt quam inepte sonet? ad quem modum plurimos in Sermonibus eius versus invenies, in Epistolis paucos; apud Lucanum autem, ut arbitror, nullos; ut non immerito dixerit ille, quicunque fuerit, in persona Lucani:

Continuo nunquam direxi carmina ductu;
Que tractim serpant, plus michi coma placet.

pro quo sensu et illud plurimum facit, quod carmina, non carmen dixit. carmen enim ipsum poema est; carmina vero distincti versiculi. et ut hoc, quod volo, clarius pateat, scire oportet heroici carminis duodecim esse semipedes. quilibet enim pes huius metri elevationem habet, quam arsim dicunt, et depositionem vocis, que thesis solet communiter appellari ab his, qui grecis vocabulis delectantur[(3)]. nunc autem omnis de vocalis enunciationis amenitate ratio, sicut in musicis docetur, penes

Per chiarir meglio la cosa dà notizia degli elementi di cui consta il verso eroico,

3. *Cod.* pentimeris 11. *Cod.* citra 23. *Cod.* couiter; *l'amanuense s'è scordato di sovrapporre il segno d'abbreviazione.*

comma; Uguccione, *Deriv. voc.* s. e. v. in cod. Laur. S. Croce, Pl. XXVII, sin. 1, c. 88 b; Balbi, *Catholic.* s. e. v. &c.

(1) Cf. Thurot, op. cit. p. 448 sg.; Alex. de Villa Dei, *Doctrinale,* ed. D. Reichling, Berlin, 1893, vv. 2414-18.

(2) Horat. *Sat.* I, 1, 8.

(3) Cf. Thurot, op. cit. p. 443. Come si vede da questo passo e meglio ancora da quanto scrive più sotto (p. 180, rr. 28-29), il S. non aveva un concetto chiaro del valore delle parole « arsi » e « tesi ».

equalitatem est, quam sufficit esse proportionis, licet maxima sit et perfectissima proportionis et vocis. unde diapason suavissimi melos est, quoniam in octava voce consistens ducitur a proportione duplari, que ab equalitate proficiscitur. verum, quia versus
5 habet dictiones, habet et pedes et in enunciando progreditur dictionibus atque pedibus, deprehensum est continuationem dictionum cum pedibus minimum concinnitatis habere. cum vero pedibus ceduntur dictiones et dictionibus pedes, ita quod pes incipiat cum ultima syllaba dictionis, melliflue versus sonant. quod
10 provenire crediderim ut, quoniam exametri versus, quem heroicum dicunt, pedes equales sint elevatione atque descensu, si tales sint et dictiones, illa tam uniformis equalitas obtundat, que si, velut potest fieri, sectione quadam varietur, mulceat. unde si diceretur:

Tu quoque si vis tramite recto carpere callem,

15 licet versus hic heroicus dici possit, pedibus et temporibus suis constet, incomposite tamen sonat. quod si continuationem illam dictionum et pedum rescideris, sonantissimum versum reddes, discontinuatione dulcedinem pariente. ut si commutatis pedibus dixeris:

20 Tu quoque si recto vis tramite carpere callem,

elegantem feceris ex eisdem dictionibus versum cesure beneficio, que cadit in principio tertii pedis; usque adeo mortalium aures sic equalia diligunt, quod ea gaudeant variari. cum autem cesionum loca sint secundi, tertii, quarti quintique pedis initia,
25 sic in primis tribus ornatus est, quod absonitas sit in quarta:

Me rodunt omnes libertino patre natum (1).

quis non videt Horatianum versiculum istum quam segniter sonet et inepte? mollitur autem atque mitescit huius quinti pedis

8. *In luogo di* dictiones *il cod. recava* dictionibus, *errore corretto dal copista stesso.*
13. *Cod.* po *e segna lacuna.* 18. pedibus] *Cod.* versibus

(1) Horat. *Sat.* I, vi, 46; ma il testo non dà « me », bensì « quem ».

cesio, imo talis sectionis asperitas, si versus in quarto cedatur; ut si dixeris:

Me libertino rodunt omnes patre natum.

et Virgilius:

Troia viros medias acies mediosque per ignes (1). 5

omnium tamen suavissima est, que dictionem secat in principio tertii pedis, quando scilicet in quinto semipede dictio terminatur. hec igitur cesura versum dividit in duo membra, quorum primum quinque, secundum vero septem semipedum amplexione completur. et hec dicitur apud versificatores coma, quam, ut 10 credo, non reperies in aliquo Lucani versu non esse; ut merito de dicto poeta scriptum sit:

Or questa cesura, che si dice coma, non manca mai presso Lucano;

Continuo nunquam direxi carmina ductu;

continuum ductum vocando continuationem commensurationemque dictionis et pedum, ut unum alterum non excedat, sed 15 invicem terminentur. quod quia serpentis et humilis figure sive caracteris et stili est, subditur, que tractim serpant: tractim enim dixit, id est continenter et sine sectione; serpant autem adiunxit ad infimi stili designationem. et quia elegantia comatis stilo sublimi, quem Lucanus secutus est, convenit, ad ostenden- 20 dam illius poematis dignitatem subiunxit: plus michi coma placet; quasi dicat: non depressi carmina, sed cuncta divisi, per coma scilicet, ut hec elegantia non deesset. et hunc crediderim rectiorem sensum et verbis et veritati longe melius congruentem. 25

di qui si può dunque trarre la spiegazione del distico, riferendolo all'indole della poesia dello scrittore.

Sin autem dubitaveris quomodo sit quod illa divisio, que fit in tertii pedis capite, cum in equalia versum non dividat, sed hinc quinque semipedes statuat, veluti totius versus arsim, inde vero septem, que sint thesis atque depositio versus, cum supradictum sit hanc dulcedinem ex equalitate provenire, tam dulcis- 30 sime secet versum, quia res digna relatu est, breviter hoc absolvam

Dà poi talune spiegazioni tecniche sul fatto che il verso riesce armonioso grazie alla cesura, che pur lo divide in due emistichi di diversa lunghezza.

10. *Cod.* hoc 30. *Cod.* ex qualitate

(1) VERG. *Aen.* VII, 296.

et latentem equalitatem ostendam, ut sentire possis hanc dulcedinem de parilitatis fonte rationabiliter scaturire. scire debes igitur proprie metrum dici, quod duobus pedibus mensuratur, unde dimetri iambici dicti sunt qui constant ex quatuor pedibus.
5 deinde tenendum metrum constare non posse, nisi plenis pedibus impleatur; et illud sciendum unitatem non esse numerum, nec se vel alios multiplicando facere posse vel minimum incrementum et omnem numerum multiplicatum in se facere quadraturam. nunc autem multiplicemus in semetipsos numeros metrorum;
10 invenimus enim in septem semipedibus unum metrum, quod quatuor semipedibus mensuratur. quater ergo quatuor sexdecim creat: tres autem semipedes qui restant, quoniam metrum non perficiunt; non habent enim faciendi metrum illam quam habet quaternitas potestatem; sicut alterius rationis per semet etiam,
15 ut ad quadratum aliud venias, multiplicemus et sic habebimus novem; coniunctis itaque sexdecim atque novem habebimus vigintiquinque. nunc autem qui restant quinque semipedes, quoniam faciunt unum metrum, possemus ut illum quaternarium multiplicare; sed unitas, que superest, multiplicari non potest, ut aliquam
20 efficiat crescendo quadraturam. ne remaneat igitur huius penthemimeris aliquid immultiplicatum et quod ad quadrum sic non redigatur, necesse fit illa quinque in se ipsa multiplicemus; que supputata perveniunt ad numerum vigintiquinque, ut sic reducta ad numeros quadratos arythmetica ratione, videamus hec duo
25 membra, si suis distincta rationibus multiplicentur, ad equalitatem, sicuti demonstravimus, pervenire.

Hec habui, que de tuis dubitationibus occurrerunt. in quibus si requiescit animus tuus, bene est; sin in aliquo autem mens suspenditur, aperi, precor, ut tecum dubitando proficiam. vale.
30 Florentie, nonas martii.

Così spera aver dato soddisfacente risposta ai suoi dubbi; ma se non fosse pago, riscriva.

1. *Cod.* qualitatem 3. proprie *fu aggiunto in margine dal copista.* 7. *Cod.* facemus in semetipsos; *ma il copista, avvedutosi dell'errore, ridusse* facemus *a* facere *e cancellò il resto.* 18. *Cod.* et 20-21. *Cod.* pentimemeris 23. *Cod.* supputans pervenit 24. *Cod. innanzi ad* ad *dà* hec *che ometto.* 26. *Dopo* pervenire *cod. aggiunge* et, *che ho soppresso.*

II.

A maestr' Antonio Baruffaldi [1].

[N[1], c. 105 a.]

Egregio artium et medicine doctori magistro Antonio de Baruffaldis faventino. 5

Firenze, 12 luglio 1397?

Le sue lettere hanno ognora la virtù di commuoverlo,

Nescio, doctor egregie, frater et amice karissime, quo pacto, quotiens litteras tuas, quicquid scripseris, quicquid iubeas quicquidve petas, accipio, vehementi agitatione commovear. sentio

(1) Con una garbata epistola, scritta il 20 gennaio del 1390, la qual si può vedere pubblicata dal Mehus, *L. P. Col. Sal. ep.* par. I, p. lxxxiii sg., Antonio di ser Giovanni Baruffaldi, medico faentino, s' era rivolto al S. per pregarlo a volergli sciogliere il dubbio se la verecondia dovesse considerarsi quale una virtù o non piuttosto un vizio. Fu questa domanda, che il S. si affrettò colla consueta sua benevolenza ad appagare, dirigendo pochi giorni dopo ad Antonio quel trattatello, di cui già tenemmo parola (lib. VII, ep. iiii; II, 266 sg.), il fondamento di un' amicizia tra lui ed il fisico faentino, della quale la presente ci porge nuova ed importante testimonianza.

Ben scarse, ove si eccettuino quelle che ci provengono dal carteggio di Coluccio, son le notizie da noi possedute intorno al Baruffaldi, che forse contro i suoi desideri si vide dalla forza delle cose costretto a consumar l' esistenza nella terra natale. E forse gli archivi di questa diligentemente investigati molt' altre circostanze della sua vita potrebbero rivelarci; mentre a noi consta soltanto che del '97 egli era in patria e vi aveva anzi luogo nel consiglio generale de' Cento (arch. Notarile di Faenza, *Protocolli di Benedetto de Chavaleriis* già cit. c. 21 b). Sappiamo pure che tenne corrispondenza con P. P. Vergerio, nell' epistolario del quale leggesi una sua letterina di risposta ad altra del Giustinopolitano, che, sebben senza data, può tuttavia stimarsi dettata tra il 1390 ed il 1400; essendovi il Vergerio chiamato « iuvenis aetate, sed « virtute maturus atque iudicio »; P. P. Vergerio, *Epist.* cxxxv, p. 205; cf. ep. cxi, p. 166. Questa decisa propensione del Baruffaldi a coltivare l' amicizia degli uomini letterati ci rende sempre più inchinevoli ad identificarlo con quel « maestro Antonio « medico », che al Sacchetti, podestà di Faenza (1396), diresse un sonetto, il quale dall' arguto novelliere fu con altri poetici ricordi del tempo da lui trascorso ai servigi d' Astorgio Manfredi trascritto nel suo noto zibaldone (cod. Laur. Ahsburnh. 574, c. 57 a).

Niun indizio ci concede d' assegnare una data sicura alla presente. Ma se rifletteremo al luogo che tiene in N[1], dove sta accanto alle epistole del S. al Manfredi, ci parrà tutt' altro che improbabile la congettura ch' essa sia stata scritta nello stesso torno di tempo. A nostr' avviso la causa stessa

tamen adeo mea viscera resultare dilectione tua, quod memet ipse non capio. quid grave magis et anxium est quam re tam amata tamque dilecta, quantum tu michi es, sic semper caruisse, quod te nunquam aspexerim, nunquam in mutuos complexus iverimus 5 nunquamque fuerimus vive vocis alloquio recreati? tantoque desiderio tui teneor, tantoque fervore mentis exopto candidissimam illam diem aspicere, ut, sicut Papinius inquit,

riattizzandogli in petto il fuoco della più calda amicizia. Ben molesto gli riesce pertanto non averlo mai veduto d'appresso,

hac evum cupiam pro luce pacisci (1).

nam iuxta Flacci nostri sententiam:

10 Nil ego contulerim iocundo letus amico (2).

cum enim, ut inquit Samius, ea vis amicicie sit, ut ex duobus unum faciat (3), quam innaturale quamque molestum est rem unam tot montium totque vallium interpositione seiungi? ut ex hoc admirari desinam sacros vates inter inferni supplicia numerasse 15 Tityon, terre omniparentis alumnum,

e viver sempre da lui diviso,

sì che gli pare potersi egli ed Antonio rassomigliare a Tizio.

per tota novem cui iugera corpus
Porrigitur,

ut ille ait: tanto distento quidem spacio uno corpore, quanto tu et ego, qui quidem iuxta Pythagore sententiam unum sumus, 20 non deest quod Maro noster subintulit, rostro videlicet

immanis vultur obunco
Immortale iecur tondens fecundaque penis
Viscera rimaturque epulis habitatque sub alto
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis (4).

tormentato dall'avvoltoio.

25 tu quidem et ego Tityos sumus per tot iugera distracti corporibus, cum anima simus una; vultur autem figuram tenet anxietatis

2. magis] *Cod.* minus *ed omette* quam 3. sic] *Cod.* si 7. *Cod.* Papirius 15. *Cod. dopo* alumn. *dà* cui *che ho riposto a suo luogo.* 21. *Cod.* ĩmatus*?* 22. *Cod.* tundens 23. *Cod. omette* que *dopo* rim. 25. *Cod.* Titius

che provocò allora uno scambio di lettere tra Coluccio ed Astorgio, riaccese la corrispondenza del nostro col Baruffaldi; e questa causa fu la dimora in Faenza di Francesco Salutati.

(1) P. Pap. Statius, *Theb.* I, 319; ma il testo « cupiat ».

(2) Horat. *Sat.* I, v, 44; ma il testo « sanus ».

(3) Cf. Cic. *De offic.* I, xvii, 56.

(4) Verg. *Aen.* VI, 595-600.

Ma, sebben l'assenza s'adoperi a raffreddare i loro sentimenti,

ac molestie, quam ex hac corporum separatione perpetimur et habemus; sive potius huius absentie typum, cuius est unita, si fuerit presertim diuturnior, segregare. veruntamen mordeat illa licet atque depascat renascentes sub pectore fibras; certus enim sum quod quos absentes verus amor coniunxit, nunquam absentie violentia separabit. unum est quod vereor quodve mecum excogitans reformido; cum amicicia vera, sicut ex sola virtute gignitur, sic etiam conservetur, ne quod false opinionis umbra conflavit, deficientis in me virtutis absentia dissolvat. possum enim tibi spondere quantum in me est benivolentiam et dilectionem; utinam possem et amiciciam! nulla quidem resolutionis trepidatio me torqueret. unde et notanter in calce tractatus nostri De verecundia dixi: deprecor autem quod hec mea obsecutio preceptorum tuorum sit apud te nostre dilectionis testis: tue quidem iussiones penes me semper erunt amicicie obsides atque vades [1]; attribuens tibi nomen amicicie, que solos decet virtuosos; michi vero dilectionem, que perfectionem illam integritatemque virtutis non requirit. conabor autem efficere, quoad eius fieri poterit, quod sim dignus amari; sin autem id minus forte successerit, annitar ne iudicer odio dignus. tui etiam officii fuerit dilectori tuo taliter assistere, quod ita se componat et possit etiam amicus dici. tritum etenim vulgo proverbium est: non sibi soli, verum etiam socio sapiendum [2]. satis enim sterilis est sapientia et nimis avara bonitas, que solummodo sibi prodest; pulcerrima quidem virtutum, imo illa virtutum virtus, que cunctos actus nostros in publice utilitatis gloriam dirigit et de qua Philosophus inquit quod preclarissima videtur esse virtutum, ut neque Hesperus neque Lucifer ita sit admirabilis [3];

questi dureranno immutabili.

Coluccio manterrà sempre il suo affetto al Baruffaldi, se non potrà offrirgli quell'eletta amicizia,

che soli sono in caso di largire gli uomini virtuosi al pari di lui.

Ai suoi sforzi per rendersene degno

aggiunga però l'amico il proprio aiuto;

metta ai di lui servigi la propria bontà ed il proprio senno,

9. *Cod. dopo* abs. *aggiunge* non *che ho soppresso.*

(1) Son queste di fatto le ultime parole del trattato, alle quali non segue che il saluto e la data; v. cod. Laur. Strozz. 96, c. 39 B; Laur. Pl. LXXVIII, 12, c. 19 B &c.

(2) Ma oggi è uscito d'uso nè ci avvenne di ritrovarlo neppur in antiche raccolte di proverbi. Il GIUSTI, *Prov. tosc.* p. 296, riferisce però una sentenza che gli si avvicina: « Bisogna « che il savio porti il pazzo in ispalla ».

(3) ARISTOT. *Eth. ad Nicom.* lib. V, cap. I; cf. lib. VIIII, ep. X, p. 95 di questo volume.

iusticia scilicet legalis, illi deficit qui sibi solum, non etiam ad alterum operatur. unde tibi, si nescis, ingens iniuncta necessitas, postquam amicum te profiteris, sic amantis curam gerere, sic sibi tum exhortationibus tum monitis tum etiam obiurgationibus operari, quod virtutum meritis non solum amator, sed amicus etiam dici possit. falso quidem amici nomen usurpat qui sibi virtuose vivens, quem amicum delegit labi vel errare sinit. nam cum, ut Philosophus ait, amicus sit alter ipse (1); utque Pythagoras, cuius quanta fuerit auctoritas testis est Cicero, volebat, amicus cum amico sit unum (2); qui se tantummodo curat, ostendit idem vel eundem penitus se non esse; facitque id esse dimidium, quod si vere diligeret, omni modo foret unum. onerosa res est amicicia, sed delectabilis, laboriosa, sed utilis, non ociosa, sed suavis; resque adeo necessaria adeoque naturalis, quod in hac conversatione mortalium nullus eligeret vivere, nisi cum amico valeat simul esse. que enim tanta celsitudo dominatus tantaque rerum temporalium copia vel prospere fortune tam abundans tamque felix afflatus, qui sine socio possit esse iocundus? que denique tanta feritas tamque crudelis et inhumanus mentis habitus, qui non amicicie dulcedine delectetur? huius etenim sive virtutis sive virtuosi actus vis est, ut nullus sit vite nostre status, nulla qualitas nullave condicio absque societate; ex quo non solum boni veraque virtute conspicui professionis et morum similitudine veras amicicias contrahunt contractasque conservant, sed etiam qui vitiosi, scelerati vel impii sunt quodam amicicie simulacro coniunguntur. quodque dolendum est, tantum crevit humana malicia adeoque omne in precipiti vitium stetit, quod videmus malorum condilectiones nedum magis frequentes, sed firmiores etiam in communicatione scelerum perdurare. omissa quidem corrivalitatis emulatione venericolas videmus delicatos et molles mira simul dilectione coniungi vicissimque non solum ex mutuo sociationis officio, sed etiam alterutra collocutione, dum sua flagitia

come gliene corre obbligo, poichè vuol essergli amico.

Non può dirsi tale difatti chi non cerchi di soccorrere l'amico, se questi dee esser un altro lui stesso.

L'amicizia così intesa è laboriosa e grave, ma insieme utile e dilettosa;

senza di essa invero non si vive felici;

tantochè niuno può farne a meno, sia desso buono e virtuoso,

ovvero scellerato e vizioso;

anzi tanto è peggiorato il mondo, che son oggi più frequenti e più solide le amicizie tra i tristi che non tra i buoni.

16. *Cod. dov'io scrivo* enim *par leggere* cũ 20. *Cod.* virtus

(1) Aristot. op. cit. lib. IX, cap. iv, 5; e cf. Cic. *De amic.* XXII, 80.
(2) Cic. *De offic.* I, xvii, 56.

referunt, se potiri. que societas compotatoribus, quamque libenter simul conveniunt, qui delicatis ciborum haustibus delectantur! qui vero speciosis superbiunt domibus quive speciosis vestibus induuntur, quanvis istorum forte propter affectum excellentie difficilius consortium sit, nonne reliquos quasi sordidos fugiunt et 5 contemnunt sibique putant esse dedecori si cum frugalioribus conversentur? quid memorem quanto dilectionis nexu quamque fida societate fures furibus latronesque latronibus coniungantur? nonne videmus etiam apostaticos et monstruosarum heresum socios obstinatissime societatis vinculis illigari? nec mirum. nam 10 cum finis et perfectio mortalium sit, ut omnis homo, si fieri posset; potuisset autem si legis eterne turbata non foret obedientia; reducatur ad unitatem, quod quidem actualiter perficietur in electis, quando Christus salvator noster in omnibus erit omnia [1], ipsa natura suopte motu et indito quodam instinctu nititur 15 ad unitatem; ut non in fidelibus adoptionis filiis, quorum in ecclesia primitiva, sicut sacre testantur littere, erat cor unum et anima una [2]; sed etiam in his, qui diversa sequuntur, ipsa natura illos qui corrupti sunt iuxta suorum habituum similitudinem ad unitatem reducere moliatur. ex quo non solum utile, non so- 20 lumque delectabile, sed etiam necessarium bonis est, quo malorum conatibus et quasi conspirationibus obsistere valeant, in veras amicicias glutinari. unum autem hominum genus est, quod, cum reliquos abhorreat, etiam cum sibi similibus omnem refugit societatem. hi sunt homines superbi spiritus, qui in sue insolentie 25 tumideque mentis elatione superiores non patiuntur, equalibus molesti sunt et inferiores aduncis naribus floccipendunt. ex istorum, ut Tragicus inquit, numero, imo grege, est

Qui notus nimis aliis
Ignotus moritur sibi (3). 30

hi sunt iubentibus contumaces, rogantibus rigidi, supplicantibus contumeliosi, obsequentibus autem adeo fastidiosi adeoque pro-

Nè v'è da stupirne; l'uomo aspirando all'unità, per irresistibile impulso di natura, tanto se buono quanto se traviato.

È necessario quindi che i buoni s'associno contro i malvagi.

V'ha bensì una razza di persone, che non son capaci d'amicizia, gli orgogliosi cioè,

13-14. *Cod.* perficientur

(1) Cf. s. Paul. I *Cor.* IX, 22.
(2) Cf. *Act. Ap.* IIII, 32.
(3) Sen. *Trag.* Thyest. II, 402-403; ma il testo nel 1° v.: « omnibus ».

tervi, quod etiam que volentes prestant, videri velint a nolentibus extorsisse: si parva, imo si non maxima sint que exhibentur, nedum gratias non referunt, sed nec agunt; imo, quod deterius est, quasi viles ex munerum parvitate habiti sint, veluti gravem
5 acceperint iniuriam, perturbantur; si maxima vero fuerint, ingentia et modum excedentia, inflati et tumidi se dignificant, nec tamen iuxta merita, adeo sui immemores sunt, se reputant honoratos. hi sunt cum quibus, si aliquando contendas, nunquam iurgia possis abrumpere; si milies amicicie tentes officiis, nunquam in
10 tui amorem valeas inclinare, et cum neminem diligant, quicquid amicabiliter gesseris, non solum id fictum reputent, sed ad insidias ordinatum. quis enim amari se putet, qui se sentiat non amare? et utinam contenti non diligere non conceperint odium in illos saltem, quibus vicissitudo dilectionis, si qua foret in illis
15 humanitas, deberetur!

coi quali è impossibile stringer legami d'affetto;

perchè sogliono prendere in avversione quelli che lor si mostrano benevoli.

Sed hi sunt, de quibus, ut scribis, Petrarca noster inquit quod, si credi potest, amore ad odium irritantur (1). sibi tamen hoc imputent, qui dilectionem non intra honestatis penetralia, sed inter tremula mortalium culmina querunt: qui bonum amicicie
20 petunt, unde non opus, non habitum, sed nec simplicem amoris potentiam valeant reperire. nam cum tota sit insolentis intentio quod aliis preferatur et amicicia quedam equalitas sit non in dilectionis affectu, sed in operationis effectu; equalitas, inquam, non parvitatis, sed proportionis; aut destruatur oportet ipsa ma-
25 lignitas aut frustra talem in agrum semen amicicie iaciatur. nec sum nescius secularibus insertum litteris quosdam superbissimos homines et immanitatis tyrannos viros; si tamen illi inhumani h o m i n e s sunt dicendi et hi vitiosissimi et virtutum quas in subditos perpenderint sevissimi persecutores, v i r i possunt iuxta
30 proprietatem vocaminis appellari (2); insertum, inquam, quosdam

Ma con costoro non cercherà amicizia chi non ha brame ambiziose.

V'ha pure una classe di uomini, che, ribelli alle leggi di natura, vogliono regnare sopra i loro simili colla violenza,

5. *Cod.* ingentia*ȝ* 13. *Cod.* conciper. 15. *Cod.* humanitatis 27. *Dopo* homines *cod. dà* ēt *(?) cancellato.*

(1) Non ho potuto ritrovar questo passo.

(2) « Vir a virtute nomen accepit, « ut Varro docet »: *Excerpta ex lib. Glossar.* in *Corp. gloss. lat.* V, 253, e cf. PAPIAS, op. cit. s. v. v i r.

ne' quali nasce a volte, come in Dionigi di Siracusa avvenne,

superbissimos homines et tyramnos miratos amicorum fidem: sicut de Dionysio Syracusano legitur a duobus illis Pythagorice secte professoribus amiciciam optavisse. nam, cum unus ipsorum capite per Dionysium damnatus esset, tanta fuit tamque fidelis inter ipsos amicicia, quod indemnatus pro damnato vas remansit 5 et obses, ut pro illo, si non rediret ad diem statutam, supplicium destinatum lueret et subiret. et cum ille in extremitate termini socium liberaturus comparuisset, obstupescens Dionysius tantam et tam sinceram amicicie fidem, que profecto maior esse non potest, quam, ut testatur Veritas, animam suam ponere pro amico 10 suo (1); ipsaque mirabiliter delectatus damnatum absolvit seque inter ipsos inscribi tertium cum instantia postulavit (2). sed aliud est quod facimus, aliud est appetere quod debemus. hoc etenim etiam nolentibus se ingerit; illud enim nonnisi cum volumus et eligimus amplexamur. ad hoc nature bonitas, que vitiorum 15 mole non potest in totum extingui, nos impellit et movet; illud vero nostre voluntatis arbitrium sibi complacendo decernit et imperat faciendum. vanum enim desiderium Dionysii amiciciam cupientis erat, si ea, cum quibus amicicia stare non potest, superbiam, crudelitatem et alia vitia deponere non volebat; si non 20 curabat talis ex habitu virtutum esse, quod amari dignus foret, quod illis perfectissime dilectionis viris se conformem meritis exhiberet. oportet siquidem quod qui vult honestum aliquid adipisci, quo faciat votis satis, simul et illa desideret atque habeat, sine quibus ad id nequeat pervenire; illa similiter evellat atque 25 resignet que sibi possunt esse impedimento queve nequeunt cum re quam desiderat possideri. quamobrem si, ut sunt mortalium errores, nos amicicie cultum cum taliter affectis contigerit inchoasse, referendi sunt pedes gradusque celeriter retrahendi:

il desiderio d'amicizia coi buoni.

Ma è desiderio vano, perchè ad esso s'oppongono i vizi che governano gli animi di que' tiranni;

coi quali non deesi stringer amicizia o troncarla, non appena stretta.

Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem 30
Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
Attollentem iras et cerula colla tumentem;

2. *Cod.* sicusano*; aggiunto* ra *in interlinea.*

(1) Cf. s. Ioh. XV, 13.

(2) Cf. Val. Max. op. cit. IIII, vii, ext. 1.

ut inquit Maro [1]. et ut ad inceptum et litteras tuas redeam, spondeo tibi benivolentiam et dilectionem, ut dixi; utinam possem et amiciciam! sed postquam hoc omnino non possum, conabor, quoniam magis incipientibus quam perfectis virtutibus utimur, 5 quanto propius ad amiciciam aditus concedetur accedere, et tui desiderii et honoris curam accipiam et quantum potero nitar te ad aliquid honorabile promovere.

Per ritornar al principio delle sue lettere egli gli promette dunque quell'amicizia, a cui la sua imperfezione gli concede di pervenire.

Vidi rationes, quas in illa physica collatione ad illum famosissimum doctorem destinasti; quibus asseris mentulam, sive testi- 10 culos, ad generationem hominis principale et necessarium esse membrum, nec vasis seminariis hanc esse dignitatem, sicut ille probare nititur, tribuendam. et quanvis harum rerum omnino sim nescius et diu michi persuaserim oportere vim intellectus eius qui iudicat supra rem que iudicatur excellere, placent michi tamen 15 cuncta que scribis, non solum magnorum auctorum roborata sententiis, sed claris rationum, ut michi videtur, demonstrationibus confirmata. quis enim fateri non debeat membrum illud in hominis generatione fore precipuum, quod sperma, hoc est, iuxta Galeni nostri sententiam in libris quos De virtutibus natu- 20 ralibus scripsit, principium effectuum animalis [2], in suam propriamque naturam transmutat et format, magis quam membra transformandum deferentia vel exprimentia transformatum? nam licet Commentator edoceat illud membrum non esse principem virtutis generative, quanvis illa virtus in eo sit, ut seminalem 25 humorem in propriam commutet speciem et naturam, sicuti sentire Galenum expresse testatur, quia non agitur illud nisi per spiritum missum a corde, temperatum in quantitate et qualitate, ex quo Dantes noster voluit materiam futuri seminis in corde virtutem recipere formativam, ut in sua secunda cantica cecinit [3], 30 non tamen asserendum censeo principaliora debere vasa seminalia quam illud, cui tum deferendo tum emittendo vasa ipsa deserviunt,

Vide il suo scritto, nel quale sostiene che alla generazione umana concorrono più che i vasi spermatici, i testicoli

e, sebbene ignaro di siffatti studi, pure non tacerà che le ragioni addotte gli parvero ottime;

anche perchè poggiate all'autorità di Galeno.

5. *Cod.* proprius 18. *Cod. omette* est 19. *Cod.* Galieni *e così anche sotto.*

(1) Verg. *Aen.* II, 379-81.

(2) Cl. Galeni *De naturalibus facultatibus,* lib. II, p. 85 in *Opera omnia,* to. II, ed. C. G. Kühn, Lipsiae, 1821.

(3) Dante, *Purgatorio,* XXV, 37-45.

D'altra parte gli sembra senza valore l'argomento che l'avversario ha tolto a prestito da Aristotele.

reputari. nec sibi placeat ille doctor acutus exemplo, quod videtur ab Aristotile mutuasse, de tauro castrato recenter, qui admissus iunici ipsam creditur impregnasse (1); nam cum facile possit casus tua pulcerrima ratione negari propter doloris vehementiam, que debeat omnem appetitum concubitus cohibere, totum tamen, ut 5 asseris, si possibilis casus esset, ex disposito iam semine resultaret (2): in illo quidem animali precipue, quod immissione sola semen elicit tanta velocitate tantaque saliendi frequentia, quod nullius fricationis videatur, quam in homine saltem aliqualiter necessariam cernimus, indigere. nec mirum: adeo quidem faciles generationes 10 armentorum sunt, precipue ex parte feminarum, quod sine complexione maris credantur eque prolem ex ventorum afflatibus genuisse. unde noster Mantuanus inquit:

> Scilicet ante omnes amor est insignis equarum.
> 15
> Vere magis, quia vere calor redit ossibus, ille
> Ore omnes verse in zephyrum stant rupibus altis,
> Expectantque leves auras, et sepe sine ullis
> Coniugiis, vento gravide, mirabile dictu,
> Saxa per et scopulos et depressas convalles 20
> Diffugiunt &c. (3)

nam si gemine ille quodammodo glandule, que de similitudine testium, qui pauciores quam duo communiter esse non possunt (4), diminutivum vocabulum habuerunt, receptum sanguinem decoquunt et exalbant et ipsum spumosum semen quod usque quo super 25 alterius aut semen aut sanguinem aut utrunque diffundatur nullam aut imperceptibilem recipit mutationem, et quod, ut ita loquar, in futurum agens sic operatur, quod ipsum ad opus generationis formaliter complet et perficit, dicemusne ipsas minus esse neces-

14. *Cod.* silicet 18. *Cod.* levis

(1) V. Aristot. *De animal. hist.* lib. III, cap. I, 9.

(2) Una spiegazione simile a questa dà dell'incredibile caso riferito da Aristotele anche Averroè nel commento al primo libro *De gener. anim.*; v. *Aristotelis libri reliqui ad anim. cogn. attinentes... cum Averrois in eosd. paraphras.* vol. VI, par. II, Venetiis, MDLXXIIII, c. 47 B.

(3) Verg. *Georg.* III, 266, 272-277; ma nel v. 1° il testo dà « furor ».

(4) Cf. Papias, op. cit. e Balbi, *Catholicon,* s. v. testiculi.

sarias quam illa que certum est solum ut fistule deservire? absurdum est hoc; nisi forsitan ad nubes gignendas et pluvias principaliores esse dixerimus terre concavitates et ipsam cedentis aeris raritatem, per quas humidos vapores radii solares eliciunt, 5 quam solis ipsius corpus, cuius actioni perspicuum est cuncta que tetigimus famulari. unde quicquid a te, frater optime, in conclusiones illas, quas admiror, scriptum est, donec aliter admoneat, si tamen est credibile posse contrarium demonstrari, non solum opinor verissimum, sed affirmo. et forsan illarum rationum 10 fulgor te ad id quo desidero et altius quam expectas promovebit.

Sicchè e loda le conclusioni dell'amico

e cava da esse presagio di glorioso avvenire per lui.

Irreligiosissimum tamen Averroym non sine motu cachinnationis admiror, qui cum de Deo et anime eternitate pessime senserit, ad quem refertur cuncta religio, illius muliercule crediderit iuramento, que se iactavit ex emisso contra naturam semine in li-15 velli balneo concepisse, nisi forsitan ipsam timuisse putaverit quod ipse penitus deridebat (1): ut mimicum potius id quam physicum sit censendum. quis enim ferat cuiusvis auctoritatis virum asserentem emissum semen humanum in aqua sulphurea vel alteri permixta mineralium taliter conservari, quod a matrice per bal-20 neum evagantis ad conceptus efficaciam attrahatur? iam ulterius procedat audacia; dicamusque virile semen posse sufficere, ut rationale animal vel ipsius aque vel, ut poetice loquar, Thetidis gremio producatur et sic nedum

Chiude facendosi beffe d' una incredibil favoletta accolta da Averroè;

Gensque virum truncis et duro robore nata (2)

25 iuxta fabulas prodeat, sed calidis etiam generetur mersa sub undis. hec satis. tu vale et parce si longior fui, nam, ut in trito proverbio vulgo dicitur, ex harundineto difficile potest exitus inveniri (3). Florentie, quarto idus quintilis.

ed inviando all'amico saluti e scuse per l'eccessiva lunghezza dell'epistola.

1. *Cod.* fistulas 8. *Cod.* contra optime in conclusiones illas; *erronea ripetizione di parole già scritte, che il copista, avvedutosene, cancellò, aggiungendo a* contra *la finale* rium 14. *Cod.* emisse 28. *Cod.* quarta

(1) In nessuna parte dei commenti d'Averroè ai *Parva naturalia* che si trovano nell' edizione or citata di Venezia m' è venuto fatto di leggere la storiella qui rammentata dal S. Nè mi riesce chiaro che voglia significare « balneum livelli », se pure il testo non è qui corrotto.

(2) Verg. *Aen.* VIII, 315.

(3) Questo proverbio non si rin-

III.

A ser Francesco d' Ugolino Grifoni (1).

[N[1], c. 92 B; R[2], c. 104 A.]

Prudenti viro ser Francisco Ugolini.

Firenze, 1 agosto 1397.

Le tanto frequenti sventure che hanno colpito ser Francesco

Iandiu potui, dulcissime frater, si firma non inesset michi, imo 5 de vera fide proveniens, constantissima certitudo divinam providentiam omnia gubernare, tibi tuisque tam crebris infelicitati-

4. R^2 Ser Francisco Ugholini optimo viro 5. N^1 michi non in.

viene nelle raccolte moderne ed è fuor d' uso, benchè se ne ripetano spesso di consimili in Toscana anche oggidì.

(1) Da ser Ugolino di ser Venisti Grifoni, passato verso la metà del secolo XIII da Certaldo sua patria ad abitare in Samminiato al Tedesco, dove nel 1256 fe' parte del Consiglio e figurò quindi nella stipulazione della lega tra quella terra, Lucca e Firenze, nacque un Genesio, che ai 27 di marzo 1314 andò ambasciatore de' Fiorentini a Bologna e lasciò un figlio, ser Ugolino, che nel 1342 prese parte alla pace del duca d' Atene e due anni dopo risulta quale operaio della collegiata di Samminiato. Costui da Lisa Borromei generò quattro figliuoli, Giovanni, Michele, Benedetto e Francesco. Cf. Dell'Ancisa, op. cit. FF, c. 245 A; HH, I, c. 347 B; LL, c. 595 B; e sopra tutto i seguenti tra i mss. Passerini della Nazionale di Firenze: n. VIII, c. 125 B; n. 188, sotto Grifoni.

Mentre due de' suoi fratelli, cioè Giovanni e Michele, si dedicavano a Dio e rimanevano nel borgo natale, Francesco, al quale la presente è diretta, volgevasi insieme al terzo allo studio delle leggi e prendeva secolui stanza in Firenze. E quivi, giunto all' età di trent' anni (era nato nel 1337), esercitando la noteria, chiese di esser fatto cittadino con una petizione ai priori conservataci tra i documenti del tempo, che è del tenore seguente: « Pro parte ser Francisci et Benedecti fratrum et filiorum olim ser Ugolini de Sancto Miniate del Tedescho vestre magnificentie reverenter exponitur quod ipsi et quilibet eorum predecessores semper fuerunt et sunt devotissimi servitores communis Florentie et guelfi et quod in ipsa civitate Florentie stare et morari intendunt et volunt et onera dicte civitatis subire, prout quilibet alii cives dicte civitatis &c. »; R. Arch. di Stato in Firenze, *Provv.* n. 56, c. 39 B, e cf. c. 41 A. La domanda presentata il 21 luglio 1367 ne' Consigli vi ottenne favorevole accoglienza ed i due fratelli furono creati cittadini fiorentini con riserva di non potere per trent' anni coprire nessuno dei tre uffizi maggiori. Ammogliatosi poco dopo con una Luisa, di cui ignoriamo il casato, ser Francesco ebbe da lei buon numero di figli; ma la morte gliene rapì parecchi, sicchè non gli

bus, imo, quo rectius loquar, visitationibus condolere. sed quia michi firmissime persuasi nichil creature contingere, quod de superne dispositionis ordine decretoque divinitatis non veniat, fir-

l' indurrebbero al pianto, se non fosse fermamente persuaso che nulla avviene che Iddio non voglia.

sopravvissero che due maschi, Michele, nato nel 1376, e Lodovico, nato nel 1403, più una femmina, Nanna, che andò sposa a maestro Giovanni di maestr' Antonio Chellini da Samminiato, e morì il 6 ottobre 1437. Ser Francesco, domiciliato già prima del 1390 nel quartiere di Santa Croce, gonfalone Carro, ebbe vita assai lunga, perchè nel 1427, quando fu imposta la decima, egli stesso fe' la denunzia agli uffiziali del catasto de' suoi « beni, « sustancia, incarichi, debiti & fami- « glia ». Tralasciando di far cenno delle case e de' poderi da lui posseduti in Samminiato, staremo contenti a riprodurre qui la breve descrizione della « famiglia & bocche del decto « ser Francesco » (R. Arch. di Stato in Firenze, *Prestanza*, quartiere S. Croce, Carro, n. 27, cc. 344 A-353 B):

Ser Francesco di ser Ugolino d'età d'anni 90 o più.
M. Luisa sua donna d' età d' anni 68.
Ser Michele suo figliuolo d' anni 51 difettoso della vista.
M. Isabecta donna di ser Michele d' anni 27 e gravida di 7 mesi.
Ser Lodovico suo figliuolo d' anni 24.
M. Costanza donna di ser Ludovico d'anni 18 menela al presente.
Iacopa figliuola di ser Michele d' anni 7.
Francesco figliuolo di ser Michele d' anni 5.
Caterina figliuola di ser Michele d' anni 1.

L'anno della sua morte ci è ignoto; ma certo ei non sopravvisse se non due o tre anni, perchè nel 1433 il figlio suo ser Lodovico fa la denunzia in persona propria nè del padre tiene più parola. Era morto anche ser Michele nel frattempo, ma viveva sempre la vedova di Francesco, settantaquattrenne. Lodovico continuò la famiglia ed il 25 aprile del 1471; seppur questa data è esatta, non avend'io rinvenuto traccia di tal concessione nelle *Provvigioni* di quel- l'anno; conseguì dalla repubblica il diritto d'essere considerato in tutto e per tutto come fiorentino d' origine, essendo trascorsi più di novantacinque anni dal tempo in cui suo padre era stato fatto cittadino.

Benchè non sfornito di beni di fortuna, ser Francesco, stimolato dal- l' esempio de' molti suoi concittadini, che coll'assumere pubblici uffici presso signori o comuni cercavano procurarsi onore e lucro, mentre la moglie rimanevasene a casa « a fare la mas- « serizia » (F. SACCHETTI, *Nov.* CIX), andò più volte « in signoria ». Noi sappiamo così che sullo scorcio del 1387 ei reggeva insieme a Gherardo di Buonconte a nome del Gambacorti signore di Pisa la grossa terra di Peccioli in Val d' Era (cf. REPETTI, *Diz.* cit. IV, 77 sgg.); ed anzi fu soltanto grazie alla risolutezza di lui e del suo collega che gli ambasciatori fiorentini, reduci da Pisa e quivi trattenutisi per la notte, poterono scampare la vita, minacciata dai tumultuanti terrazzani, come affermava la Signoria stessa in una lettera piena di acri lagnanze al Gambacorti; R. Arch. di Stato in Firenze, *Miss.* reg. 21, c. 1 A, 1 gennaio 1387 (s. f.). L'anno appresso ei sollecitò, intermediario Coluccio, come già vedemmo (lib. VI, ep. XX; II, 214), la capitania della Montagna Bolognese; ma non pare che ad onta degli aiuti dello Zambeccari riuscisse a conseguirla. Nel 1399 fu poi estratto in podestà delle terre e castelli di Subbiano, Catenaia, Valenzano, Savorniano, Montegiove, Belfiore e Bibbiano, sparse nel Valdarno aretino e nel Casentinese (*Reg. extrinsecor.* 1385-1407, c. 63 A-B); nel

Niun sinistro che ci colga, per quanto grave, dee dirsi un male, se non lo rende tale il peccato;

missime teneo quecunque circa nos fiunt, sint aspera licet, flebilia, gravia, incommoda vel horrenda, sint licet mala nature, sint licet etiam mala pene, vere mala non esse nisi vestiantur, imo deformentur aut sordeant, malo culpe. que quidem deformitas atque culpa deficientibus nobis ab ordine legis eterne contrahitur et de nostre 5 libertatis arbitrio, dum in verum finem non dirigimus illa que facimus queve nobis eveniunt perpetratur; ut quicquid nobis con-

perciò non sono un male le morti de' genitori, de' figli o de' fratelli;

tigerit atque contingat sive de parentum sive dominorum sive, quod coniunctionis genus optatissimum est et dulce, filiorum internecionibus, sive fratrum, dummodo desit culpa, nec debea- 10 mus conqueri nec malum, si recte senserimus, arbitrari. mala quidem non sunt que malos quibus illa provenerint non fecerunt.

poichè la morte non rende cattivo veruno.

nunc autem dic michi, dulcissime mi Francisce, fecitne quenquam malum mors ingenita vel illata? non certe. nullus enim eo quod mortuus est malus; nolle mori vel sibi manus ingerere, 15 cum Deus non vult, potest nos moriendo malos efficere, non ipsa mors, quam etiam si sponte nobis asciverimus, nisi Deus noluerit, malos omnino non facit; non vult autem Deus nos mortem asciscere, nisi iubeat et revelet. sed quid tam multa de nomine?

Ma se non son mali, questi lutti divengono per ciò meno gravi?

Certo, se chi li sopporta riflette che a lui spetta sottoporsi alla volontà divina.

dices enim: non sint hec mala licet, quoniam culpa vacent, nonne 20 sunt gravia, nonne deflenda? gravia sunt, fateor, impatientia tolerantis deflendaque fragilitate merentis. sed qui cogitaverit Deum rerum omnium creatorem atque rectorem summam esse bonitatem summamque sapientiam, qua fronte flebit tanquam malum quod illa bonitas fecerit quaque presumptione non feret 25 quicquid illius sapientie penetral ordinaverit? in his tamen in-

La natura stessa ci esorta del resto a consolarci,

commodis quid sit faciendum ipsa natura nos admonet. nichil enim, ut quidam ait, lacrima citius arescit[1]; siccat tempus lacrimas

6. R^2 ea 10. R^2 ne 11. R^2 sensemus 12. N^1 provenerit 13. R^2 dilectissime 15. N^1 R^2 *dopo* manus *dànno* non *che ho invece collocato a r. 16 dopo* Deus 20. N^1 *omette* licet 26. N^1 ordinarit 27. N^1 *omette* nos

1402, il 23 aprile, ebbe poi la podesteria di terzo grado di Carmignano e Bacchereto in Val d' Ombrone pistoiese (*Reg.* cit. c. 81 A); nel 1404, addì 11 ottobre, quella di Foiano (*Reg.* cit. c. 49 B), che era di primo grado.

Per quanto spetta alla data della presente epistola, basterà avvertire che Benedetto Grifoni, di cui il S. rimpiange la fine immatura, morì nel 1397; cf. nota 1 a p. 196.

(1) [Cic.] *Ad Herenn.* II, XXXI, 50.

impatientieque duriciem mollit, ut post modicum nec flebilis futura tibi sit recordatio nec gravis. erit forte gravis tibi familie sarcina, erit forsitan; quis enim de futuris iudicet? et suavis. o si videres in illo beatitudinis nostre speculo cuncta, sicuti sunt, crede michi, Francisce, nichil tibi videretur aliter fieri vel esse debere quam fieri videas aut esse. videmus ex parte, nec illud etiam videmus ut est. quot sunt in corporis nostri fabrica, que, si separata videris, horrenda turpissimaque diiudicares! in corpore vero sita, mirabile prebent specimen et decorem.

mostrandoci che ogni dolore è breve.

Fac igitur, mi Francisce, ut te virum exhibeas. postquam enim in virilitatem ascendisti, multa tue virtutis exempla vidimus, in quibus, crede michi, si talem te Deo, quem latere non possumus, qualem in oculis hominum prebuisti, summo rerum omnium illi principi debes sine dubio placuisse. non igitur minus te virum nunc exhibeas Deo vel hominibus quam hactenus feceris. si prestabis enim hoc, te prudentem, te magnum animi, te omni laude dignissimum et, ut omnia simul claudam, te vere virum esse probabis verisque claruisse virtutibus te ostendes; sin autem cesseris, dicemus in aliis te finxisse. non possumus enim diu personam fictam gerere. si non exhibueris de tua virtute constantiam, te non virum, sed hominem, non virtuosum, sed dissimulatorem fuisse dicemus. quis enim aliter crediderit, si te, cum prudentius sentire debeas, viderit insanire, si constantiam, quam ostenderit tua virtus in filiis, in fratris funere non prestabis? noli te sine fructu, sed cum damno tue condicionis affligere. flevit, ut quidam innuunt, filium suum Abel primus hominum Adam centum annis; quos Legifer noster, ut multi volunt, omisit, inquiens Adam centum triginta annorum fuisse cum genuit Seth (1), quem Iosephus et alii tradunt ducentorum et triginta annorum, cum Seth habuit, extitisse (2); ut totum illud tempus luctus videatur Moyses etati primi parentis, quasi tunc plane non vixerit, subtraxisse.

Si mostri perciò forte Francesco, come già altre volte ha fatto

e come in passato, ne otterrà lodi meritate.

Altrimenti, parrà da se stesso disforme e quindi indegno dell' approvazione già destata.

Come soffrì paziente la perdita de' figli, tolleri quella del fratello.

Che giovò ad Adamo il lungo pianger su Abele?

10. N^1 *omette* ut 12. R^2 *omette* te 13. N^1 hom. oc. 14. N^2 te min. 22. R^2 cred. al. 23. R^2 videat 23-24. N^1 R^2 ostenderis 26. *Dopo* innuunt R^2 *dà* ab *cancellato.* 29. N^1 *dopo* ducent. *omette* et 30-31. R^2 *omette* ut - subtraxisse

(1) *Genes.* V, 3. (2) IOSEPH. *Antiq. Iud.* I, II, § 3.

Riebbe forse il morto figliuolo o vide emendarsi l'assassino?

quid in maximam damnationem fecit luctus et fletus? quid autem illi profuit tandiu lugere? num recuperavit Abel; num etiam parricidam alium vel placavit vel correxit? multa sunt inania in hac nostra vita mortali; nichil tamen inanius quam mortales flere mortalem, quam id assumere quod tempus eripiat, id quodam quasi modo profiteri, quod prestare non valeas. efficiat in te ratio laudabiliter quod tempus sine pondere tue commendationis implebit; quod falsa quedam mundi iocunditas vel auferet vel interrumpet. nulla res inter mortales adeo suavis est, que non capiat ex diuturnitate fastidium; quanto magis que sunt tristia vel amara!

Nulla è più vano che piangere chi è morto.

Ma egli è tale da non aver bisogno di siffatti consigli.

Sed cur ego te moneo, qui singularis nostris temporibus es vere consolationis exemplum? nosti quod flentes nascimur fletique revertimur in cinerem, de qua sumpti sumus. perfecit ille vere benedictus frater tuus munus suum(1); non recessit, sed precessit; non obiit, sed abiit; ad quem, cum Deus iusserit, accedemus, sicut ipse nobis ad premortuos antecessit. tu consolare, prout confido proutque soles et debes, memor quod, sicut ad Romanianum scribit Aurelius, si divina providentia portenditur usque ad nos, quod minime dubitandum est, sic tecum agi oportet, ut agitur (2). vale felix, si patientiam, ut oportet et speramus, assumes. Florentie, kalendas augusti.

Benedetto l' ha preceduto colà dov'egli pure spera pervenire: si consoli dunque e si pieghi ai divini decreti.

1. R^2 *in luogo del primo* quid *dà* quod 4. inanius] R^2 maius 6. N^1 profitere 13. *Dopo* quod R^2 *dà* fe *cancellato.* 14. N^1 perficit

(1) Della vita di Benedetto Grifoni poco n' è concesso narrare. Fu dottore di leggi ed in tale qualità seguì come collaterale nel 1376 Strozza di Carlo Strozzi eletto podestà di Prato. Nel 1378 chiamato alla podesteria di Modigliana chiese ed ottenne dal comune licenza di accettare l' ufficio, previo il pagamento della solita gabella. L' anno dopo menò in moglie Francesca di Niccolò del fu Ciuto del popolo di S. Iacopo Oltrarno, da cui ebbe un figlio per nome Bartolomeo. Testò nel '94 e tre anni dopo moriva. Tanto apprendiamo dall' op. cit. di F. Dell' Ancisa, loc. cit. e dai già ricordati spogli genealogici del Passerini.

(2) S. Aug. *Contra Acad.* I, 1 in *Opera,* I, 906.

IIII.

A Iodoco margravio di Moravia (1).

[L[I], c. 129 B; R[4], c. 15 A; cod. della Classense di Ravenna n. 500/2, c. 10 A; Martène-Durand, *Thesaur. nov. anecdot.* II, 1155-1165, « ex ms. Gem- 5 « meticensi »; Rigacci, par. I, ep. LI, pp. 110-28, da R[4].]

Illustrissimo principi et domino Iodoto Brandeburgensi ac Moravie marchioni.

Firenze, 20 agosto 1397.

Nulla durante la sua vita, giunta ormai all'anno sessantesimo sesto, gli ha recato maggior dolore,

Nichil totius mortalis mee vite curriculo, quanvis sexagesimum iam et sextum annum attigerim, illustrissime princeps et 10 magnificentissime domine, maiore mentis amaritudine me com-

6. *Così* L^I; R^4 *C Ri* Iodoto marchioni Brandeburgensi domino marchionique Moravie Linus Colucius Salutatus se ipsum *Ri omette però* se ipsum *M-D* Epistola Collusii *(sic)* Florentini viri utique doctissimi, sicut per suam epistolam satis liquet, directa Iodoco marchioni Brandeburgensi marchioni Moraviae pro facto unionis Ecclesiae, laudans viam cessionis. Anno 1398. 8. *M-D* vitae meae 8-9. R^4 *C M-D Ri* iam sex. 9. *M-D* septimum

(1) Nell'aprile del 1397 i principi elettori nonchè altri potenti signori di Germania, che favoreggiavano Bonifazio IX, accordatisi col re di Francia e coll'università di Parigi ed avuta promessa da Venceslao re di Boemia, ch'ei pure si recherebbe a conferir seco loro (promessa che lo scaltro cesare non attenne), aprivano in Francoforte una dieta col dichiarato intento di ritrovare la via per cui si potesse troncare lo scisma ed insieme richiamare la pace nell' impero; cf. Theodor. a Niem, op. cit. lib. II, cap. XXXIII, p. 121; Raynald. *Ann. eccl.* VIII, 2, § 111.

Tra coloro che più si presero a cuore la buona riuscita della radunanza fu Iodoco di Brandeburgo, il quale in quel torno di tempo aveva spedito un' altra volta in Italia il suo cancelliere, Andrea decano d' Olmütz, probabilmente perchè ei s'accordasse con Bonifazio IX e con gli Stati italiani che a costui obbedivano. Parve questa, com'era, ottima occasione al S. di soddisfare il desiderio da lungo tempo nudrito (e ce ne porge testimonianza l'epistola testè letta al cardinal Padovano, lib. VIIII, ep. VIIII, p. 90 di questo volume) d' impiegare la sua penna in pro della Chiesa lacerata da sì pertinace e scandalosa discordia; ei scrisse dunque la presente, diretta non soltanto a Iodoco, ma a quanti altri principi ancora erano rimasti in Francoforte dopo la dissoluzione della dieta, durata dodici giorni senza che a nulla approdasse, per trattarvi dei negozi germanici. Ed incaricato di recapitare quest'epistola fu il cancelliere stesso del marchese, che a ritornar s' accingeva verso di lui, e di que' giorni si trovava in Firenze. Ma della dimora d' Andrea sulle rive dell'Arno non ci è dato recare notizia più precisa, perchè mancano disgraziatamente, per gli anni de' quali or si tratta, le *Missive*, e le *Consulte e pratiche*, che pur serbano

sia che di pubblica o di privata faccenda fosse questione, del detestabile scisma, onde è lacerata la Chiesa.

movit pungentioreque doloris vulnere me transfixit, sive publicum sive privatum fuerit, quam illud, proh dolor!, detestabile scisma monstruosumque prodigium, quod in Ecclesia Dei videmus quodque

memoria delle discussioni alle quali avevano dato luogo nel maggio in seno ai Consigli i messaggi di Venceslao (R. Arch. di Stato di Fir. *Cons. e prat.* n. 34, cc. 120B, 121A, « die .XVII. « maii »), tacciono invece interamente della presenza in agosto del cancelliere di Iodoco.

Vuoi per il calore con cui il S. si scaglia contro coloro ch' avean provocato lo scisma, impugnando la legittimità dell' elezione di Urbano VI (intorno alla quale però Coluccio mostrasi di gran lunga meno affermativo di quanto fosse stato vent' anni innanzi, scrivendo ai cardinali dissidenti riunitisi in Anagni ed al Corsini; cf. Rigacci, *Ep.* par I, epp. VIIII e X, pp. 18 e 39), vuoi per le idee che esprime rispetto al modo di troncarlo, questo suo scritto possiede un interesse storico assai ragguardevole, che non solo gli fu riconosciuto dai contemporanei, ma altresì in tempi più recenti dagli studiosi di quell'agitato momento della storia di Roma papale. Il Martène ed il Durand lo diedero quindi alla luce fin dal 1717 in mezzo a quel ricco materiale concernente il grande scisma, che accolsero nel tomo secondo del loro *Thesaurus*; più tardi poi lo ristampò, senza saper probabilmente dell'anteriore edizione, il Rigacci. Nè ai recentissimi narratori delle vicende della Chiesa in quei tempi procellosi esso è rimasto inosservato; cf. Pastor, *Storia dei papi dalla fine del medio evo,* Trento, 1890, I, 132-33.

Seguendo le orme de' pp. Martène e Durand, il Pastor or citato ascrive quest' epistola al 1398; ma, come notò già fin dal 1850 M. Haupt, erroneamente le fu attribuita siffatta data, perchè essa spetta invece all' anno prima, quando, come il S. stesso attesta (p. 217, r. 3 sgg.), s' era riunita la dieta di Francoforte. A ritenerla del 1398 i dotti Maurini eransi del resto piegati non senza qualche ragione; perchè nel manoscritto dond' essi l' avevano tratta, i luoghi, da cui risulta la data, sono stati, nè sapremmo dirne il perchè, modificati; sicchè dove Coluccio afferma d'aver raggiunto l' anno sessantesimo sesto dell' età sua, al « sesto » è sostituito un « settimo », e là dove ei lamenta che lo scisma duri « da vent'anni quasi », al « quasi » è dato di frego. Ma i manoscritti fiorentini, che offrono un testo autentico dell'epistola, svelando l' arbitrarietà di queste alterazioni, ci confortano ad assegnarla senz'esitanza al 1397.

Per la ricostituzione del testo, assai buono nel *Thesaurus,* ma presso il Rigacci scorrettissimo, ci siamo giovati, oltrechè di L^1 e di R^4, codice quest' ultimo di grande pregio, perchè eseguito sotto gli occhi del S. medesimo, anche del ms. 500/2 della Classense di Ravenna, che è una copia delle quattro epistole Colucciane intorno allo scisma, fatta nel secolo scorso da mano ignota, ma probabilmente in Firenze e sopra un buon manoscritto. In quanto alla antica raccolta di documenti relativi all' elezione d' Urbano VI ed allo scisma, spettante due secoli or sono all' abbazia benedettina di San Pietro di Jumiéges presso Rouen, dalla quale ricavarono il Martène ed il Durand copia dell' epistola nostra, essa passò dopo la distruzione di quel vetusto cenobio insieme a quasi tutti gli altri preziosi manoscritti che vi si con-

tantam talemque scissuram; ah scelus, ah pudor!; fecit in inconsutili tunica Salvatoris, quam gentiles milites sic in Dominica passione sibi simul cum aliis vestibus diviserunt, quod iuxta prophetarum antedicta scriptureque evangelice testimonium, cuinam contin-
5 gere deberet integra, dimisso sectionis proposito, sortiti sunt (1); tantam, inquam, talemque scissuram fecit in inconsutili tunica Salvatoris, quantam et qualem in populo christiano videmus. heu dolor, heu pietas! huccine processisse cardinalium errorem vel ambitionem, ut post electum summum pontificem; quanvis in
10 illo diabolico populi Romani tumultu, quem vere diabolus excitavit; post eiusdem electi consecrationem, coronationis inthronizationisque solemnia, non tumultuante, sed pacifico plaudenteque populo, libere per ipsos et eorum nomine celebrata, damnando quod prius fecerant, alium assumendo pontificem, sacrosanctam
15 Ecclesiam bicipitem reddiderint et tanta cum abominatione populum christianum diviserint? (2) quis constituit eos iudices, ut

A tal segno dovea giungere la fol'ia de' cardinali da indurli a negar omaggio al loro eletto;

e, distruggendo il loro operato, dar alla Chiesa un altro capo!

3. *Ri* quae 7. *R4 Ri M-D* vid. in pop. chr. 15. *L1 Ri M-D* reddiderunt 15-16. *Ri M-D* diviserunt pop. chr.; *ma R4* diviserint pop. chr. 16. quis] *C* quamvis

servavano, alla pubblica biblioteca di Rouen, dov'oggi ancora si trova, divisa in tre volumi, sotto la segnatura O 20. Cf. Omont, *Cat. des mss. de la bibl. de Rouen*, I, 337 sg., nn. 13-55-57 in *Cat. gén. des mss. des bibl. publ. de France*, Départements, Paris, 1886.

(1) Cf. s. Ioann. XIX, 23-24. Il luogo della Scrittura a cui e l'Evangelista ed il nostro alludono è in *Psalm.* XXI, 19.

(2) E qui e più innanzi (p. 203) il S. dà come indubitato che il tumulto del popolo romano fosse scoppiato non prima ma dopo l'elezione di Bartolomeo Prignano in pontefice; e questo era per l'appunto ciò che negavano i cardinali dissidenti, i quali affermarono sempre di aver designato l'arcivescovo di Bari per timore di peggio, sicchè l'elezione sua doveva considerarsi avvenuta, come si esprime un d'essi, cioè Pietro Corsini, nell'apologia che ci ha lasciato della sua condotta, « per sedicionem, metum et « impressionem ». Cf. cod. 40, D, 3 della Corsiniana di Roma, c. 16 a e v. pure il *Sermo* del patriarca di Costantinopoli in Martène-Durand, op. e vol. cit. col. 1075. Nè sopra di ciò possediam noi maggior certezza di quanta ne avessero i contemporanei, sebbene dagli storici imparziali si propenda al presente più per Urbano VI che per i suoi avversari. Una chiara e lucida esposizione de' fatti che accompagnarono l'infausta elezione di Urbano, fondata tutta sopra documenti del tempo, è quella data da N. Valois nel suo scritto *L'élection d'Urbain VI et les origines du grand schisme d'Occident* in *Revue des questions historiques*, 1890, XXV, 353 sgg.; ma per approfondire l'argomento si consulteranno: lo studio del Souchon, *Die Papstwahlen von Bonifaz VIII bis*

come può giustificarsi cotale condotta;

eorum sit de pontificalis electionis vitio iudicare? an electionis huius auctores, testes et iudices esse possunt? et cuius est de propriis actionibus iudicare? quis in testem eorum que gesserit, si de alicuius quem impugnet agatur preiudicio, debet audiri?

come conciliar le contraddizioni, in cui son caduti,

quod si fuerat, ut asserunt, in electione vitium, cur universum 5 orbem publicis et privatis litteris impleverunt, mundi principibus atque populis nunciantes canonicam Urbani electionem?(1) cur sibi non semel, sed multotiens collegialiter astiterunt? cur eius ordinatione suarum mutaverunt titulos dignitatum, quos etiam,

come scusarli d'aver preferito provocare uno scisma che sopportare i torti di chi avevano già riconosciuto qual pontefice?

cum Clementem eligerent, tenuerunt?(2) cur non potius in animum 10 induxerunt suum puro consensu iam electum iustificare, si qua forsan purificatione videbant opus esse et unius hominis tolerare mores et vitam, quam certissimum scisma scienter inducere in

1. vitio] L^1 iudicio 5. *M-D* fuerit 7. *M-D omette* atque pop. R^4 *Ri C M-D* can. el. Urb. 8. *C Ri* multoties 10. *M-D* elegerunt 11. R^4 *Ri C M-D* iust. iam el. 12. *M-D* forsitan 12-13. L^1 mor. tol.

Urban VI, 1888, la poderosa opera dell'abb. L. Gayet, *Le grand schisme d'Occident, Les origines*, II, Paris, 1889 (cf. però *Bibl. de l'École des chartes*, 1890, LI, 138), ed il più recente saggio di R. Jahr, *Die Wahl Urbans VI* in *Hallische Beiträge zu Geschichtsforschung*, Heft II, Halle, 1892.

(1) Rispondono a capello a quelle del S. le osservazioni fatte da un anonimo al cardinale Morinense, uno de' dissidenti, nella notevole lettera edita in Martène-Durand, op. e vol. cit. col. 1082: « sed audistis, vidistis, « legistisne dominorum ultramontano- « rum litteras, quibus ore rotundo, « lingua angelica veritatem testati « sunt? scripserunt namque vobis et « aliis dominis qui in Avenione de- « gitis, utinam non sine periculo ani- « marum sicut cum dedecore famae!, « aliisque temporalium principibus eos « elegisse canonice, liberaliter, con- « corditerque unum sanctum et iustum, « cuius sperabatur operibus bene Dei « Ecclesiam gubernari ».

Sulle lettere pubbliche dei cardinali v. poi Valois, op. cit. p. 412 e Jahr, op. cit. p. 8, i quali menzionan anche un' epistola privata diretta all'imperatore Carlo IV per dargli notizia dell' elezione d' Urbano dal futuro Clemente VII. E di un' identica comunicazione loro fatta dal cardinale Corsini parlano i Fiorentini nella epistola scrittagli il 3 febbraio 1380; R. Arch. di Stato in Firenze, *Miss.* reg. 18, c. 110 A; Rigacci, op. cit. I, 40.

(2) Cf. oltrechè l'or citata epistola al Corsini (Rigacci, op. cit. I, 40), l' altra anteriore, Cardinalibus Anagniae existentibus, scritta pure dal nostro in nome di Firenze nell' agosto del 1378 ed impressa dal Rigacci, op. cit. I, 37. I brani che di questa riferiremo via via nelle note sono stati da noi riveduti sul cod. Ricc. 1222 e sul Marucelliano C, 89, n. 35, perchè ne' registri delle *Missive* conservatici non se ne rinviene copia veruna.

unica sponsa Christi? quis non credat eos non conscientia motos, sed vel odio nominis italici vel studio proprie nationis vel summi pontificatus ambitione, dum quilibet illum sibi posse contingere blandiebatur, ut a primo discederent alterumque crearent? (1) an 5 sibimet secum cogitantes persuadebant ad ipsorum mutationem adeo facile mundi principes et populos se mutare? an ignorabant quam difficile sit aliquod persuadere contrarium persuasis? quis non videt hunc errorem supinum et crassum de nimia suimet non fiducia, sed confidentia, ne dicam malignitate vel superbia 10 processisse? antequam Urbanus, ut erat natura severior (2), incepit illos reprehendendo mordere, cuncta tacebant. verus erat pontifex, verus Christi vicarius et adeo vere, quod impetrare gratias spirituales et absolutiones in mortis articulo completaque super hoc habere privilegia quilibet conaretur. postquam autem se 15 maiorem illis incepit ostendere, vitiosa fuit electio, non libere facta, sed per metum extorta, quasi non potuerint in illo tumultu, quo nullus singulariter petebatur, liberrime quenpiam eligere vel, si viri

Chi li crederà indotti a tanto dalla coscienza piuttosto che dall'odio per l'Italia o dalla bramosia della tiara?

Come poteano sperare di piegare dalla lor parte principi e popoli, se non fosser stati acciecati dalla superbia?

Urbano fu per essi vero pontefice, finchè seppe blandirli;

ma allorchè li irritò, divenne un usurpatore, quasichè ad essi fosse stata fatta violenza.

2. *L*[1] it. nom. 3. posse] *L*[1] postquam 4. *M-D* et alterum 5. *M-D* mutationes 7. *M-D* aliquid *ed innanzi a* persuasis *agg.* iam 8. videt] *L*[1] iubet 10. *Si preferirebbe* inceperit *o* incepisset 11. *M-D* eos 12. vere] *M-D* verus 16. *L*[1] *Ri* quoniam 17. *M-D* quemquam

(1) Nella succitata ep. Cardin. An. ex. il S. non adduceva come vera cagione dello scisma se non che l'abborrimento de' Francesi per il papa italiano, rispecchiando così l'opinione prevalente allora tra noi: « scitisne « quales sint in ore fidelium de rei « huiusmodi contentione rumores?... « non est contentio quod iam electus « quique in omnium oculis pontifica- « tum exercuit et exercet papa verus « non sit, sed quia italicus est con- « troversia tota fervet. si gallicus « quidem fuisset, nullus fingeretur me- « tus, nulla prorsus allegaretur im- « pressio, incoacta fuissent vota et li- « bera penitus in eligendo suffragia; « concordarent utique leges, divinaque « et humana iura faverent; concor- « darent testus et in huius nationis « nomine cuncti canones consentirent. « cur, o patres optimi, horretis italicum? « an esse debet in tanti culminis refor- « matione et in electione summi pon- « tificis acceptio personarum? an no- « vum est latini sanguinis hominem « summum pontificium tenuisse? &c. »; v. Rigacci, op. cit. I, 25 sg.

(2) Fu questa smodata asprezza d'Urbano, « le plus fantasque des prélats », come non dubita dirlo il Valois, op. cit. p. 414 sg., la precipua causa della rivolta cardinalizia; cf. i numerosi fatti rammentati dal Valois stesso, loc. cit. e dal Pastor, op. cit. I, 97, il quale tuttavia invoca le buone intenzioni del pontefice a scusa della sua inabile ed imprudente condotta.

Ma comunque sia di ciò, perchè osarono fare quel che loro non s'apparteneva?

fortes fuissent, non potuerint illas contemnere minas et se ad liberi temporis facultatem forti proposito optimoque consilio reservare. sed fecerint illi de se quod libuit: cur autem ad ea, que dirimere non valebant; est equidem ista cognitionis facultas solius Dei, sicut statuit Anacletus [1]; quod fecerant condemnantes, contra ius eius 5 quem impugnabant manum temere posuerunt? talia quidem sunt de quibus etiam testes idonei contra tot precedentes ipsorummet attestationes litterarum et actuum publicorum, nedum sponte se offerentes, sed etiam compulsi non debeant reputari. nec autumet aliquis quod ista congesserim secundi quem elegerunt causam 10 condemnando. non sum tam temerarius vel tam excors, quod ista determinare presumam vel alterius alicuius partis iusticiam asserere vel damnare [2]. scio quidem in electione prioris non defuisse tumultum. violente presumptionis instar est verisimile non esse tot cardinales gallice nationis in quenvis Italicum de pontificatus 15 apice libere consensisse; quo fit ut credibile satis sit ipsos metu potius quam libera voluntate talis electionis negocium expedisse; prorsus alias non facturos. nec credam insuper tot prudentissimos viros, proprie salutis immemores, in damnationem animarum suarum sponte ruere totque principibus atque populis eis credentibus tam gravis erroris materiam exhibere. 20

Nè queste cose ei dice per combattere Clemente VII.

Gli è ben noto che non mancarono cagioni di tumulto nell'elezion d'Urbano; che solo per ciò i cardinali francesi scelsero un Italiano;

che solo forzati da gravi motivi posero in pericolo la salute dell'anima loro e di tutti i fedeli.

1. *I codd. e le stampe omettono* non *M-D* potuerunt 2. *Ri* optimo quam 3. *M-D* fecerunt 5. *L*[1] instituit 7. *M-D Ri* ipsorum et 11-12. *M-D cangia* sum *in* sumo *e omette* tam - presumam 13. *M-D* equidem *L*[1] electionem 14. est] *M-D* et *M-D* esset 17. *M-D* expendisse

(1) Cf. la ep. Card. An. ex. in Rigacci, op. cit. I, 33: « Qui si sa« crorum canonum non estis obliti, « de viribus electionis summi ponti« ficis cognoscere non habetis. nam, « ut Anacletus papa inquit: eiectio« nem summorum sacerdotum sibi Do« minus reservavit, licet electionem « eorum bonis sacerdotibus et fideli« bus populis concessisset ». Queste parole di Anacleto, tratte dalla II ep. *Episcopis Italiae*, cap. XXII, si leggono in *Decretum Gratiani emendatum* &c., Venetiis, MDLXXXIIII, pars I, dist. LXXVIIII, cap. XI, c. 146 A; cf. P. Hinschius, *Decretales pseudo-Isidorianae* &c., Lipsiae, MDCCCLXIII, p. 78.

(2) Non erasi mostrato così prudente e riserbato vent'anni innanzi, quando dichiarava apertamente ai cardinali, che ne erano gli autori, abbominevole ed eretica l'elezione di Clemente VII: « Cavete ne tam iniqua « tentantes det vos Deus in reprobum « sensum, ut, dum spiritualia quasi « terrena tractetis, audiatis sonitum spi« ritus vehementis, qui suo turbine vos « cum hoc monstruosissimo monstro « subruat et confundat »; ep. Card. An. ex. in Rigacci, op. cit. I, 30.

Sed hec dimittamus; sunt enim densissimis oppleta tenebris, quoniam veritas facti latet in mentibus electorum, de quo ius quod oportet querere sine dubio noscitur provenire (1). non enim usquequaque clarum est quod dicitur Urbanum per tumultum po-
5 puli romani vel Romanum vel saltem Italicum acclamantis electum et eodem, ut astruitur, metu durante inthronizatum Apostolice Sedi, iuxta Nicolai pape decretum non apostolicum, sed apostaticum extitisse (2). quandoquidem etiam si nominatim ipsum furens ille populus poposcisset, liberis et inclinatis mentibus po-
10 tuisset ab electoribus nominari et in summum pontificem libere, sine quocunque clamantis populi respectu vel metu, quicquid coniectantium imaginatio sibi persuadere possit aut velit, assumi. ex quo non est ratum illud violentissimum argumentum: electus fuit Urbanus non libere, sed per metum, populo romano fre-
15 mente: vel Italicum vel Romanum (3). quoniam an metus fuerit illius electionis causa, licet forte dici possit occasio, non est clarum, sed in eligentium mentibus consepultum. circa quod secretum si presupponatur liberum non affuisse consensum, tot stant littere, non collegiales solum, quas metus potuit extorquere, sed
20 privata liberaque voluntate concepte, non a multis solum, sed forsan ab omnibus cardinalibus ad multos et forsitan ad omnes Christianorum principes et aliquos populos destinate, quod usque-

Ma basti di ciò; gli avvenimenti son troppo malnoti e la verità celata nella mente di chi fu attore di quel dramma.
Non consta infatti che Urbano fosse eletto in mezzo al tumulto

e che il timore provocasse la sua scelta;

poichè contro tale asserzione sta la condotta de' cardinali che lo riconobbero legittimo pontefice,

sia annunziandone l'elezione con lettere pubbliche e private

2. quoniam] *Ri* quam e *scrive poi* metibus 5. *M-D omette* romani vel 6. et] *L¹ Ri* ut 7. *L¹* Nicolaio 13. *M-D dopo* arg. *dà* quod 14. *M-D* fuerit 16. *Ri per* occasio, *che omette, dà* negocium 20. *Ri* privatae

(1) A cinquecent' anni di distanza gli storici ripetono la medesima cosa: « Les témoins les mieux instruits « étaient aussi les plus suspects; nul « ne pouvait mieux que les cardinaux « renseigner sur leurs propres actes, « sur leurs propres dispositions d'es- « prit. Mais nul aussi n'avait plus « qu'eux intérêt à travestir des faits dont « pouvait résulter leur propre con- « damnation ». Valois, op. cit. p. 353. Il Jahr però, op. cit. p. 87, è più risoluto.

(2) Si allude alla sentenza di Niccolò II, registrata nel *Decret. Gratiani*: « Si quis Apostolicae Sedi sine « concordi et canonica electione car- « dinalium eiusdem Ecclesiae, ac « deinde sequentium religiosorum cle- « ricorum inthronizatur, non papa vel « apostolicus, sed apostaticus habea- « tur ». *Decr.* pars. I, dist. LXXVIIII, cap. I, c. 144 B.

(3) È notissimo il grido in cui proruppe la tumultuante plebaglia, mentre i cardinali si riducevano al conclave: « Romano lo volemo... ».

quaque non possit id quod presupponitur demonstrari. stant et tam publica consistoria quam privata, quibus eidem ad illa que non possunt nisi per veros summos pontifices explicari, non semel, sed multotiens astiterunt. stant et infinite gratie titulorumque nunquam dimissorum commutationes, quoniam sonabant in maius, 5 et qui, sicut per alios quam per papam concedi nequeunt, sic etiam nec mutari [1]. ut quid credere debeamus, preterita presentibus conferentes, adeo dubium sit, quod tutius est assensum omnino suspendere quam in aliquam partium declinare [2]. nam et quod aiunt: quoniam Urbanus sciens se per metum et popularem 10 tumultum electum vitiosam electionem acceptavit nec unquam illi renunciare consensit, apostaticus factus est, in heresim incidit; nunc autem sicut hereticus eligi nequit in papam et deponi debet electus; sic nec consecrari, et sicut non consecrari, sic nec etiam coronari; et sicut non coronari, sic nec statui super thronum; nam 15 quod prius assumitur a quo cetera pendent non est clarum, et cum aliud sit longeque differat per tumultum eligi vel in tumultu, cumque, licet hoc clarum sit, illud omnino non pateat, deficit omnino vis omnis illius argumenti. nam an tumultuationis illius formido; cum certum sit ipsos nedum elegisse prius quam po- 20 pulus claustra conclavis irruperit, sed ad se vocasse iam electum vel forsitan eligendum et omnino constet irruptionem illam post electionem celebratam extitisse, non ante; quoniam effracto conclavi cuncti cardinales, alius alio fugientes, se vel in castrum Crescentii sive memorie Hadriani, quod propter Gregorianum miraculum 25 castrum Sancti Angeli dicitur [3], loco munitissimo, vel ad alia loca

sia assistendo alle solenni cerimonie da lui celebrate,

sia sollecitando da lui infiniti favori ed accrescimenti di dignità.

Nè vale il dire che Urbano cadde in eresia per aver accettato un' elezione viziosa.

Niuno infatti può affermare che egli sia stato acclamato papa dopo che erasi violato il conclave,

poichè, dinanzi all' irromper del popolo, tutti i cardinali s'eran volti in fuga e rifugiati o in Castel S. Angelo o fuori di Roma.

2. *Ri* iidem 4. *M-D omette* que *dopo* titul. 5. *M-D* contraventiones *Ri* quamquam *C* quam 6. *Ri* quae *M-D* nequerunt 7. quid] *M-D* ita 12. *M-D* consensiit *e dopo* est *dà* et 14. *M-D omette* sic nec consecrari *Dopo* sicut *R4 Ri C M-D dànno* nec 15. *M-D omette* et sicut non coron. *Ri dopo* sic *dà* non 18. *M-D dopo* illud *aggiunge* tamen *L1 omette* omnino *dopo* defic. 19. vis] *C* ius *Ri omette* an 23. *C Ri* quam 25. *Ri per* memorie *dà* molis, *arbitraria correzione, e scrive* quae *per* quod 26. *C R4 Ri* dicebatur

(1) Cf. la nota 2 a p. 200.

(2) E pur qui notisi come alle recise asseverazioni di vent'anni prima sia subentrata una singolare titubanza, tant'era cresciuta in mezzo alle disparate affermazioni de' più la general confusione!

(3) Cf. lib. V, ep. XVII; II, 91.

tutissima reduxerunt[1]; talis dici debeat que caderet in constantem ego non video[2]. quoniam illi clamores viros fortes nullatenus terruissent et intacto conclavi iam fuerat electio celebrata. quod etiam ex eo palam est, quoniam post irruptionem effractionemque 5 predictam talis fuit illa turbatio, quod omnino nullus cardinalium vel servitorum adstantium cesus fuerit; sed incumbentibus cunctis spoliis, non personis, querentibusque non cedes et sanguinem, sed rapinam et predam, prorsus omnes incolumes recesserunt. inter hecne metus esse debuit, quod caderet in constantem? et an apud 10 Ecclesie principes talis tantusque metus esse potest; immineat licet gladius iugulo; qui viros constantes moveat, ut tam periculoso mendacio et tanti temporis perseverantia, tam multis et evidentibus actibus adorandum pro summo pontifice Christique vicario toti mundo debeant exhibere quem sciverint canonice non electum? 15 mortui sunt aliqui prelatorum, mundi qui principibus non armatis solummodo, sed furentibus restiterunt pro sue Ecclesie libertate bonisque temporalibus defendendis. et vos in re tanti periculi queve fuerat non temporalia solum, sed spiritualia turbatura tam effeminatos et pavidos prebuistis, quod nullus; cum

Del resto il tumulto de' Romani non fu tale che potesse impaurire uomini coraggiosi;

solo pensò il popolo a far roba, non ad insanguinarsi le mani;

nè in principi della Chiesa dovrebbe aver tanta forza il timore da indurli a mentire così a lungo;

anche quando, essendo essi in luogo sicuro,

1. *Ri aggiunge inopportunamente* vis *dopo* talis 4. quon.] *Ri* quod 5. *M-D* predicta *L¹ dava* cardinalis *corretto in* cardinalium 6. *M-D* fuit 8. *M-D omette* incolumes 9. *M-D* qui 11. ut] *Ri* et 12. *M-D omette* et *dopo* mend. 13. *L¹ Ri* adorando 14. *L¹ M-D* sciverunt *M-D omette poi* non 15. *R⁴ dopo* prelator. *dà* qui *cancellato; ma è necessario restituirlo per il senso.* *C R⁴ Ri M-D leggono* mundique 17. bonisque] *Ri* nobisque 18. *M-D* que vere fuerint 19. *M-D* nullis

(1) De' cardinali sbandatisi dopo che la plebe era penetrata nel conclave sei rifugiaronsi in Castel Sant'Angelo e cioè Pietro di Vergne, Pietro di Sortenac, Guglielmo d'Aigrefeuille, Guido di Malesec, Giovanni di Crosso ed Ugo di Montelais. Fuor di Roma andarono invece G. Noellet, card. di Sant'Angelo, il quale riparò ad Ardea, Orsini e Flandrin, card. di Sant'Eustachio, che si chiusero in Vicovaro, mentre Roberto di Ginevra portavasi a Zagarolo; cf. la lettera cit. d'anonimo al card. Morinense presso Martène-Durand, loc. cit. e Valois, op. cit. p. 403.

(2) Il S. par quasi voglia qui rispondere a quanto aveva scritto il patriarca di Costantinopoli nel *Sermo* sopra citato: « Fuerunt enim metus « et impressio ante electionem per « officiales Urbis et populum et in « ipso conclavi et ante in ipsa ele« ctione et post, cadentia in con« stantem virum et continentia « salutis periculum et corporis cru« ciatum »; Martène-Durand, op. e vol. cit. col. 1076.

potevano senza preoccupazione alcuna svelare la verità.

in locis tutissimis essetis et unde potius aliis timorem incutere poteratis, quam deberetis metus illius perseverantiam exhibere; hanc patefecerit veritatem? cur non de locis illis, cum fervebant ipsa principia, quisquam vestrum veritatem, quam post tot dissimulationes et actus contrarios pretendistis auribus etiam audire 5 nolentium, intonuit et ingessit? sed hec omittamus; deplorari quidem possunt et reprehendi, non corrigi.

Ma si consideri in quale lagrimevole condizione versi la Cristianità.

Due sètte la travagliano; di qui i fautori di Urbano, di là quelli di Clemente.

Consideremus autem statum rerum et lacrimabilem gregis Dominici condicionem nobis ante mentis oculos proponamus. vidimus atque videmus duo capita in unica sponsa Christi; videmus 10 regna scissa, ut hos Urbanistas, illos Clementinos dicere valeamus. hinc Germania, Britannia, quam Angliam vocant, atque Pannonia recognoscit Urbanum. inde Galliarum universi fines et omnis Hispania se determinavit tulitque sententiam pro Clemente; miserrima vero Italia etiam in hec duo capita scissa est. nec pure 15 tamen omnes, quas premisimus, nationes pontificibus suis inherent. nam et Gallicorum et Hispanorum aliqui credunt Urbano, Germanicique Clementi; eoque res deducta est, ut quilibet illi crediturus esse videatur a quo plus emolumenti receperit et honoris. quilibet avaricie et ambitioni studet [1]; Dei timor et con- 20 scientie rectitudo prostratus iacet, cuius apud mortales tam facilis est iactura quam cura. nec hucusque cordi fuit hec abominatio principibus orbis terre. sic quondam iam ferme ad quintum seculum etiam contigit, cum a pontifice romano descivit universa ferme Grecia; cui scissure nunquam diligentia fuit redintegrationis 25 remedium adhibere. nunc autem Deo laus, qui iudicare velle videtur Ecclesiam sanctam suam et discernere causam eius de gente non sancta eamque ab homine iniquo et doloso liberare [2],

Nello stesso paese imperversa la discordia;

a tal segno che solo il pensiero dell' utile proprio induce altrui a farsi o dell' uno o dell' altro papa fautore.

Nè i principi si curarono di tanto danno prima d'ora.

Lode a Dio, che finalmente sembra disposto a provveder alla sua Chiesa,

3. *M-D* patefeceritis *R⁴ dava* voluntatem, *cancellato e corretto in* veritatem 4. *C* quisque *M-D* quisquis 6. *C Ri* volentium 8. *L¹* rer. stat. - dom. greg. 9. *M-D* praepon. 12. *Ri* heinc *L¹* germana 14. *R⁴ dà il primo* i *d'* Hisp. *in rasura*. *Ri* per Clementem 14-15. *Ri* miserrime 16. *Ri in luogo di* quas premis. *reca* sicut primae sunt! 17. *L¹* Hyspanorum; *ed in R⁴ l'* i *primo di questa parola è pur qui in rasura*. 19. *L¹* molumenti 21. *M-D* postratus *Ri* prostrata 24. *L¹ C Ri* contingit *M-D* destitit

(1) Cf. Ierem. VI, 13. (2) Cf. *Psalm.* XLII, 1.

postquam vos et alii Romani imperii proceres, quorum est ista tractare, ad hoc scisma tollendum videmini convenisse!

Honorabile quidem est velle quod cesar consecrationis suscipiat munus et triplicis corone decus induat, quo seculare christianorum caput completa refulgeat dignitate [1]. sed super omnem honorem est curare vulnera coniungereque scissuram, quam in sancte matris Ecclesie corpore scisma fecit. nolite pati quod ulterius ista divisio nutriatur. heu me miserum, cum sentiam me concordem in Christo cum Gallicis et Hispanis et aliis quibuscunque qui credidere Clementi suoque reverentiam exhibent successori, dissentiamne cum eis de vicario Iesu Christi? et quam abominabile sit quod vicissim illi nos, nos illos scismaticos appellemus! integra nobis et illis petra est, que quidem est Christus. cur non integri sumus in Petro, qui vicarius est Christi? ergo audacter dicam. propter duos homines et, cum ad veritatem venerimus, duos, quanvis venerabiles, sacerdotes, universus Christianitatis orbis, tot principes, tot populi, tot gentes pertinaci, ne dicam perpetua sectione desciscent et illi, patientibus, imo faventibus nobis et aliis, fecerintne de Ecclesie Romane rectitudine flexum arcum et sedentes in cornuis pondere suo non sinent curvitatem quam cernimus adequari? o dedecus orbis, o pudor omnium, o culpa inexpiabilis principum et simplicitas populorum! quid iam ad annum pene vigesimum tolerastis? cur negligitis rem tanti ponderis et que divina et humana, nisi ponatur remedium, debeat permiscere? potens est ista divisio, quandocunque veniretur ad arma, regna transferre, totum Christianitatis corpus contendendo discerpere cunctaque perturbatione funerea pessundare. nolite pati Gentilibus et Saracenis, qui tanto de suo Maumetto

dacchè e Iodoco e gli altri elettori dell' impero si sono riuniti per metter a siffatti mali rimedio.

Buona cosa provvedere alla tranquillità dell' impero, ma ben migliore risanare i mali della Chiesa.

Doloroso spettacolo quello che offre la Cristianità scissa e discorde;

e ciò per due uomini che si contendono il sommo soglio!

Si vorrà tollerare più a lungo che la loro discordia provochi tanto obbrobrio,

come fa da vent' anni,

e rechi in tutto il mondo perigliose agitazioni,

renda la cristiana religione oggetto

1. ista] *Ri* ita   3-4. L^1 mun. susc.   5. *M-D* fulgeat   5-6. L^1 hon. omn.   9. L^1 hispaniis R^4 hispanis *colla correzione già sopra notata.*   10. *Ri* suo quod   11. *In luogo di* ne *M-D* nunc   12. *Ri* fit   *M-D* appellamus   15. R^4 *Ri M-D* dic. aud.   18. *M-D reca* discissent *ed in margine annota:* locus corruptus.   19. *C Ri* vobis R^4 *lo omette. M-D* rom. eccl.   23. *M-D omette* pene *ed in margine postilla:* 1398.   *Ri* tolerasti   25-26. *M-D* venirent   27. R^4 *Ri M-D* turbatione L^1 venerea   *C M-D* funera   *M-D in margine:* f. funesta   28. *M-D* Mahumeto

(1) Cf. la nota 1 a p. 197.

di scherno per i pagani ed i Saraceni? Si ponga mente ai Turchi.

tenentur errore semperque Christianis infesti sunt, gregem Dominicum esse ludibrio. videtis Teucros; sic enim appellare potius libet quam Turchos, postquam apud Teucriam dominantur, licet fama sit ipsos a monte Caucaso descendisse[1]; videtis, inquam, Teucros, ferocissimum genus hominum, quam alte presumant. 5 nolite quod tango negligere. confidunt et credunt Christi nomen per universum orbem delere esseque dicunt in fatis suis ut Italiam vastent et usque civitatem divisam flumine, quam Romam interpretantur, venientes, omnia ferro igneque consument. mirum in modum principes ipsorum gentes suas ad bella nutriunt; decem 10 vel duodecim annorum pueros ad militiam rapiunt, venationibus et laboribus assuefaciunt atque durant, ad currendum exsiliendumque quotidiana doctrina et experientia strenuos reddunt. cibis grossissimis paneque solido, nigro, multisque permixto frugibus pascuntur; quod delicatius comedunt sudore venationis acquirunt; 15 denique taliter instituti sunt, quod unica veste soloque pane con-

Essi confidano di poter distruggere la fede di Cristo in tutto il mondo, condurre a rovina Italia e Roma.

È questa gente educata all' armi dall'età più tenera,

avvezza a cibi grossolani,

a semplicissima vita

1-2. *L*[1] Dom. greg. 2. *L*[1] Theucrorum 3. *R*[4] *Ri C* Turquos *M-D* potius quam 7. *M-D* esse quod 8. *M-D* ad civ. Dinsam *ed omette* flumine 9. *R*[4] *Ri C M-D* consumant 15. *R*[4] *Ri M-D* pascunt

(1) Sulla immaginaria derivazione de' Turchi dai Troiani, v. E. Gorra, *Testi ined. di storia troiana*, Torino, Loescher, 1887, p. 68 sgg.; [Novati], *Istoria di Patrocolo e d' Insidoria*, Torino, 1888, p. xv. Coluccio stesso, che qui ne sembra poco persuaso, l'aveva affermata nell'epistola scritta il 20 ottobre 1389 in nome de' suoi signori al re di Bosnia per congratularsi secolui della rotta inflitta a Cossova ad Amurat I, « Frigum « sive Turchorum imperio vio« lenter adepto », nella quale « tot « Troianorum infideliumque mi« lia cum illo duce terribili cecide« runt »; Arch. di Stato in Firenze, *Miss.* reg. 21, c. 137 a. Il Poggio, che ne' quattro libri *De varietate fortunae* chiama costantemente « Teucri » i Turchi, interrogato poi da un amico a tale proposito, così contraddicendosi scriveva: « Quod quaeritis Teu« cri ne an Turci dici debeant « ii nostrae fidei hostes, ratio mihi « eorum nominum incerta est. Teu« crorum tamen nomen antiquum « scitis esse a Teucro ductum et ab « eo Troianos Teucros appellatos. « post excidium vero Troiae legimus « nullam gentem hoc nomen in Asia « usurpasse; quod noviter et nostro « saeculo videtur esse excitatum. po« tius vero eos dixerim Turcos « novo nomine, quod aliis multis ra« tionibus (*sic*; *l.* nationibus?) con« stat, quorum ratio nulla constat »; Poggii *Ep.* ed. Tonelli, lib. XII, ep. iii; III, 129. Altri passi d'umanisti su quest'argomento vedi nelle note di D. Giorgi al *De variet. fort.* dello stesso scrittore, p. 4.

tenti vivant. mirum in modum patientes frigoris et caloris; imbres et nives et alias aeris furentis iniurias pileo tecti necnon et nudo capite, cum opus fuerit, sine querela suscipiunt; lectus eis nuda tellus et, cum vinum ignorent, radicibus herbarum plerumque vi-
5 vunt. quibus artibus instituti, fortissimi corporis ac agiles et strenui pro ludo et quiete militantes arma suscipiunt, cunctarum necessitatum cibationis et victus, quas ceteri nimis exhorrent, non patientes solummodo, sed fruentes. addunt preterea religionis sue doctrinam, qua docentur mori pro Domino vel lege
10 sua non gloriosum solummodo viventium in oculis esse, sed fore gloriosissimum apud Deum, ad quem nulla certiore via possint nullaque compendiosiore redire. non enim usque adeo barbari sunt, quod Deum esse non credant, quod aliam esse vitam et gloriam non arbitrentur; sed certum habent fore quod pugnantes
15 pro Domino suo vel lege sua perpetua recipiantur in gloria. quod tanto firmius credunt quanto simplicius et ineruditius vivunt. tante vero sunt obedientie, quod nichil supra valeat cogitari. arma que ipsos gravent spernunt; agilitate, multitudine et obedientia confidunt, qua simul ac iussum fuerit, vel pedem referunt vel
20 in hostes impetum faciunt. nunc dissipantur, ut victos credas, moxque conglobantur et coeunt et redeuntes in aciem pugnam vel incipiunt vel restituunt. nemo vafrius eis novit instruere insidias, metum fingere et hostes suos variis dissimulationibus ludificari. credite michi: genus hoc hominum, quorum cum mores,
25 vitam et instituta percipio, fortissimorum Romanorum ritum consuetudinesque recordor, nisi Deus obviet, nisi vos et alii provideatis ut expedit, maiora faciet quam putetis [1]. nos autem Christiani traditi luxui et inertie, luxurie et gule intendimus,

In cute curanda plus equo operata iuventus,

nè curano le intemperie.

Ignari d' ogni delicatezza,

son quindi fortissimi, pronti a sostener privazioni e disagi.

Di più credono morendo in battaglia per la fede loro,

far cosa grata a Dio,

che li accoglie nella gloria sua.

Sprezzan anche le armi e sol confidano nella propria sveltezza, quantità, disciplina

ed astuzia.

Or questa gente, che ha costumi degni di Roma antica,

è da temersi dai Cristiani, ammolliti ed effeminati come sono,

2. L^{1} *omette* necnon 5. R^{4} *M-D* corporibus 7. R^{4} *C M-D* quae 9. L^{1} mori doc. 11. *M-D* possunt 18. R^{4} *C Ri M-D* grav. ips. 19. *M-D* semel ut *Ri* fuit 20. *Ri* modo 22. R^{4} *Ri C omettono* instruere *M-D dà* struere nov. 24. L^{1} *omette* cum 27. *Ri* facient 28. L^{1} lux. trad. *e reca due volte* et inertie - lux. int. et gule

(1) Non sapremmo additare da quale tra i molti libri relativi ai Saraceni che correvano ai suoi giorni, il S. abbia tratto gli elementi per questa breve descrizione della lor vita e de' loro costumi.

invisi gli uni agli altri a cagion di due uomini, dietro i quali con gran danno de' beni terreni

ut Satyricus ait[1], et quod esse super omnia pericula certum est, post duos homines, quibus si tollatur dignitatum fulgor, nescio quales remansuri sint, dividimur et ambulamus, non solum cum iactura rerum temporalium, quam lacrimabilem et avaricia et nimia divitiarum admiratio facit, sed in rerum spiritualium con- 5 fusionem, de quibus, corruptis moribus et nimium tepescente fervore fidei, nimius et abominabilis neglectus est. nam si papam vel hinc vel inde legitimum non habemus, quod profecto fateri necessarium est, quis nescit ex vitiosa parte veros episcopos esse non posse et per consequens veros deficere sacerdotes veraque 10 non habituros post aliquid temporis sacramenta quos contigerit partem vitiosam esse secutos? licet enim clericalis character sic semel transeat, quod etiam per supervenientem heresim non tollatur; quod adeo verum est, quod certum sit hereticos etiam publice condemnatos vera conficere sacramenta[2]; que tamen iu- 15 risdictionalia sunt propter heresim pereunt ipso iure. ut forte probabile sit affirmare credereque quod post mortem felicis recordationis Gregorii undecimi nullus ex parte pontificis electi per vitium nactus sit sacerdotii dignitatem nec per illos sacerdotes haberi possint legitime sacramenta, utpote deficiente iurisdictione 20 sacerdotia conferendi. illi ergo qui fuerint obedientes non vero pontifici, quanvis simpliciter et conscientia non corrupta, si in aliquem inciderint ordinatum ab episcopis novis, adorantes hostiam et calicem, non Christi corpus et sanguinem, sed illam puram panis materiam atque vini cum aqua mixti, veluti quoddam idolum, 25 adorabunt. et quid potest sceleratius hoc scismate quidve magis abominabile cogitari? quid Deo displicibilius esse potest? quidque magis contrarium saluti, quam optare debemus quamque non velle

e più ancora dell' anima si lasciano trascinare.

Ma se un dei due papi è intruso,

come può ordinar in modo legittimo i vescovi ed i sacerdoti,

e questi dal canto loro amministrare legittimamente i sacramenti?

Sicchè è lecito dire che, morto Gregorio XI, non si ordinò più legalmente verun sacerdote

nè si amministrarono sacramenti d' efficacia forniti.

Or che vi può essere di più abbominevole?

2. *R⁴ C M-D* qui; *Ri lo omette.* 3. *Ri* dividimus 8. *Ri* heinc 12. *L¹* vitiosas 14. etiam] *Ri* iam 16-17. *M-D omette* forte-quod 17. *L¹ omette* quod 19. *M-D* nanctus 20. *R⁴* legime, *aggiunto sopra* ti *M-D* legitima 23. *L¹* aliquid *Ri* invaderint 25. *Ri* mixta 26. *M-D omette* hoc scism. 27. *L¹ omette* que *dopo* quid 28-1 *(p. 211). Ri stampa* quam quod non velle nostrar. salut. animar.; *omettendo* non poss.

(1) Horat. *Ep.* I, ii, 29.

(2) Cf. *Decret.* par. II, causa xv, quaest. viii, cap. v, p. 400 sg., dove si riporta un brano di epistola di Nicola II ai Bulgari; e v. anche F. Tocco, *L'eresia nel medio evo,* Firenze, 1884, p. 252 sg.

non possumus, animarum? quid in hac societate mortalium perniciosius; quidve quod magis debeat et possit hostes Christi in Christianitatis exitium animare? expectabimusne donec ista contentio, proh dolor!, accendatur in bellum vel usque quo 5 Teucrorum audacia, quam tam deflenda clade, me miserum!, experti sumus [1], in Christianos irruat et moveatur? serum erit reconciliationem querere, cum ad intestina vel externa fuerit arma perventum. nolite, Christianorum principes, illum necessitatis articulum expectare. nimio vobis et toti Christianitati precio ste- 10 terit iste neglectus. et licet sperandum sit Deum suam Ecclesiam nullatenus relicturum et pro redintegratione sponse sue favores eius nullo tempore defuturos, propensius tamen hec spes habenda est, cum filialis Dei timor et fidei zelus, non humane necessitatis metus, rem tam sanctam, tam opportunam, tam ho- 15 nestam tamque laudabilem inquirere persuadebit.

Quale maggior incentivo di questo all'infuriar de' nemici del nome cristiano?

S'attenderà forse per troncare lo scisma che i Turchi si muovano?

Sarebbe negligenza imperdonabile nei principi.

Non soltanto da Dio,

ma da essi devesi dunque recare rimedio a tal danno.

Nec desunt legitimi tramites, quibus ad hoc valeat perveniri. possunt equidem ambo pontifices, rerum statu et dignitatibus prelatorum intactis, sibi mutuo cedere et alter alterum confirmando administrationem dividere vel per obedientias, que nunc sunt, vel 20 alia sectione, de qua facillime possent esse concordes; instituendo quod nulli fiant, ni forsan amborum pontificum accedente concordia, cardinales et quod, altero moriente, alter totum quem Deo placuerit esse superstitem administret. hanc viam sepenumero cogitans non ineptam, non incongruam neque sine exemplo Ecclesie primitive 25 fore duxi. cum post Petri martyrium ex auctoritate et institutione Petri et voluntate consensuque Romane Ecclesie assumptus Clemens fuerit, Linum tamen et Cletum episcopatum urbis Rome

Nè mancano i modi.

Dividansi i due pontefici il reggimento e si riconoscano l'un l'altro,

a patto che non si faccian cardinali se non per mutuo accordo e che, morto un di loro, l'altro gli succeda,

ciò non essendo senza esempio nella storia della Chiesa primitiva, perchè, morto Pietro e successogli Clemente,

7. *Ri* fuit 11. *M-D* integrat. 13. *Ri* honoranda *(sic)* 19. *Ri* administrationes *M-D* obędientiam in qua 21. *M-D* nisi 24. *R4 C M-D* nonque 24. *L1* prim. eccl. 25. *Dopo* mart. *R4 C M-D Ri recano* et nativitatem *L1* et nativitate; *ho quindi emendato come il senso suggeriva. M-D Ri davanti a* instit. *dànno poi* ex 26-27. *M-D omette* Petri – Clemens 27. *L1* urb. Rom. episc.

(1) Vuole il S. alludere, meglio che alla presa d'Ancira, fatta da Amurat I nel 1360 e seguìta da quella ben più importante d'Andrinopoli, o alla distruzione del regno d'Armenia (1377) o all'invasione della Moldavia, operata da Baiazette II, alla sanguinosa disfatta toccata dalla Crociata di cavalieri francesi accorsi in aiuto di Sigismondo re d'Ungheria, a Nicopoli (1396).

continuarono ad amministrare la Chiesa Lino e Cleto.

administrare permisit, per quos etiam vivens Petrus plura fecit, que ad pontificatus dignitatem et officium pertinebant [1]. quanvis apud Eusebium loquentem de temporibus illis scriptum sit: qua tempestate in urbe Roma Clemens quoque post Paulum et Petrum pontificatum tenebat [2]; ut illos episcopium, istum vero pon- 5 tificium eodem tempore tenuisse in urbe Roma manifestum sit, regente Hierosolymitanam Ecclesiam, que sedes cum Anthiochena totum regebat Orientem, Iacobo Iusto fratre Domini, cum Anthiochie primus preesset Evodius, cui legimus Ignatium succes-

Nè s' opponga a ciò la dispari età de' due pontefici, perchè a volte i vecchi hanno più lunga vita de' giovani;

sisse [3]. nec moveat aliquem pontificum etas, ut ista condicio vi- 10 deatur esse deterior illi parti que longeviorem pontificem habeat, cum sepissime videamus decrepitum patrem filios iuvenes sepelire totusque nostre vite cursus obnoxius morti sit. filios omnes pre-

Priamo, Augusto,

misit Priamus et fortunatus Augustus, sicut legimus, testamentum conficiens inquit: quoniam iniqua fortuna Caium et Lucium 15 filios michi eripuit, Tiberius Cesar michi ex parte dimidia et sextante heres esto [4]. videsne quam acriter atque clare gloriosus princepes de fortuna propter filiorum interitum conqueratur? con-

Nestore offrono di tal fatto esempli ben noti.

querebatur et Nestor fatorum ordinem apud Homerum, quando corpus ardere filii videbat, miseram superesse lacrimans senectu- 20 tem [5]. sed cum hec causa Dei sit, sperandum est illum fore superstitem quem superesse melius est in oculis suis.

4-6. *Le parole* in urbe - tenuisse *omesse per inavvertenza in* L^1 *furon dal copista aggiunte in margine; ma non vi si leggono che in parte per esserne state alquante lettere recise dal ferro del rilegatore.* 5. vero] *M-D dà invece* non *Ri* vobis *(sic)* 11. longeviorem] *M-D* longe seniorem 12. cum] R^4 *M-D Ri* quoniam *C* quam *M-D* videmus 14. *Ri dopo* leg. *aggiunge* et 15. *Ri* Lucinum 16. L^1 michi er. fil. 17. *Ri* actiter *(sic)* 20. R^4 miseriam, *ma l'* i *espunto.* 22. suis] *M-D* Dei

(1) Cf. intorno a quest'oscuro punto J. Hergenröther, *Handbuch der allgemein. Kirchengesch.*3, Freiburg, 1884, I, 299.

(2) Ma Eusebio nulla dice di simile nè nell'*Istoria ecclesiastica,* tradotta da Rufino, nè nella *Cronica,* che citiamo sotto.

(3) Euseb. *Chronicor. canon. quae supers.,* ed. A. Schoene, Hieronymi vers., Berolini, mdccclxvi, II, 153, 155, 157.

(4) Così cominciava il testamento d'Augusto secondo Suet. Tib. Caes. XXIII; ma i testi in luogo di « iniqua » dànno « sinistra » ovvero « atrox ».

(5) Vi è qui un equivoco. Nè presso Omero Nestore piange la morte d'Antiloco, ucciso da Memnone, nè presso Italico e nemmeno presso Ditti, dove pure sono descritti i funerali del giovine eroe (*Ephem. belli troiani,* IV, viii); chi si fa eco de' suoi lamenti sono in quella vece Propert.

Audivi tamen tres alias vias per universitatem Parisiensem mature et prudentissime designatas (1). unam videlicet compromissi; quam quidem impossibilem arbitror, quoniam impossibile sit verum invenire fidumque partibus equis affectibus mediatorem
5 et quoniam hec via mentes fidelium minime declararet. altera via videtur esse concilii, quam communiter omnes clamant. sed sub quo congregabitur hoc universale concilium: sub isto vel altero vel utroque? non video quod fieri sub uno possit, non video quod sub duobus facere laudabilem exitum possit habere.
10 fac enim utramque partem cum suo pontifice convenisse. perstabit quelibet in suo proposito et in summam venietur contentionem et licet iudices preponerentur, non essent tamen extra corpora partium, inter quos vel esset pertinax et indeterminanda contentio vel credi non posset hinc vel inde defuisse per collusionem et vitium
15 de iudicando concordia; sicque facillime posset posterior error deterior esse priore. denique tempus adeo longum ad congregationem exigitur, quod interim mille modis posset concilii propositum impediri. quis etiam inter Christicolas concilio locum dabit qui neutri partium sit suspectus? ut hanc viam certum sit nec aditum
20 nec exitum habituram. cavendum est preterea diligenter in hac causa ne dici possit vel quomodolibet suspicari aliquid extorqueri per vim, concedi muneribus vel per gratiam impetrari. quod ut fiat et clarum in oculis omnium, sicuti materia nostra requirit, sit, non sufficit quod ista non fiant, sed necessarium est quod habilitas

Ma l'università di Parigi ha già additato tre altre vie.
Prima quella del compromesso, che è d'attuazione impossibile,

seconda quella del concilio generale, che tutti domandano, ma che offre gravi difficoltà,

presenta occasione di litigi pericolosissimi

ed esige un tempo lunghissimo.

Deesi evitare infatti ogni sospetto di coazione o di corruzione;

3. quoniam] *C* quam 4. *M-D* effectibus 7. *In luogo del primo* sub *L*I *dà* cum isto] *M-D* illo 8. *M-D* sub uno fieri 10. *C* prestabit 11. *C M-D* quilibet 12. *Ri* tamquam 13. *M-D* pert. vel indeterminata 14. *M-D omette* non *Ri* heinc *M-D dà* aliquid *e omette* defuisse *e per* sicque *(r. 15) legge* sic quod 15. *L*I *dà dopo* sicque *un* et *R*4 *Ri C M-D* err. post. 18. *M-D* concilii locus dabitur 19. nec adit.] *L*I nos 22-23. *M-D* utinam fiat cl., *omette* et 23. *L*I sicut - vestra sit] *M-D* sic

El. II, XIII, 46-50, e IUVEN. *Sat.* X, 246-255, al quale probabilmente si riferisce qui, come già altrove, il nostro; v. lib. V, ep. XIIII; I, 72 sg.

(1) Già fin dal 1394 infatti l'università di Parigi, ch'erasi posta a capo del movimento in favore dell'unione della Chiesa, aveva eletto tra le infinite proposte provocate dal suo appello, le tre cui il S. allude, designate come le più plausibili dalla maggioranza. Ma sulla parte avuta dall'università parigina in tutti questi tentativi basti rinviare all'opera di C. E. DU BOULAY, *Historia univers. Parisiensis,* Lutetiae Parisior., MDCLXVIII, IIII, 685 sgg.

ed a ciò non si riuscirà, adottando una delle due vie già accennate, data la presente decadenza de' costumi e la universale avidità di lucro,

ad illa deficiat et facultas; quod nunquam esse poterit, si capiatur via concilii vel eligatur formula compromissi. usque adeo quidem corrupti sunt mores et illa vere sanctitatis integritas, quam de priscis legimus, evanuit et adeo fervet avaricie rapacitas et affectio lucri, quod vix possint etiam privatorum iudicia vel publicarum 5 rerum disceptationes hoc suspitionis scrupulo munda credi. nimis enim verum est poeticum illud:

> Munera, crede michi, placant hominesque deosque,
> Placatur donis Iupiter ipse datis (1).

et quod ego iuvenculus cecini: 10

> Non opus est illi digesto aut codice, pro quo
> Gratia venalis vel clam declamitat aurum (2).

che rende pronti gli uomini a vedere dapertutto corruttori e corrotti.

accedit ad hec quod, etiamsi vera claraque iusticia redimatur, cum omnium cupiditas expleri non possit, qui nichil vel minus assecuti sunt quam sentiant vel credant ad alios esse delatum, 15 murmurant, clamant et detegentes vitium nichil relinquunt suspitione vacuum vel sincerum. cui rei et hoc calamitatis adiungitur, quod hec etiamsi vera non sint, cunctis facillime persuadentur. et si quis affuerit, de quo non possit corruptionis esse suspitio, deceptum credunt et simplicitate sua; vix enim hec integritas citra 20 puritatis simplicitatem reperiri potest; mox predicant circunventum.

Abbandoninsi dunque le prime due vie, e si scelga la terza.

Relinquantur hec igitur, que carere suspitione non possunt; et tertia via, quam illa veneranda congregatio Parisiensis universitatis proposuit, eligatur. dicunt equidem, ut fama est, quod

Ognuno de' pontefici faccia rinunzia del suo grado; ed il sacro collegio elegga un nuovo papa.

utriusque obedientie cardinales simul conveniant et uterque pon- 25 tificum, confirmato, ut arbitror, utroque collegio, renunciet iuri suo, ita quod per omnes qui titulum habeant cardinalis unicus

5. *L*[I] privatarum 6. *R*[4] *dà il primo* u *di* scrup. *in rasura.* 8. *M-D* pacant 10. *M-D* quid 11. *Ri* vel 12. *M-D* declamitet 14. *I codd. e le stampe dànno dopo* possit *di nuovo* quod 15. quam] *Ri* quod 17. *M-D omette* rei 20. et] *M-D* ex 23. *M-D omette* illa 26. *L*[I] *R*[4] *C* confirmatis *L*[I] utr. coll. ut arb. *M-D Ri* renuntient 27. *C* itaque *L*[I] cardinalium *M-D* cardinales *L*[I] unus

(1) Ovid. *Art. am.* III, 653-54.
(2) Versi staccati da un componimento, oggi perduto, del S.

pontifex eligatur. hunc modum, hanc viam, non humanam, sed divinam, sanctissimam, optimam, tutam, certam, sine scrupulo et sine murmuratione, commendo [1]. cui consilio, si fas est me de tanta materia loqui, et illud addiderim, quod hinc inde numerus
5 cardinalium adequetur, ne contingat in electione futura partium alteram esse suffragiis inequalem. nam tametsi duarum partium totius congregationis requiratur assensus, que pars tamen vocibus ditior erit facilius prevalebit; ut et huic calumnie bonum sit et quasi necessarium obviare. hanc viam, inclyte princeps, satis com-
10 mendare non possum, nec credam ipsam sanctissimis et sapientissimis viris illis carnem et spiritum suggessisse, sed Deum patrem, qui in celis est, sine dubio revelasse.

Quando si provvegga poi affinchè il numero de' cardinali sia pari da ambedue le parti per toglier via ogni occasion di sospetto,

questo espediente parrà, com'è veramente, dovuto piuttosto a divina che ad umana inspirazione.

Hac siquidem via nichil compendiosius, nichil iustius, nichil sanctius nichilque sincerius cogitari potest. possunt enim car-
15 dinales, quemcunque locum elegerint, cum cito tum facile convenire. nec dubitem, usque adeo debet omnibus hec displicuisse scissura, quod in unius electione pontificis Dominus eis subitam concordiam inspirabit. quid autem iustius esse potest quam scisma conceptum atque nutritum superbia dignitatum, humilitate
20 renunciationis extinguere et unitatem in divisa, sicuti videmus, Ecclesia renovare? quid autem sanctius uterque pontifex et optare potest et facere, quam pro reconglutinatione tam perniciose scissure, pro qua vitam exponere parum esset, resignare litigiosas has, quas obtinet, dignitates; quam lucrari fratris animam, quam
25 certum est illum, qui ius non foveat et pertinaciter inhereat his que teneat, in statu gratie habere non posse; quam universum

Facile pe' cardinali il riunirsi;

facile l'accordarsi per il trionfo di sì santa causa;

ed i due papi stessi nulla di più santo potranno proporsi

che redimere l'anima del fratello dal peccato,

2. *R⁴ dà pur qui in rasura il primo* u *di* scrup. 4. *Ri* heinc 9. quasi] *Ri* quam *L¹ dà l'* i *di* viam *in rasura.* 10. *L¹* sanct. ips. 11. spiritum] *M-D appone in margine :* L. sanguinem 12. celis] *L¹* oculis 13. *M-D* equidem 15. *L¹* eligerint cum] *M-D* tum 16. *L¹ dà due volte* hec 17. *M-D* subditam 19. *L¹* sup. nutr. 20. *M-D* sicut 21. *L¹ omette* et 23. *C M-D* quo *M-D* essent 24. *R⁴ Ri* obtinent 25. *M-D* cum his 26. *R⁴ Ri M-D* tenet

(1) In quest'avviso concordano col S. e Giovanni da Spoleto, autore d'un Dialogo sullo scisma scritto tra il 1390 ed il 1409, ed Enrico di Langenstein, cui si deve la poetica *Invectiva contra monstrum Babylonis*; per entrambi i quali v. PASTOR, op. cit. I, App. XIV e XV, p. 618 sgg. La « Prattica viae « cessionis », quale era stata formulata dall' università di Parigi, si può leggere presso MARTÈNE-DURAND, op. cit. II, 1150.

ridar la pace alla Cristianità tutta quanta;

cessar d'essere la pietra dello scandalo per divenir la pietra angolare della Chiesa di Cristo.

Christianitatis corpus de divisionis tenebris ad lucem unitatis et concordie revocare? cogitet uterque pontificum se non Petrum aut petram fundamentalem Ecclesie, sed petram scandali, dignam tandiu reprobatione, quandiu distulerit se prebere lapidem angularem, qui situs in capite geminos parietes uniat et coniungat. 5 quod fieri non potest, nisi desinant esse quod sunt; imo non quod sunt, sed quod esse credi cupiunt atque volunt. nunc lapides duo sunt in hac Ecclesie sectione; tunc erunt unus in Christo concordie et fidei unitate. nam quanvis neuter ad id quod se pretendit habere rediverit, causa tamen efficiens cum Deo erunt, 10 ut lapis unus in angulo reponatur, tanto profecto maiores atque digniores reposito, quanto maius est et dignius efficiens quam effectus. o quam gloriosum dicere: Ecclesiam suscepi divisam et humilians memetipsum reddidi concordem, unanimem et unitam; volui potius esse de pusillis unus in unitate sancte matris 15 Ecclesie quam divise princeps in illius culminis dignitate. est hoc profecto, ni fallor, adeo iustum et sanctum, quod id non facere sit diabolicum et iniquum.

Spetta ai principi far ogni sforzo perchè i due rivali s'acconcino a questo partito.

Hortemini, requirite, urgete et omni modo conemini, quod ad hunc renunciationis actum et concordiam veniatur. qui se non 20 permiserit exorari, quisquis ille fuerit, sit vobis scismaticus et intrusus. verissime iudicavit Salomon illam non esse matrem que patiebatur et eligebat puerum dividi, matrem vero que volebat integrum filium alteri consignari. sic et vos et universus orbis illum reputet verum sponsum, qui paratus fuerit in unitatem sponsam 25 dimittere, non divisam et laceram retinere (1). placet hec via, gloriosissime princeps, non michi solum, cuius nullum est iudicium, sed omnibus qui senserunt, non tantum quoniam expeditissima, iusta et sancta sit, sed etiam quia sincera. nulla quidem in hac re su-

Tutti l'approvano, perchè pronto, santo, scevro d'ogni sospetto.

1. L^1 lucis unitatem 3. aut] *M-D* ad L^1 fundamentarie 4. *M-D* distulerint 5. situs] *M-D* sicut 6-7. *M-D omette* non quod sunt sed 7. *M-D* et 8. *M-D omette* duo *e scrive* unum 10. *M-D* redierit 15. *M-D omette* sancte 20. *M-D* veniant 23. R^4 *dava* filium, *ma fu cancellato e sostituito* puerum *M-D* filium 24. *M-D* alterius 25. *Ri* fuit 27. *M-D* cui 28. *M-D* senserint 29. *Ri* sicura

(1) Cf. III *Reg.* III, 16 e l'ep. dell'univ. di Parigi al re di Francia in Du Boulay, op. cit. IIII, 692.

spitio versari potest, nulla fraus intendi nullaque corruptio fabricari. quo te deprecor, inclyte princeps, et alios omnes in quorum manibus orbis terrarum est, quique, sicuti fama est, apud Franchfort et huius et dirigendi imperii gratia convenistis, hoc scismatis ne- 5 gocium ante omnia prosequamini. nunquam enim dirigetis imperium, nisi prius ordinaveritis et papatum, a quo certum est imperium dependere. nec vos rerum arduitas deterreat, difficultas fatiget vel submoveat magnitudo, memores circa ardua, magna laboriosaque semper esse virtutem, tantoque magis quodlibet esse meritorium, 10 quanto difficilius fuerit maioribusque laboribus plenum. hec reconciliatio pacificum reddet imperium, spem conceptam auferet hostibus christiani nominis cunctaque secundum Dei placitum et consolationem hominum reformabit.

Per Iodoco e gli altri principi convenuti in Francoforte coll' intento di provvedere alle cose dell' impero sia dunque prima cura quella di spegnere lo scisma.

Non si lascino sgomentar dalla grandezza e difficoltà dell'impresa;

perchè, ridonando pace alla Chiesa, la daranno insieme all'impero.

Scio, magnificentissime domine, me de me plusquam deceat 15 presumpsisse, quanvis fidelium omnium esse credam super hoc non desiderare solummodo, sed clamare. quoniam ubi de salute cunctorum agitur, ignavum est si non ab omnibus consulatur. si cui tamen videbor os in celum audacius posuisse (1), consideret fidem, precor, consideret et zelum, quem me ad hanc unitatem 20 habere facillime iudicare potest, sciatque me, licet tot et tanta scribentem, pro zeli magnitudine nil egisse; nec imponat fidei mee sinceritatique defectum, sed, si placuerit, commendet affectum. tu vero, princeps optime, et si qui dignabuntur ista perlegere, suscipiatis hec in bonam partem, obsecro, meque lo- 25 cutum hec sincerissime et fideliter et in divine maiestatis filiali metu, que sic inspiraverit, iudicate. vale. Florentie, decimotertio kalendas septembris.

Non paia temerità la sua se mette bocca in sì gravi faccende; dovere di tutti è provvedere alla comune salute.

Non degli errori in cui è incorso, ma del suo zelo si tenga conto;

e Iodoco al pari degli altri giudichi le parole sue da null'altro ispirate se non dal timore di Dio.

2. *Ri* quare 4-5. *Ri* scismati neg. prosequamur *omettendo* ante omnia 11. *M-D* reddit 15. *M-D* credo 16. *M-D* solum 19. zelum] *Ri* coelum *(sic)* quod 20. sciatque] L^1 sicutque 21. zeli] *Ri* Coeli *M-D* nihil 22. L^1 meeque sinceritati 24. *M-D* praelegere 25. *M-D* sincere *e dopo omette* et 26. *M-D* me inspirare voluit

(1) Cf. *Psalm.* LXXII, 9.

V (1).

Al medesimo.

[L[1], c. 137 b; R[1], c. 28 b, mutila; Haupt, *Opuscula*, I, 303-305, da L[1], ma frammentariamente (2).]

Firenze, 21 agosto 1397.

Se la precedente epistola non fosse riuscita troppo lunga e non avesse potuto parer disdicevole il mescolar altri argomenti a quello ivi trattato, in essa avrebbe detto quant' ora soggiunge.

Eidem. 5

Subiunxissem, illustrissime princeps et excelse domine, que nunc attingam epistole longiori, quam cum presentibus accepturus es; sed commodius visum fuit ista dividere, ne magna satis scriptionis series nimis epistolarem modum excederet et privata materia publica que tetigimus oneraret. continet illa materiam 10 suam, exhortans scismatis unionem, que res talis est, quod dignitate sui nullam recipiat societatem. nam et congruum visum est, quod illa possit per se loqui, que forsan habebit in conspectu plurium ventilari. nunc autem tecum de privatis agam, in quibus si gratiam invenero, sicut arbitror, in oculis tuis (3) et tibi vera re- 15 lata sint, facillime potes efficere me felicem.

Ebbe da lui notizia dell' esistenza d'un codice di Tito Livio,

Scripsisti quondam te Titum Livium, librum quidem permaximum, reperisse; nec contentus id scribere, subiecisti te pro-

5. *Così L[1]; R[1]* Iodoto marchioni Brandeburgensi domino marchionique Moravie 7. *R[1]* attinguam 16. *Dopo* felicem *R[1] legge* et infra &c. *e qui s'arresta in esso l'epistola.* 17. *Qui incomincia il brano riferito da H.*

(1) È questa non già, come si piacque definirla A. Hortis, *Cenni di G. Boccacci intorno a T. Livio,* Trieste, 1877, p. 41, una « postilla » all' epistola ch' ora si è letta; ma bensì una vera e propria lettera da essa indipendente, nella quale il S., secondo la consuetudine sua, ch' era tradizionale e rigorosamente osservata pur dal Petrarca, s' intrattiene di quelle sue private faccende, che non potevano trovar luogo, perchè di troppo diversa e tropp' umile natura, nella precedente di carattere solenne e pubblico, destinata ad esser letta da molti e da molti discussa.

(2) I frammenti di quest' epistoletta, messi in luce da M. Haupt, a cui erano stati comunicati da Th. Mommsen, in uno scritto comparso prima ne' *Berichte über die Verhandlungen der kön. sächsisch. Gesellschaft der Wissenschaft.*, Phil. hist. Class., 19 Jan. 1850, n. 11, e quindi riprodotto negli *Opuscula,* sono stati pure ristampati da A. Hortis nel libretto sopra citato; ma poichè si tratta d' una mera riproduzione del testo del Haupt non ne teniamo conto nelle note critiche.

(3) Nota espressione biblica; cf. *Genes.* XVIII, 3; *Num.* XI, 15 &c.

vidisse quod nomine meo scriberetur [1]. gavisus sum in his que tunc scripsisti tam familiariter et tam libenter obtulisti; sed incredulus T i t u m L i v i u m ultra triginta libros, quos passim habemus, apud vos delitescere, rem hanc non fui ferventius prosecutus. scripsit Livius hystorie romane centum et quadraginta duos libros; nec putabam ultra tres decadas te reperisse. nunc autem per venerabilem virum dominum Andream cancellarium tuum [2] accepi qualiter apud monasterium Sancti Benedicti dioecesis Lubicensis totus vel maxima pars eius in uno volumine vel in pluribus reperitur, in littera tam antiqua, quod vix illius lector expeditus et idoneus in partibus vestris haberi queat, imo, quod potius crediderim, nullus penitus habeatur [3]. mutate autem sunt littere sive litterarum figure iam tot seculis, quod presentes cum priscis illis antiquissimis conferentes minime inter eas similitudinem deprehendant, ut oporteat diligenter et mentem et oculos illis assuefacere litteris; post quod nunquam legere valeant expedite. confido tamen me, quoniam ab adolescentia semper res istas antiquas et cascas scrutatus sum, librum illum, si munere tuo michi vel totus vel pro parte dimidia transmittatur, de vetustatis tenebris extracturum. quo te per nobilitatem et serenitatem tui generis et virtutem ac benignitatem tuam et per Deum ac superos omnes et per omnem, si qua est, studiorum nostrorum

anzi promessa d'un esemplare di esso.

Ma, supponendo che tal codice nulla più contenesse che i noti trenta libri, soli rimasti de' cento quarantadue dall'autore dettati, non lo sollecitò a mantener la datagli parola.

Or Andrea, suo cancelliere, l'assicura che tutta l'opera di Livio o almen la maggior parte d'essa leggesi nel codice del convento di S. Benedetto presso Lubecca, scritto in caratteri antichissimi ed ai più inintelligibili.

La pratica che egli ha delle vecchie scritture gli fa credere che potrebbe decifrar, se gli venisse accordato, il manoscritto.

Cerchi dunque d'appagarlo,

4-5. *H* persecutus 5. Livius] L^1 *H* libros 6. *H omette* libros L^1 *omette* te 8-9. L^1 Lubicenis *H* Lubensis 9. *H omette* in *dopo* vel 13. iam] *H* in 14-15. *H* similitudines 19. L^1 *dopo* tuo *leggeva* lib *che fu cancellato*. 20. quo – sumptuosum *(p. 220, r. 7) omette H.*

(1) Dal modo con cui il S. accenna qui alle offerte di Iodoco parrebbe lecito dedurre che fossero di data non troppo recente; in realtà però esse non possono reputarsi anteriori al 1393, perchè solo in quest'anno il S. entrò in relazioni personali col marchese di Moravia; cf. lib. VIII, ep. XII; II, 427 sg.

(2) Andrea di Wittingau, decano di Olmütz, che vedemmo essersi già recato a Firenze quale ambasciatore di Iodoco sullo scorcio del 1392; cf. lib. ed ep. cit., vol. cit. p. 430, nota 1.

(3) Secondo M. Haupt il convento benedettino in cui si sarebbe trovato il prezioso cimelio liviano non può essere che quello di Cismar in Vestfaglia; ma il filologo illustre confessa insieme d'aver inutilmente ricercato le vestigia del codice e della biblioteca, di cui avrebbe fatto parte, nei numerosi documenti spettanti a quel chiostro editi da J. Westphalen, *Monum. ined. rer. germanic. praecipue cimbric.* &c., Lipsiae, 1745, IV, 3435-3476.

gratiam et quicquid potest inter mortales maius vel carius nominari, deprecor, obtestor et exoro quatenus sitim hanc michi coneris extinguere. volebas liberalitate tua volumen illud exemplari facere meo nomine. non est possibile propter antiquitatem, que nimis a litteris recessit nostri temporis id fieri et magnitudine 5 libri fuerit nimis onerosum, ne dicam, quod ponderare debeo, sumptuosum. expedi liberaque fidem et affectionem tuam faciendo quod hunc librum in illius antiquitatis fonte videam. ero tibi fidelissimus restitutor, nec te penitebit vel illum patrem abbatem hanc liberalitatem viro litteris dedito impendisse. id munus per univer- 10 sum orbem cum laudis et virtutis tue commendatione celebriter divulgabo. tuum est qui vides servuli tui votum hoc michi perficere:

restituirà fedelmente il codice e celebrerà la liberalità del principe e dell'abbate pel mondo intero.

Hoc michi si dederis, cumulata morte remittam (1).

Gli invia il libro *De illustribus viris* dal Petrarca dettato,

Verum, quia sensi te plurimum hystoriis delectari, mitto tibi libellum De quibusdam illustribus viris novis auctoribus 15

7. *H omette* que *dopo* libera 9-14. *H omette* nec - verum 11. *Cod. omette* tue 15. *H* librum

(1) È il solito rimaneggiamento del verso Virgiliano dell' *Aen.* IIII, 436.

Non sappiamo se Iodoco prendesse a cuore la cosa, perchè nell' epistolario del nostro non si trova più cenno del bramato manoscritto. Ben noto è però come circa venticinqu' anni dopo che quest' epistola era stata scritta, ai tempi cioè di papa Martino V (1417-1431), ritornasse a correr tra noi la voce che nel nord esisteva un codice vetustissimo delle *Deche* di Livio. Eco di questi « dicesi » erasi fatto, come ci apprende il Poggio, un Nicolò danese, « homo vagus atque inconstans, licet « admodum eruditus », che affermava d' aver veduto cogli occhi propri il manoscritto nel convento di Soröe presso Röskilde in Zelanda e ne dava una minuziosa descrizione in termini i quali richiamano in modo addirittura singolare quelli usati qui dal S. a proposito del manoscritto additatogli da Andrea di Wittingau: cf. Poggii *Ep.* cit. lib. II, ep. ix. È cosa possibile che i due manoscritti non ne abbiano fatto che un solo? Oppure dobbiam ritenere quali prette invenzioni così la notizia comunicata nel 1397 al S. come quella diffusa nel 1424 all' incirca da Nicolò danese? Riguardo al primo punto non voglio tacere quanto mi paia notevole udire qui da Coluccio che il codice trovavasi in un convento posto « nella diocesi di Lubecca » e sentir ripetere dal Poggio che il monastero cisterciense di Soröe era situato in luogo, « quo adiri potest a Lubich « biduo amplius ». Per quanto spetta alla seconda domanda confesso non trovar per nulla improbabile che sullo scorcio del secolo xiv abbia esistito vuoi nel Holstein vuoi in Zelanda un esemplare antico delle *Storie* Liviane, del quale siasi poi perduta ogni traccia. O non s' era, per

compilatum; parvum quidem corpore, litterisque, sicut videbis, exiguum, sed rebus et eloquentia magnum et opulentum, cuius lectionem confido tibi fore iocundam. scitoque ipsum nomine tuo iandiu feceram exemplari; sed delatorum raritas id apud me 5 tenuit, donec manui fide cancellarii tui familiarisque concessi (1). vale, domine mi, feliciter atque diu. Florentie, duodecimo kalend. septembris.

facendone elogi; e si scusa infine se la mancanza di fedeli messaggeri gli vietò di trasmetterglielo prima.

VI.

Ad incerto per nome Giovanni (2).

10 [N^I, c 101 a.]

Reverendo in Christo patri d. Iohanni de Sancto Miniate monaco camaldulensi.

Firenze, 15 dicembre 1397?

Lacrimabilem, ne dicam inanem et iniustam, querimoniam tuam, qua, ut exotico verbo Madaurensis utar (3), erumnoso queritatu 15 de musis flebiliter lamentaris, nuper relegi, frater optime; in qua

Ha riletto or ora la sua flebile invettiva contro le muse

1. *A* compilatum *si arresta H, che omette tutto il resto dell'epistola ad eccezion della data.* 11. *Così N^I, dove la rubrica occupa l'ultima riga della c. 100 B.* 14. *Cod.* Madravensis

cagion d'esempio, tramutato nel secolo VII dall'Irlanda sul Reno il celebre codice, che contiene i cinque primi libri della V deca di Livio, e dal chiostro di Kaiserswerder, dove si trovava nel 713, non era passato, scendendo sempre lungo il fiume, a quello di Lorch, e quindi in Svizzera? (cf. Endlicher, *Codd. Palat. Vindob.* p. 49). Perchè non vorremo noi ammettere che un altro manoscritto di Livio, di quanta importanza non possiamo dire, fosse apparso sul finir del Trecento presso le bocche dell'Elba, e quindi eclissatosi avesse fatto capolino di nuovo trent' anni dopo in Zelanda per scomparire in seguito per sempre? Tutta la storia di questo, ch' ei chiama con manifesta, benchè forse soverchia incredulità, « der livianischen Spuk », è narrata del resto dal Voigt, *Die Wiederbel.*3, I, 247, ma con parecchie inesattezze ne' particolari.

(1) Si tratta di quel manoscritto dell' epitome Petrarchesca *De viris illustribus,* del quale è discorso nel lib. VIII, ep. XII; II, 431.

(2) Per non sapremmo quale disgraziata scapestrataggine il copista di N^I, solo codice che ci conservi la presente, le ha posto in fronte, esemplandola, un indirizzo che per nulla le appartiene. Basta infatti leggerne le prime righe per acquistar la certezza che frà Giovanni da Samminiato, al quale

(3) V. nota 1 a p. 223.

che insieme lo provocò allo sdegno ed al riso.

post iustam indignationem meam vix potui continere cachinnum. indignatus equidem sum illam tuam in musas iniquam accusationem, vanasque spes tuas ac desiderium inane derisi. quis

l'epistola sarebbe secondo il codice diretta, non può in verun modo esserne il vero destinatario. Altri per fermo dal monaco camaldolese, che nella silenziosa celletta di S. Maria degli Angeli stava in cotest' anni temprando le innocue sue frecce contro la poesia ed il risorgente culto dell' antichità classica, fu quel Giovanni che, querelandosi acerbamente delle muse e della turpe povertà loro inseparabile compagna, provocò la sdegnosa ammonizione del nostro. Ei fu sicuramente un letterato di professione, giunto a tal grado di celebrità da coprire, come il S. attesta, l' ufficio di cancelliere d' un principe. Or tra gli amici di Coluccio due ne conosciamo i quali e portarono il nome di Giovanni e sostennero sì onorifico impiego: il da Montreuil, segretario di Carlo VI re di Francia, ed il Conversano, cancelliere di Francesco da Carrara signore di Padova. Ma che si tratti qui del Francese non ci pare credibile, perchè, pur prescindendo dall' abito ecclesiastico che il da Montreuil vestiva, il lamento di non esser cogli studi poetici coltivati fin dalla prima gioventù pervenuto all' acquisto di ricchezza, dignità ed onori, sarebbe un non senso in bocca sua. Già prima di conseguire la prevostura ricchissima di Lilla, il cancelliere di Carlo VI aveva di fatto accumulate parecchie pingui prebende; e se pure vuolsi considerare come immeritato il rimprovero che un coetaneo gli ha lanciato d' avarizia (ep. di Ambrogio de' Migli in MARTÈNE-DURAND, *Ampl. coll.* ep. LXXVI, col. 1456), non si negherà da alcuno, poichè egli stesso ne fa esplicita confessione, la sua considerevole ricchezza: cf. THOMAS, *De Ioan. de Monst. vita* &c. p. 7. La nostra attenzione non potrebbe quindi portarsi che verso il Ravennate. E sulle labbra di lui non sarebbero davvero fuori di proposito le rampogne contro la fortuna e le muse, perchè egli aveva condotto fin dai più teneri anni una vita dedicata tutta allo studio, ma errante e penosa, s' era dovuto piegare ad uffici indegni del suo innegabile valore, insegnare la grammatica in umili città di provincia; ed arrivato infine al grado di cancelliere del Carrarese, aveva trovato nella nuova sua condizione maggiori argomenti di amarezza e di tedio che non di conforto e di letizia; tanto che, disgustato de' fastidi del suo signore, poco propenso a favorir le lettere e chi ne facesse professione, irritato dalla burbanza presuntuosa d' ignoranti cortigiani, poco dopo il suo ritorno in Padova esprimeva al S. stesso (cf. RAČKI, *Ivan Ravenjanin,* p. 177; KLETTE, *Zur biogr. des Giov. di Conv.* p. 6) l'intenzion di partirsene; ed infatti circa il 1404, quasi presago dell' imminente rovina del Novello, ne abbandonava la reggia. Nè è a credere che si opponga ad identificar col Conversano il Giovanni a cui scrive Coluccio la qualifica di segretario « regio », dal nostro attribuitagli, poichè quest' epiteto non va inteso alla lettera, essendo solito il nostro attribuirlo non solo a sovrani, ma anche a piccoli signori che dominassero sovra esigui territori; e già vedemmo chiamato appunto da lui « regius cancellarius » quel Feltro da Sant'Arcangelo, che resse la segreteria d' un tirannello di Romagna; cf. lib. V, ep. XXI; II, 110 sg. Ad onta di tutto que-

enim non indignetur te Pieridum spiritu, dum puer esses, afflatum, pennas non mediocriter ad volatum altissimum extendentem, adeo miserabiliter in ima conversum, quod nutricibus tuis ingratus linguam acuas ut serpentes, quo illas tot venenosis maledictio-
5 nibus insecteris? pudeat, pudeat, carissime mi Iohannes, has studiorum tuorum comites tueque fame, quecunque volitet, effectrices, tam mordaciter pungere et tam pungenter, presertim immeritas, momordisse; nam si tibi quantum contulit poetica subtrahatur, non te decipias neque tibi tuis in erroribus blandiaris, adeo pu-
10 sillus adeoque vacuus remanebis, quod, si tibi constiteris, te procul dubio indignum iudices qui ad aliquem dignitatis gradum, quem quod non habeas anxie conquestus es, debeas promoveri. quicquid enim versu potes, quicquid sine barbarismo recto profers accentu, poetica docuit: quicquid prosa super alios emines,
15 eadem tibi magistra, dum te pre aliis extollit, expedivit: et unde nitorem illum, quo laudatus ad regiarum litterarum dictationem usque venisti, te reputas collegisse, nisi ex agris poetice facultatis? dic michi: si detur electio, quid malis? an indignus aliquo dignitatis statu splendescere, an dignitate dignissimus dignitate ca-

E chi non s'indignerebbe vedendo tant' uomo quale egli è, uscir in vergognose maledizioni contro la poesia?

Se quanto da lei gli proviene, gli fosse tolto, che cosa a Giovanni rimarrebbe?

S' ei scrive buoni versi,

se purgatamente favella,

se salì all' ufficio di segretario d'un principe, tutto ciò si deve a quegli studi che vitupera.

Vorrebb' egli aver un' alta dignità, essendone immeritevole,

6. *Cod.* que cum volite

sto io non oserei però affermare che la presente sia davvero rivolta al Ravennate. Le querele che il personaggio a cui scrive Coluccio avrebbe effuso contro il destino ostinatamente avverso ai suoi sogni ambiziosi sono ben poco conformi al virile disprezzo che Giovanni da Ravenna ostentò sempre per le ricchezze ed il fasto, disprezzo non soltanto manifestato negli scritti (chè vorrebbe dir poco), ma ripetutamente confermato cogli atti. Sicchè quantunque non scarsi nè lievi indizi mi spronino a riconoscerlo in colui al quale quest' epistola fu inviata, pure preferisco lasciare almen per ora la cosa nel dubbio.

Nè men dubbia lasceremo la data della presente, perchè se ragionevol sarebbe, ove del Ravennate essa tratti, collocarla nel luogo ch' or le assegniamo, quand' invece d' altri fosse questione, unico indizio a ritenerla scritta in cotesto torno di tempo rimarrebbe il posto che occupa nel codice; e l' indizio, come troppe volte si è veduto, non riesce validissimo. Vero è tuttavia che la lingua e lo stile ci consiglierebbero in ogni caso a ricondurre l' epistola all' ultimo decennio della vita del nostro.

(1) « Quiritatus » è parola usata e da Plinio, *Ep.* VI, 20, 14 e da Val. Max. op. cit. IX, II, ext. I; ma nè i migliori lessici nè le edizioni critiche del *Metamorph.* di Apuleio giustificano l' asserzione del S. che lo scrittore africano l' abbia adoperata. Sicchè v' è forse qui un error di memoria da parte di Coluccio.

rere? non arbitror te adeo futilis rationis inanisque consilii, quod dignitatis meritum non preferas dignitati: nisi forte de numero sis illorum, quibus vilior est virtus opinione virtutis et in votis habent bonos potius apparere quam esse. et quoniam aliquo statu dignitatis desideras erigi, certus sum temet non indignum optatu in tue mentis arcano, licet forte cum titubantia, iudicare. ego autem, ni fallor, hanc tibi dubitationem absolvam, et volo tibi persuadeas te dignum non iam fore, sed esse qui cum viris dignissimis colloceris; quod si forte non sentis et ego meo testimonio fallor et omnino te talem esse non credis, de tua potius ignavia, qui nondum hanc perfectionem assecutus fueris, et non de poetica conquераris; ut enim dignus sis, poesis ipsa non obstitit, sed astitit, non impedivit, sed adiuvit, non defecit, sed effecit; habes, ni velis impudenter in inficias ire, unde poetice gratias agas. quod enim maximum est, animum tuum erudivit, ornavit, ut dignus illius gradus, ad quem videris ab initio suspirasse, et sis et a plurimis iudiceris. quid amplius a poetica potes exigere? certe nichil. nam prosper ille fortune flatus, quo cum utimur, ut inquit Cicero, ad exitus pervenimus optatos [1], nec in manibus nostris est nec debes a poetica, nisi desipias, expectare. vides iam, ni fallor, quam iniuste de poetica questus sis, que te talem, dum illam sequeris, illi studes, illam tibi non inepte, sed consultissime studiorum tuorum terminum proponis, effecit, quod, licet dignitatem non habeas, celeberrimum tamen dignitatis gradum debeas, si dispensentur ista merentibus, obtinere. habes, quod optimum est, singularem et raram habitus facultatem, quam non dubitem, si permutari posset et in nostrum commertium caderet, multi tecum maximo precio et etiam cum suis dignitatibus libentissime commutarent: et tu, ingrate tuiquemet oblite, tam acriter contra tanti boni parentem et auctricem, poeticam, delatrasti? sed inquiet aliquis, forsitan et tu ipse, tanta est deliratio mentis, obicies: cur hoc poetice tribuis? cur

ovvero esserne privo pur meritandola?

Ma dacchè desidera ottener qualche dignità ei reputasene degno.

E degno ne è diffatti; anzi merita d'esser annoverato coi più degni,

sol perchè l'arte poetica cooperò a farlo tale;

ad essa dunque dee egli rendere grazie.

Chè se la fortuna non gli si mostra favorevole, qual colpa ne ha la poesia?

Non è giusto quindi lamentarsi di essa,

che lo ha reso qual'è,

ricco d'eccelsi pregi,

che molti volontieri scambierebbero colle dignità loro.

Ma potrebb'egli e altri con lui obbiettare che non la poesia

10. *Cod.* credo 20. *Dopo* optatos *cod. dà* hoc, *che ho mutato in* nec 21. *Cod.* decipias 31. *Cod.* inquias

(1) Cic. *De offic.* II, vi, 19; ma il testo « pervehimur ».

non potius rethoricam hoc asseris prebuisse? primo tecum, deinde cum aliis disputabo. contra te stat littera tua, stat etiam ipsa professio, qui confessus sis, imo conquestus, quod putares musarum adminiculis atque ductu, ut tua ferme repetam verba, 5 ad aliquem dignitatis gradum agiliter pervenire et ob hoc te, lacteolum adhuc, falsis suasionibus oblectatum, ab adolescentia musarum laribus obversatum, ut quantumcunque profeceris, te a poeticis studiis negare non debeas accepisse. hoc tecum; cum quo, quasi obsignatis tabulis [1], iam controversiam expedivi, nisi 10 forte, quod summe foret levitatis et impudentie, cum litteras tuas teneam, aut non scripsisse aut, quanvis scripseris, erravisse te contradicendi studio cavilleris.

ma la rettorica ciò gli ha fatto conseguire.
Con lui non avrà da combattere, giacchè ha confessato ei medesimo d' esser alunno delle muse.

Verum etiam cum aliis altior erit disputatio. forte quidem, ut ignari putant, dicerent inter scientias poeticam non reponi, sed 15 quasi profanum aliquid a liberalium artium collegio separatam. quod autem ars sit, testis est philosophorum princeps Aristoteles, qui de ipsa specialem tractatum edidit et eam artem componendi sermones figurativos et representativos diffinivit imaginum [2]: testis est et Alpharabius, qui poesim inter partes logice nume- 20 ravit, adiciens eius proprium esse sermonibus suis facere auditorem aliquid pulcrum imaginari vel fedum, ut auditor credat et abhorreat vel appetat, quanvis certissime teneat rem ita non esse [3]. et licet hoc verum esse confitear et placeat quod per Philosophum dicitur: poemata quidem esse sermones imaginativos vitupera- 25 tionis vel laudationis [4], cum Flacco tamen ipse concludo:

In quant' agli altri qualcuno potrebbe dir che la poesia non è una scienza.

Ma tale la dice Aristotile nel trattato che le dedicò

e conferma Abu Nasr Mohammed Ebn Turchan, detto Alfarabi, ne' suoi commentari a quel libro;

che sè poi, come voglion que' filosofi ed Orazio conferma,

> Aut prodesse volunt, aut delectare poete,
> Aut simul et iocunda et idonea dicere vite [5];

4. *Cod.* ductui - repetem 10. *Cod.* libertatis*; le prime cinque lettere cassate e sostituitevi* levi *dal copista stesso.*

(1) Cf. Cic. *Tusc. disp.* V, xi, 33.

(2) Aristot. *Poet.* IV, 7. Le parole qui citate, al par di quelle più sotto riferite, derivano da un' antica versione, di cui non abbiamo sotto mano verun esemplare.

(3) Neppur de' commentari alle opere retoriche d'Aristotile, scritti dal celebre filosofo arabo del secolo x, potemmo esaminar qualche codice.

(4) Aristot. op. cit. IV, 8: e cf. Averrois, *Paraphr. in libr. Poet. Arist.* ediz. cit. II, 217 b.

(5) Horat. *Ep.* II, iii, 333-34.

la poesia insegna a lodar la virtù e vituperare i vizi, è alta invenzione.

ut si nobis constare voluerimus, cum proprie poeticum sit laudare virtutem sive ex virtutibus et ex vitiis ac vitia vituperare, fatendum sit non vanum et non futile, sicut aliqui putant, inventum esse poeticam et ad eius perfectionem oportere non parva, sed tam ardua quam maxima cumulari. et ut huius artis exortum 5 et nobilitatem ostendam, cum primum homines inceperunt Deo supplicare et de illa ineffabili maiestate secum et inter se loqui, putaverunt religiosissimi viri indignum esse non exquisitissimum expressioni tante rei adhibere sermonem. et quia tam arduam rem eloqui, que sensum omnem transcendebat, ut pure intelligerentur, 10 non poterant, figuras quasdam excogitaverunt, quibus illud summe divinitatis arcanum, quod ratione vel potius ante Dei revelationem extimatione perceperant, celebrarent atque referrent, et quanto sublimius loquendi genus etiam excultorum hominum ingenia reperire potuerunt, sive natura sive arte sive quodam usu et exer- 15 citatione dicendi, huic mysterio, quo maior adderetur auctoritas, dicaverunt [1]. hinc, quod poetarum esse nulli dissentiunt, soluto liberoque sermoni musica per versus addita melodia: ut perfectis imperfectisque temporibus, que moderni bina ternaque dimensione semibrevibus vocibus, tum maioris tum minoris spiritus sive pro- 20 lationis quaterno vel senario novenoque minimarum numero, ratione subtilissima metiuntur, verba pedibus pedesque carminibus ligarentur. quo vix sine quodam melo possent voces talibus vinculis connexe proferri; quod quidem antiquissimum scribendi genus fuit ante Pherecydem Syrum, qui primus apud Grecos prosa 25 dicitur scriptitasse [2]. que res adeo exculta est, quod iam centum, ut docet Servius [3], metrorum differentie reperte deque viginti octo

E ciò si comprende meglio ove si pensi alla origine sua, chè, volendo i primi uomini parlare della divinità

ed essendo incapaci di trovar parole al subbietto conformi, s'espressero con figurato linguaggio.

Di qui la melodia che s' accoppiò alle parole, onde nacquero i versi;

forma prima del pensiero fino ai tempi di Ferecide;

quindi numerosissime le specie di versi che s'usarono d'allora in poi.

(1) Son queste idee intorno all' origine religiosa della poesia le stesse ch' egli sviluppò più largamente, per tacer d' altri scritti, nell' opera della sua vecchiezza, il *De Hercule eiusque laboribus* e soprattutto nel cap. I del I libro: De poesi contra detractores compendiosa defensio et unde putandum est originem habuisse; codd. Vat. Urb. 201, c. 75 A e 694, c. I A. Vi si riconosce subito l' influsso delle opinioni aristoteliche in proposito e, in maniera anche più evidente, quello delle teoriche esposte dal Boccaccio nel lib. XIV delle *Geneal. Deor.* cap. VIII. Cf. HORTIS, *Studi sulle op. lat. del Bocc.* p. 185 sgg.

(2) Cf. PLIN. *Nat. hist.* VII, LVII, 14; ISIDOR. *Orig.* I, 37.

(3) M. SERVII HON. gramm. *De centum metris* in KEIL, *Gramm. lat.* IV, 457.

pedum variatione confecte sunt. hoc tam elimati dogmatis eloquium per singulas examinatum syllabas, per quoslibet pedes mensuratum solummodo constat poetarum esse, qui regum atque deorum, hoc est deificatorum hominum, merita gestaque canentes, 5 tum veritatem hystorie tum naturalis alicuius effectus seriem tum morum nostrorum rationem tum rerum celestium altitudinem adumbrate locutionis involucro, multa sub litterali cortice subtegendo, excellentissime retulerunt. nunc autem erigat mentem quicunque non credit tot requirere poeticam facultatem, quod 10 istud poetandi propositum sic faciat suos cultores excellere, ut digni quidem honoribus, presertim qui facundiam exigunt, censeantur et secum paulisper meditetur que poetarum sit materia queve dicendi forma: et ex tunc proferat, si voluerit, certa cum ratione sententiam et dicat, si potest, an perfectus possit esse 15 poeta vel plenus poematum intellector, si cunctarum rerum divinarum et humanarum noticiam non habebit; aut, quanvis illa cognoverit, si modum formamque dicendi et illam fingendi seu figurandi diligentem elegantiam ignorabit. quod cum omnino negari non debeat, nonne patet intentum poetice studio sic perfici, 20 tot documentis, dum ad illam satagit pervenire, compleri, quod dignus evadat, qui rebus maximis proponatur? quem gradum, si forte negaveris te, dum poesim sequeris, assecutum, non iam de musis, sed de tua negligentia vel tarditate ingenii conquVeraris et desine musis maledicere, qui, si gratus extiteris, reverenter 25 ipsas debeas adorare. nec iam, ut tuam iniusticiam, ne dicam inscitiam, recognoscas, dicas te proiectum in tenebras exteriores (1), qui in tanto cunctarum rerum lumine atque splendore in sola poetice professione verseris; nec iratus exprobres: quid prodes michi, Clyo et Calliope, aut quid prodesse valeres? Clyo quidem, 30 que quasi c l e o s, grece, latine g l o r i a m sonat, dum ad hec studia tuum animum appulisti, dedit ut velles; et ipsa Calliope, que

Poichè questo squisito linguaggio fu sempre proprio de' poeti, avvezzi a trattar cose sublimi,

come potrassi mettere in dubbio che gran cosa sia esser poeti,

e che costoro debban tenersi in grande stima?

Certo il vero poeta dee aver notizia di ogni cosa divina ed umana;

or chi sappia tanto non è degno d'altissimi onori?

Non si lagni quindi Giovanni d'esser negletto,

nè s' adiri con Clio e con Calliope, chè l' una gli diè il volere,

3. *Cod. omette* constat 7. *Cod.* involuto 11. *Cod. di* facundiam *non dà che le prime due sillabe, ma siccome queste cadono in fine di riga, è probabile che la finale sia rimasta nella penna al copista, mentre tornava a capo.*

(1) Cf. s. MATTH. VIII, 12; XXII, 13; XXV, 30.

l'altra il potere di ascendere tant'alto.
Nè affermi la povertà compagna de' poeti, nè adduca, ad esempio di ciò, i casi del Boccaccio.
La fortuna è sola signora de' beni terreni; nè il Boccaccio morì povero e da tutti negletto, com'ei pretende.

bona sonoritas interpretatur, effecit ut posses[1]. nec etiam, ut iratus dicis, affirmes musisequis senectutem irrepere vel egestatem ipsos tacitam irretire. nec Boccacium nostrum in exemplum adducas, qui exosus et inops mortalem sarcinam resignavit. fortune, ut ita loquar, hoc crimen est, que, ut Hystoricus ait, 5 profecto in omni re dominatur[2]; imo potius eterni Dei cuncta disponentis ordinatio est, qui, cum summe bonus, imo summa sit bonitas, cuncta proculdubio bene facit. quanquam nec Boccacium paupertas confecerit, qui germano suo domos dimiserit et agros et nedum non caruerit necessariis, sed etiam superfluis abun- 10 darit; nec exosus, ut inconsiderate dixisti, sed gratissimus multis vixerit et optimatum amicicias compararit[3]. quod, si tu ais, quotidianis inutilibusque laboribus ageris et ad portandas inutiles sarcinas occuparis, de te querelas strue, tibi et errori tuo, non musis, hoc quod conquereris imputato; qui pro poetica tue mentis 15 obtutibus obcecatis divitiarum cumulationem stulte inaniterque proponas. respice parum corruptibiles corrumpentes divitias, quibus, ex quo tales sunt, credo Dei munere datum sit, quod sint instabiles et fugaces, et, si vales, debilitatos illarum falso splendore mentis oculos ad hanc ducem tuam ex altera parte convertas et 20 conferas ipsam, si potes. videbis, ni fallor, illas etiam turpiter queri, hanc nonnisi rationibus honestissimis comparari; illas suis possessoribus graves et anxias, hanc suavissimam et securam; illas quotidie mutatos dominos perdere, hanc semper quibus se dederit inherere; illas solum summam intendere, hanc nichil aliud cogi- 25 tare quam famam; illas, quibus obvenerint sua contagione corrumpere, hanc sui studiosos maxima perfectione complere. peniteat ergo te, si rectum videtur, quod musas dilexeris et poeticam

Chè se egli spende il suo tempo in tediosi ed inutili uffici, s'adiri seco stesso e la sua bramosia di lucro.

Sprezzi le ricchezze vane e fuggevoli e s'attenga ai veraci beni che la scienza procura.

Si penta dunque, se può, d'aver seguito le muse, e non speso il tempo

4. *Cod.* exorsus

(1) Intorno a queste interpretazioni colucciane de' nomi delle muse, veggasi quanto è stato detto nelle note all'ep. xxii del lib. VII; II, 347 e 350.

(2) Sallust. *Catilin.* VIII.

(3) « Amicos habuit multos, sed ne- « minem, qui suae indigentiae subveni- « ret »; aveva già scritto del Boccaccio F. Villani (*De civ. Flor. fam. civib.*, ed. Galletti, p. 18); nè gli si era allora opposto il S. Sulla povertà del Boccaccio, attestata altresì dal Bruni e dal Manetti (op. cit. pp. 54 e 92), veggasi del resto il Mazzuchelli, *Le vite d'uom. ill. fior. scr. da F. Villani,* Firenze, 1826, p. 81, nota 42.

sis secutus et te tempus perdidisse, ex quo divitias non quesivisti, ingemiscas! dilexisti nempe rem divinam intellectum illuminantem, que inter homines non solum hominem perficit, sed preficit, pro qua videris ad opes transitorias suspirare. o quanto
5 melius gravis ille Democritus, qui paternas opes, cum adeo dives fuerit, quod exercitui Xerxis, mirabile dictu, facillime tradere potuerit epulum, patrie concessit, quo magis animo libero posset operam litteris indulgere [1]; quantoque prudentius Clazomenius Anaxagoras, qui post longe peregrinationis tempora, dum in pa-
10 triam rediens possessiones incultas desertasque comperisset, earum iactura se salutem, qua, salvis illis, cariturus fuerat, asseruit quesivisse! [2] tu autem, cum tibi sit satis ad necessitatem, adeo superfluis, que nullum habitura sunt terminum, tenaciter inhias, quod tuorum, proh pudor!, peniteat studiorum. an nescis, ut Naso
15 testatur, quod

Meonides nullas ipse reliquit opes? [3]

nonne de Statio nostro legisti apud Satyricum Aquinatem:

Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agavem? [4]

et quid? nunquamne tibi de Plauto legenti occurrit ipsum apud
20 molam pistrinariam interdiu rotandam in gyrum victum egerrime quesivisse, cum tamen infinitas ediderit comedias et a doctissimis non inter postremos comicos reponatur? [5] quanto laudabilius, postquam tibi ingenium dedit et ore rotundo musa loqui [6], tantum et tale meritis rarissimum bonum excoleres et eidem, negligendo
25 pecunias, indulgeres! quod si, musis delectatus et poeticis animum applicans, post ultimum rerum omnium finem, tecum aliquid, preter sciendi perfectionem, sine qua poetica nequit haberi, et ostensam tectamque figuris disserendi supereminentissimam facultatem, que proprie poetarum est, vel etiam divitias cogitasti,
30 dignissimum est te fuisse delusum et frustratum optatu, qui rem

nel sordido guadagno, d'aver preferito un divino ideale ad un fine terreno!

Gli esempi di Democrito

e di Anassagora,

lo richiamino sul retto sentiero; rammenti la povertà d'Omero,

di Stazio,

di Plauto;

e s'appaghi del prezioso tesoro che con essi divide.

Chè se egli si diede agli studi agognando non ad un fine elevato,

ma ad uno ignobile, è ben giusto che sia stato punito.

8. *Cod.* Clacomen. 20. *Cod.* pistrillariam

(1) Val. Max. op. cit. VIII, vii, ext. 6.
(2) Id. loc. cit. ext. 4.
(3) Ovid. *Trist.* IV, x, 22.
(4) Iuv. *Sat.* VII, 87.
(5) Cf. A. Gell. *Noct. Att.* III, iii, 14; Euseb. *Chron. can.*, Hieronymi vers. II, 125.
(6) Cf. Horat. *Ep.* II, iii, 323-24.

inextimabilem et divinam vilissimarum rerum aucupio duxeris adhibendam. an non tibi notum Persianum illud:

> Quod si dolosi spes refulserit nummi
> Corvos poetas et poetridas picas
> Cantare credas pegaseium melos (1); 5

Non deesi abbassar la poesia ad istrumento di lucro.

ut, sive hoc ironice dictum sit sive per interrogationem legatur, sic ut negatio pro responsione subdatur, intelligere oporteat non esse precio poetandum; sin autem totum affirmative sumatur, nonnisi poetas crocitantes ut corvos aut garrientes ut picas mercenarium habere cantum vates ille diffiniat? eleva mentem 10 igitur, mi Iohannes, et poesim quasi de quadam altissima dicendi sublimitate mirare, que modum omnem elocutionis ornatumque transcendens, litterali quadam iocunditate sensibus humanis alludens, figmentum aliquod pro inclusa veritate pretendit aut tropologice narrationis mysterio mores edocet vel quasi sursum 15 ducens anagogice dictionis oraculo statum eterne felicitatis, dum aliud videtur innuere, prefigurat, ut hec omnia poetas celebrasse manifestius innotescat. quid voluit Mantuanus noster Iunonem inducens umbram Enee pugnaci Turno, sicut in decimo legitur (2), obtulisse, nisi plane nobis vestigium aliquod relinquere veritatis, 20 cum certior hystoria indubitanter teneat Eneam secundo bello, quod Turnus, coniunctis Mezentii et Etruscorum viribus, Latinis indixerat, occidisse? (3) quid idem vates Eneam, utpote virum perfectissimum celebrando, intelligi voluit, cum, submerso Palinuro, fecit ipsum navem regere et clavo, dum magistri subit officium, 25 inherere (4), nisi nostre directionis et vite saluberrimum documentum, ut nos ipsi, videlicet nostrarum voluntatum simus, postquam magistros reliquerimus, directores? navis enim, qua per mare vehimur, nostram significat voluntatem, qua, sicuti navi quadam, in nostras ferimur actiones. et, sicuti expanso velorum sinu, navis, 30 quo ventus impulerit, rapitur, sic currens nostra voluntas primis

Elevi dunque la sua mente e contempli il sublime ufficio di essa, che sotto velo attraente di leggiadre invenzioni cela profondi insegnamenti,

come testimonia l'esame del virgiliano poema,

in cui ora s'insegna a regolar saggiamente la propria esistenza,

5. *Cod.* pegaseum 24. *Cod.* palitauro

(1) Pers. *Sat.* Prol. 12-14.
(2) Cf. Verg. *Aen.* X, 636-660.
(3) Cf. Tit. Liv. *Hist.* I, ii.
(4) Verg. *Aen.* V, 867-68.

motibus agitatur, remis autem, quasi sue libertatis arbitrio, non fertur, sed progreditur et quandoque ipsa sensuum mobilitate, sicuti quodam undarum euripo, trahitur et portatur. verum, si rationis gubernaculo, veluti navis clavo, voluntas nostra dirigitur, 5 omnis motus eiusdem, non solum illatus, sed insitus et, ut ita loquar, intercutaneus regulatur.

Et demum, ut huius alieniloquii tertium membrum expediam, nonne Maro noster felicitatem ultimam pro captu gentilitatis expressit, inquiens:

ora si accennano i misteri della vita futura.

10 Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt (1);

quod et alibi planissime tetigit, ex sua persona dicens:

Devenere locos letos et amena vireta
15 Fortunatorum nemorum sedesque beatas;

et subdit:

Largior hic campos ether et lumine vestit
Purpureo, solemque suum, sua sidera norunt (2).

hic autem loquendi modus non humanum videtur inventum, sed 20 divinum potius institutum, unde et sacre littere, quasi celestium et salutarium rerum sanctum perfectissimumque poema hoc stilo, quem poema profitetur, nobis sunt Dei munere tradite et ad nostram instructionem mirabiliter revelate, ut obmutescere debeat garrulitas atque multorum procacitas, qui petulanter ferunt de re 25 sibi non nota sententiam; et tu non possis iure conqueri, cum habeas, quod rei tam eminenti te puer dederis, gloriari. illud enim adolescentulus assecutus es, quod difficile fuerit alteri etiam longis temporibus adipisci; nec nosti, si sibi et tanto dono non fueris ingratus, quid tandem tibi dispositione superni numinis sit, 30 dum ipsam colis ipsamque sequeris, reservatum. vale. decimo octavo kalendas ianuarias.

Cosicchè confessar si deve essere la poesia divina istituzione, feconda di alti ammaestramenti.

Ed a lui non resta che rallegrarsi d'averla fanciullo abbracciata.

12. *Cod.* ostenduntur 29. *Cod.* qui tand. tibi despositã

(1) Verg. *Aen.* I, 204-206. (2) Verg. *Aen.* VI, 638-641.

VII.

Ad Astorgio Manfredi (1).

[N[I], c. 136 A]

Magnifico domino Astorgio de Manfredis
Faventie domino. 5

Firenze, 19 dicembre 1397?

Al quesito dal Manfredi propostogli, come Virgilio abbia cioè potuto introdurre nel suo poema, destinato a celebrare Enea, i biasimevoli amori di questi con Didone,

Exigis, magnifice et excellentissime domine, rem quesitu dignam, cum intentio fuerit incomparabilis poete Virgilii laudibus Enee celebrare genus Octavii, quo modo quaque ratione finxerit se Didonis contubernio miscuisse, cum et hoc sibi nota videatur infamie; et quoniam tunc nec fuerit nec esse potuerit, 10 nedum curiosum nimis censeri debeat, sed vitiosum. singularis quidem et inexcusabilis culpa laudantis est tangere laudandi vitia, nedum prosequi vel comminisci que non sint. verum quia vo-

(1) La corrispondenza poetica, che tenne Franco Sacchetti col tirannello romagnolo così nel tempo in cui fu podestà di Faenza (1396), come dopo il suo ritorno a Firenze (cf. F. Sacchetti, *I serm. evang. e le lettere* &c., ed. Gigli, p. 220 sgg.) poteva porgere prima d'ora argomento a riconoscere in Astorgio uno spirito non del tutto sfornito di letteraria cultura nè insensibile ai piaceri intellettuali. Ma, tenuto calcolo dello scarso conto che facevasi allora della poesia volgare, sarebbe stato imprudente ascrivere allo scambio di sonetti avvenuto tra il signor faentino ed il suo podestà un'importanza soverchia. Assai rilevante è quindi per questo rispetto la presente epistola, la quale al pari dell'altra, che le tien dietro quasi immediatamente (è la x di questo libro, p. 259) e ne forma il complemento, ci attesta meglio che non facessero le piacevoli rime del Sacchetti, come nel Manfredi suscitassero curiosità ed interesse de' problemi, che per la natura loro sembravano destinati a stimolare soltanto l'attenzione de' dotti. Perchè Astorgio provocasse il nostro a difendere Virgilio dall'accusa di aver a torto introdotto nel suo poema l'episodio degli amori d'Enea e Didone o gli chiedesse spiegazioni sul sogno di G. Cesare o ne sollecitasse il giudizio sopra l'opera giovanile d'un proprio protetto, faceva pur di mestieri ch'ei prendesse diletto nel leggere gli autori antichi, avesse la dottrina indispensabile per gustarli, si circondasse di uomini dediti alle lettere; possedesse insomma una cultura, che non ci saremmo a tutta prima aspettati di ritrovare in lui. Nè questo è del resto un fatto isolato, perchè, come già s'è avuto occasione di vedere e meglio ci avverrà di constatare in appresso, nelle piccole corti italiane della fine del secolo decimoquarto l'amore per gli studi erasi già fatto ben maggiore di quanto generalmente si creda.

lens Maro noster et suum Eneam canere simulque virum civili ratione prestantissimum figurare (1), laudandus erat singulariter de temperantia; cumque eum de çeteris laudasset virtutibus, ut de fortitudine circa naufragium atque bella et in navium combu-
5 stione et in descensu ad inferos et aliis in locis, que longum esset exquisite referre; laudasset et de iusticia necnon et prudentia, oportebat ut de moderatione circa generandi voluptatem in aliquo laudaretur. in qua quidem re, cum vera deesset hystoria, poetice loquens, ad poetica recursum habuit sacramenta; circa
10 quam rem mirari licet quot et quantis rerum adminiculis culpam levet. principio quidem naufragum et rerum omnium indigentem ad reginam perducit; Iunonem et Venerem illum fabricantes amorem, ne divinitatis cuncta disponentis desit auctoritas, introduxit; personas vinculo coniugali elegit solutas; reges, quorum
15 soluta legibus vita est (2) et maxima circa generationem licentia, finxit utrosque; quibus rebus illum a Deo concessum sic ordinavit concubitum, ut criminationi nullus daretur locus. ut, cum reges, filiis indulgentes, connubialibus soluti nexibus, divina dispositione favente et regia licentia, cum summa necessitas Eneam, ut illam
20 haberet propiciam, cogeret, iungerentur, nec turpe dici valeat nec reprehensione culpandum. et quoniam continentia, iuxta moralium sententiam, ut christiana documenta, quibus alligare Gentiles esset incongruum, omittamus, si non adsit impellens passio virtus esse non potest, necesse fuit, ut Eneas de continentia laudaretur,
25 ipsum carnalibus illis illecebris obsidere, quo veluti virtuosus e laqueis urgentibus educatur. magnum enim, imo maximum, est captum beneficiis volupique consuetudine circunseptum, Deo

risponde che il poeta, volendo simboleggiare nel suo eroe l'uomo perfetto secondo l'ideale civile, dovea lodarlo, oltrechè per le altre virtù,

anche per la continenza.

Ma siccome per far ciò gli mancavano fatti storici, ricorse a poetiche invenzioni, sforzandosi d'attenuar più che potesse l'errore del protagonista;

anzi di giustificarlo addirittura.

Come infatti Enea avrebbe potuto, se inaccessibile alle insidie della sensualità, metter in mostra la propria continenza?

1. *Cod.* Eeneam 4-5. *Cod.* combustionem 11. *Cod.* naufragium 16. *Cod.* adeo *ed omette* sic 18. *Cod.* solū *(sic)* 19. *Cod.* faciente *ed omette* et

(1) Intorno ai pretesi intenti mistici di Virgilio è da ricordare qui quello che il nostro scriveva sin dal 1378 allo Zonarini (lib. IIII, ep. xv; I, 300 sgg.); calcando le orme del Petrarca e del Boccaccio, i quali avevano già, seguendo a lor volta Fulgenzio, rivelate le verità morali nascoste nell'*Eneide*; cf. De Nolhac, *Pétr. et l'hum.* p. 111 sgg.

(2) Allude alla sentenza di Severo ed Antonino riferita nelle *Instit.* lib. II, tit. 17, Quibus modis testamenta infirmentur, § 8.

Mostrandolo invece pronto a spezzare al divino cenno i vincoli contratti,

licet admonente, ceptum et confirmatum amorem tam constanter tamque virtuose dimittere tantamque mentis firmitudinem, fragilitate carnis blandiente, prestare. amor igitur ille, quem necessitas recipere coegit, celum, imo divinitas, que celis imperat, fecit impleri, quem personarum non vetabat soluta condicio, sed mores 5 et iura regia permittebant, tot honestatus circunstantiis, non ad

il poeta ne cavò argomento di lode per lui.

infamiam fuit repertus, sed ut daretur materia veris laudibus ordinatus. adde quod illis heroicis temporibus et in illa gentilitatis cecitate, de qua dictum est:

Iupiter esse pium statuit quodcunque iuvaret (1), 10

Del resto la poligamia non era negli antichi tempi riprovata; e neppure l'amor libero,

hi concubinatus et polygamia sunt recepta; quod quidem adeo fiebat passim vulgoque permissum erat, quod inter philosophos, qui se vite morumque et honestatis preceptores profitebantur, secta consurgeret, que voluptatem esse summum bonum perti-

come prova il sorgere della scuola epicurea e cinica.

naciter diffiniret, quales fuerunt Epycurei et illi impudentiores 15 Cynici. que secta, licet haberet inter greca gignasia disputatores adversos infinitos, tamen habuit sectatores, paucos licet profes-

Merita quindi Virgilio quell' indulgenza,

sione, innumerabiles tamen re. excusatum igitur habe, precor, Maronem nostrum, qui rationi temporum servivit, qui concubitum illum humana ratione formavit honestum; quippe tante mode- 20 rationi contentus divinum etiam adhibuit ordinatum, quique, quod peculiariter poetarum est, sic illa confinxit, quod personarum observaverit proprietatem. sed dic, obsecro, dicant et omnes qui de temporum nostrorum ratione prisca vultis tempora iudicare, si

che, quando narrano le dissolutezze degli antichi sovrani e degli dei stessi,

reppereritis unquam in hystoriis regibus esse scortorum greges, non 25 feminarum solummodo, sed puerorum? nunquid legeritis Hylam Herculi, Cyparissum Phebo dilectum et ipsi Iovi Ganymedem raptum esse non poculorum ministrum, sed ad libidinis oblecta-

ottengono gli altri poeti e gli storici,

mentum? nec tamen ex hoc reprehensi sunt vel hystorici vel poete. an ignoratis Thalestrem, Amazonum reginam, commu- 30 nicandorum liberorum gratia, regem Macedonum, Alexandrum,

1. et *è coperto nel cod. da una macchia di cera.* 2. *Di* dimittere *non si leggono nel cod. che le prime tre lettere.* 4. *Cod.* recipi 11. *Par che il S. credesse* polygamia *un neutro plurale.*

(1) Ovid. *Eroid.* ep. IV, 133.

bellis occupatum adivisse et tredecim cum ipso diebus indulxisse veneri, quo voti compos rediret in patriam?(1) que cum de Gentilibus legantur, quis unquam auditus est reprehendisse poetas referentes aut fingentes de diis ac hominibus ista, que nostris moribus sunt pudenda? non est in Enee laudem iste concubitus, sed commendabilis a poeta vir redditur, quoniam invitatus multarum rerum illecebris nunquam arsit, sed moderate inducitur amavisse, adeoque constanter ab amore, qui concipi et urgere solet, Mercurio nunciante, discessisse, quod nullis precibus aut lacrimis exorari potuerit, etiam ut differret; ut merito dictum sit:

ai quali non si fa colpa di raccontar cose che oggi sembrano biasimevoli. Sebbene non tale da recar onore ad Enea, il suo amor con Didone finisce tuttavia per tornargli di lode.

Mens immota manet, lacrime volvuntur inanes (2).

Verum sub hoc figmento latet alter sensus, quem auctor intendit, quo licet ipsum, sicut poetas reliquos, de similibus excusare. et ut ad hoc brevissime veniam, Flavius Planciades Fulgentius, scribens ad Catum de intellectu Virgilii, vult ipsum in quarto ferventem describere iuventutem(3), cum apud Drepanum sepulto patre, quasi tandem, ut inquit Flaccus,

D'altronde sotto il velo letterale si cela pur qui un senso riposto, come Fulgenzio manifesta.

custode remoto,
Gaudet equis canibusque et aprici gramine campi (4).

venatum quidem vadit et in concubitum labitur reginalem ac monente Mercurio, idest ingenii bonitate, libidinem deserit et ad honestiora se comparat in futurum. nam et Eneam, anime figuram obtinere volunt, que corpus humanum inhabitat: enos

Enea difatti simboleggia l' anima racchiusa nel corpo;

3-4. *Di* referentes *a cagione d'una macchia non si leggon più le lettere finali nel cod. dove pure manca l'* a *di* aut 4-5. *Di* moribus sunt *non si leggono nel cod. che le due lettere iniziali e le due ultime.*

(1) Cf. Q. Curt. Ruf. *De gestis Alex. Magni,* VI, v, 25; Iust. *Trogi Pomp. Hist. phil. ep.* II, iv, 33.

(2) Verg. *Aen.* IV, 449.

(3) Cf. Fabii Planciadis Fulgentii *Virgiliana continentia* in *Mythographor. lat.,* Amstelodami, CIƆIƆCLXXXI, II, 148 sgg. Intorno a Fabio (non Flavio, come il S. lo dice) Planciade Fulgenzio, grammatico africano fiorito tra il 480 ed il 550, cf. Ebert, *Hist. génér. de la littér. du moy. âge en Occid.* I, 507 sgg.; Teuffel, op. cit. II, § 480. Del gran conto in cui lo tennero il Boccaccio e la sua scuola ha discorso largamente A. Hortis, *Studi sulle op. lat. del Bocc.* p. 461 sgg.

(4) Horat. *Ep.* II, iii, 161-162.

enim, ut aiunt, grece, latine inhabitator dicitur. Anchises autem dictus est quasi pater in excelsis manens(1), que significatio Deum dat intelligere; omnis enim anima a Deo creata est, ut corpus inhabitet. nunc autem intellectum velim a litterali cortice dimoveas et hunc mysticum sensum advertas. et si primus liber notat infantiam, puericiam secundus, tertius adolescentiam, iuventutem quartus, virilitatem quintus et sextus ultimam senectutem; considera quam apposite cuncta distinguit. primo libro matrem videt et non agnoscit, quod est infantium; et

ed i primi sei libri dell' *Eneide* descrivono allegoricamente la vita umana dalla nascita alla vecchiezza;

Animum pictura pascit inani (2),

quia tunc res non agnoscimus, sed picturis rerum illarum, scilicet imaginibus, delectamur. ambulat Eneas in nube nec videtur, quoniam infantia naturaliter nichil exhibet, quo possimus de futuris infantis condicionibus iudicare; et ipse idem infans nisi velut in tenebris quicquam videt. tandem autem in puericiam ascendens, incipit loqui veris falsa permiscens, quod est puericie. quod enim capta fuerit Troia diruptaque hystoria est; equus autem ille troianus et omnia que traduntur ibidem gesta ad similitudinem hystorie dicta sunt; ea tamen ratione, quod considerantibus res, ut decet, ficta videantur esse, non facta; quod narrationis genus etati convenit puerili, que nec loquitur consequentia nec discernit. quis enim credat aliquos viros cordatos et sapientes audacie, imo temeritatis tante fuisse, quod equi lignei se incluserint alvo, vel Troianos tanta fatuitate dementes, quod adeo Synoni crederent in tanto belli turbine, quod recipiendi illius equi sive simulacri studio muros diviserint urbis et intentatis undique portubus Grecos crediderint recessisse? et ut ad librum tertium veniamus, quo adolescentia describitur, cuius vie sunt imperceptibiliores quam via colubri super petram, via navis in medio maris, aviumque vo-

talchè i casi d' Enea nel primo libro rappresentano l'infanzia dell' uomo,

nel secondo la puerizia,

nel terzo l' adolescenza

età per eccellenza mutevole e soggetta alla tirannia delle passioni.

(1) L'interpretazione del nome di Anchise proviene da Fulgenzio, che nell'op. cit. pp. 160-61, scrive: « Anchises enim quasi ainoiscenon (*sic*), « idest patriam habitans. unus « Deus enim pater, rex omnium, so« lus habitans in excelsis, qui quidem « scientiae dono monstrante conspi« citur ». Ma del nome d'Enea il mitografo africano non reca spiegazione alcuna.

(2) VERG. *Aen.* I, 464.

latus in aere, sicut vult Sapiens [1], nonne poeticus Eneas cum sociis,

Incerti quo fata ferant, ubi sistere detur,

. . . .

5 Diversa exilia et desertas querere terras [2],

divum acti consiliis, a Troia naves solvunt, portus mutant, longoque maris tractu vagi profugique de Phrygia currunt in Italiam et abscissam Italie trinariam regionem, ubi tandem apud Drepanum patrem amittit Eneas et, veluti custode remoto, gaudet
10 equis canibusque venatum pergens, et libidini deservit in Lybia? que cum ita sint et a viris sapientissimis affirmentur, quis vel Enee vel Virgilio culpe presumet ascribere, que videre possimus eum iuxta sensum intrinsecum non sensisse? sed dices: cur Didonem, mulierem continentissimam, elegit, cui tam deformem
15 famam inureret, presertim contra veritatem, cum illud nedum non fuerit, sed etiam ratione temporum nequiverit accidisse? [3] etenim septuaginta duobus annis, ut Iustinus innuit [4], ante conditam urbem Romam, Carthago facta est; cum inter deletam Troiam et Romam conditam intercesserint, Solino teste, anni
20 quadringenti et octo [5]; licet alii varie multumque differenter hoc tempus assignent, quod non expedit recensere. cui quidem calumnie respondendum puto, quod fingenti poete fuerat aliqua mulier assumenda; illa tamen visa commodior, quia celebris, quia propinqua regione, quia non distans etiam multo tempore, se-
25 cundum aliquos; denique propter sequentes inimicicias in hono-

Così essendo le cose, come puossi far colpa a Virgilio d' aver pensato ciò che, secondo l' allegoria, si presenta ben diverso da quel che dica la lettera?
Che se egli scelse Didone a protagonista di tale episodio, sebbene colei avesse vissuto prima d' Enea più e più secoli, ebbe per ciò fare ottime ragioni.

8. *Lascio* trinariam, *perchè è parola che può fare al caso; però preferirei leggere* trinacriam 13. eum] *Cod.* cũ

(1) *Prov.* XXX, 19.
(2) VERG. *Aen.* III, 7, 4.
(3) Che gli amori di Enea con Didone fossero una finzion poetica era stato dimostrato dal PETRARCA (*Sen.* IV, v) ed asserito poscia ripetutamente anche dal Boccaccio; cf. HORTIS, op. cit. p. 520; DE NOLHAC, op. cit. p. 114 sgg.
(4) IUST. op. cit. XVIII, VI, 9.
(5) Forse il S. citava a memoria o il suo esemplare recava una lezione falsa; Solino infatti afferma che dalla distruzione di Troia alla fondazione di Roma corsero non 408, ma 433 anni: « Ita... inter exortum Urbis et Tro- « iam captam iure esse annos quadrin- « gentos triginta tres constat »; C. I. SOLIN. *Collect. rer. memor.* ed MOMMSEN, I, XXVII, p. 11.

rem romani nominis hostem elegit potius quam genere federato, barbaram quam latinam aut grecam; quo commento bellorum, que successerunt inter Romanos et Carthaginenses, iecit poetica fundamenta [1]. et hec quidem ad illa que postulas satis sint. vale felix et mei memor. Florentie, decimoquarto kalendas ianuarias. 5

VIII.

A Tommaso di ser Rigo da Perugia [2].

[N[1], c. 54 b; L3, c. 35 b; Mehus, par. I, ep. xx, pp. 101–102, da L3.]

Firenze, 24 gennaio 1398?

Ricevette il codice promessogli di Marziano Capella, per antichità pregevolissimo,

Thomme ser Rigi de Perusio.

Habui, frater optime, Martianum, sponsionis tue non vadimonium, sed potius complementum; habui, frater optime, Martianum, antiquum, silicernium et qualem dixeras et optabam. 10

(2) Sen. op. cit. XXXII, 2-3.

stra viventes. sed illos, quos mors opprimit, antequam vivere vel sero vel semper incipiant, certum est totam moralem vitam amittere, quoniam aliud ab aliquando principium vite facientibus prorsus agant. nec est in hac expositione metus, qui, sicut ar-5 bitror, mutare veri contextus seriem persuasit, ut male agentibus maximam, magnam nichil agentibus partem vite profiterentur elabi. quoniam eis, sicut est inconveniens, videretur minus esse deformitatis male quam nichil agere; licet in antiquo proverbio sit esse melius male facere quam nichilum operari [1]. non sequitur 10 enim ad hanc expositionem hoc inconveniens, sicuti clarum est ex aliquibus sensibus, quos supra posui, provenire. quod quidem ego non falsum esse solummodo, sed flagitiosum, stultum turpeque iudico vel credere vel ponere vel tenere. nec quem moveat verbum illud e l a b i, quod videatur proprie tempori convenire. 15 non enim solummodo tempus elabitur, sed omne quodcunque dederis successivum. vivere namque moraliter vel in morali doctrina vitaque proficere, licet habitu maneat, actu tamen incunctanter successivum est, ut sibi convenientissime copuletur non minus quam tempori verbum istud elabi. ceterum quia mo-20 ralis vita tempore naturalis vite ducitur et procedit, quantum hoc tempore, quo naturaliter vivimus, prohibemur, seducimus aut negligimus institutioni progressuique vite moralis impendere, tantum perfectionis amittimus eius vite, qua rationales a brutis animantibus separantur. et hoc est, quod superius auctor dixerat: quedam 25 tempora eripiuntur nobis, quedam subducuntur, quedam effluunt.

come è sciuparla completamente il lasciarsi cogliere dalla morte prima d'avervi dato opera alcuna.

Questa spiegazione non urta nelle difficoltà, contro le quali naufragano le precedenti;

e benissimo s'intende, adottandola, il significato d'« elabi » applicato da Seneca alla vita morale.

2. *V* incipient 4. *M*[2] nex 5. *M*[2] mutari *LS dopo* seriem *dava* permutavit *che fu espunto.* 6. *V* profitentur 6-7. *L*[2] el. prof. 8. *L*[2] male deform. 8-9. *V omette* agere - nichilum 10. *L*[2] *omette* ad 13. *M*[2] video 14. *V* labi 16. *VR omette* in 17. *P* liceat *Me* abitu 17-18. *M*[2] inconstanter *V* manitanter *(sic)* successurum 20. *Dopo* et *M*[2] *dà* produ *cancellato.* *V* properdit *(sic)* 21. *L*[3] *P VR* seducimur 22. *M*[2] progressuque 23. *M*[2] rationalis ab, *ma il* b *cancellato.* 25. *L*[2] nob. erip. *Me omette* qued. subd. *VR innanzi ad* effl. *pone* que

(1) Se non quello qui rammentato dal nostro corrono però ancor oggi proverbi tra noi, i quali pur manifestando che chi fa corre pericolo d'errare, suonano però biasimo a chi nulla opera: « Chi non fa, non falla e fal« lando s'impara »; « Chi fa, falla e chi « non fa sfarfalla »; cf. GIUSTI, *Prov. tosc.* p. 112; I. von DURINGSFELD, *Sprichwörter der. Germ. u. Rom. sprach.* II, *34.

Coloro dunque che cominciano sempre a vivere oppur troppo tardi a ciò s'accingono, soffrono una turpe iattura, cioè perdono gran parte della vita morale,

et subdit: turpissima tamen iactura est, que per negligentiam fit; alias venit [1]. nunc autem hi, qui semper aut sero vivere incipiunt, quique prius moriuntur quam incipiant vivere, vitam istam laudabilem et moralem negligentes, iacturam turpissimam patiuntur; omnes quidem vitam coniunctam virtutibus sine dubio neglexerunt. etenim cum breves sint dies hominis quantum ad vitam moralem, brevem facimus vite cursum et ipsum nobis eripimus, vitam semper, ut diximus, inchoando, qua non sumus simpliciter, sed boni sumus; cuius tamen cum semper principium teneamus et iam bene vivendi voluntatem habitu quodam firmaverimus, partem non modicam possidemus. sin autem aliis intenti, sero, cum perficiendi spes non sit, nos componimus ad bene vivendum, subductis vite naturalis temporibus, nichil agimus, quoniam voluntatem huius bonitatis et vite per habitum in illa extremitate firmare non possumus, sed huius moralis vite partem non magnam, sed maximam perdimus, cuius quidem vix

come tutta la consumano quelli che, non occupandosi punto d' iniziarla, lasciano fuggire il tempo e giungono, senza nulla aver compiuto, al loro fine.

et inutiliter principium obtinemus. si vero nichil de vite principio cogitantes, agentes aliud, tempora nobis data transigimus, totius vite moralis bonitatem amittimus nosque potius inter bestias quam inter homines segregamus, ut eripi tempora male agentibus, subduci nichil agentibus, aliud autem agentibus quam sero vel semper vitam incipere, tempus effluere convenientissime dici possit, ut omnia verba Senece dici debeant ad hunc sensum, quem elegimus, pertinere.

Comprova da ultimo questo suo dire citando l' esempio di tre pittori,

Et ut rem hanc figuraliter videamus, fingamus tres pictores unius et eiusdem diei spacio opus faciendi unius hominis vel alterius rei effigiem certis iuxta sui operis merita premiis promi-

2. *Me* aliter, *ma LS dà* alias *in tutte lettere e così dee sciogliersi l'abbreviazione* al' *che recano tutti gli altri codd; L^2 però* vel   5. *A* pat. *s'arresta l'ep. in V* L^2 virt. con.   6. M^1 homines (i *sopra*)   8. M^1 vit. ut dix. semp. inch.   9. M^2 *in luogo di* cum *dà* enim   11-12. L^3 incenti *(sic)*   12. M^2 percipiendi   nos] L^2 *VR* non   14. L^2 voluptatem   bonitatis] *LS* M^1 M^2 *P* voluntatis   18. *Me* transivimus   20. *Me* quod   21. M^1 *dà* subduci - autem *agg. in margine dalla stessa mano.*   22. M^1 M^2 *P* vivere *e così leggeva anche LS, dove dopo* vitam, *che è in rasura, rimane un* re *espunto dal correttore.*   *Me* inciperent   24. M^1 *P VR* eligimus   25. M^2 singulariter   27. M^1 *dà* certis *agg. in margine dalla stessa mano.* L^2 op. sui M^1 *dà* merita *in interlinea.* M^2 suis premiis operis premia, *ma l'* s *di* suis, premiis *e* premia *vennero cancellati.*

(1) SEN. *Ep. ad. Luc.* I, 1.

sisse et diem illam sic cuilibet sufficere, quod si vel modicum temporis amiserit, nequeat quod promiserit observare. nunc autem incipiat unus et arte graphica iaciat picture quam promiserit fundamenta; moxque facta delens aliud cogitet et intendat, quod, cum auspicatus fuerit, incumbere spongie faciens aliud initium meditetur. nonne sibi tempus eripit, ut licet ex magna parte tandem proficiat, implere tamen non valeat quod promisit? sin autem alter, rebus aliis vacans, cum advesperascere ceperit, pingendi propositum assumet, quantum ad observationem promissionis pictureque perfectionem pertinet, nichil agit. tertius vero de satisfaciendo non cogitans, nisi prius sibi sol occubuerit quam inceperit, nonne totum quod debebat omisit? nullus horum quod promisit effecit; prior tamen aliquid operatus est, incipiens multotiens quod debebat, precipue tamen de inconstantia reprehendendus. secundum autem sic incipientem, quod perficere nequeat, quis non irrideat ut insanum? tertium vero quis infidelitatis et negligentie non accuset? ut si volueris attendere, magna pars operis culpabiliter elapsa sit illi, qui eripiens sibi tempus, tandiu circa principium laboravit; culpabilius autem et maximam operis partem amiserit ille, cui tantum diei subductum est, quod quodam modo nichil acturus, quod perficere nequeat frustra, hoc est nichil agens, sero nimium inchoavit: tota vero dies cum omni plenitudine culpe lapsa fuerit occasum ante quam inceperit expectanti (1).

de' quali uno sprechi il suo tempo in tentativi ed abbozzi, che poi distrugge;

l' altro non s' accinga al lavoro, se non sul finire del giorno,

il terzo infine non si preoccupi d' eseguir quanto promise se non a notte fatta.

Or di costoro il primo ha fatto qualcosa, ma è da stimar incostante,

il secondo è stolto,

il terzo è mancatore di fede:

e se il primo ha perduto gran parte del giorno,

il secondo l' ha perduto pressochè tutto,

e tutto in fine il terzo.

1. M^1 M^2 *omettono* illam *che in LS è aggiunto in interlinea.* L^3 *dà il* c *di* cuilib. *in rasura.* 3. M^2 iaceat 3-4. M^1 promiserat 6. M^2 eripitur 7. M^2 promiserit 8. *VR* aliter 10. M^2 nil agitur 11. nisi] *I codd. e Me* si M^2 si sibi prius 12. M^1 M^2 *P* non L^2 M^1 *VR* tecum *LS* totum, *ma in rasura.* M^2 debeat 14. M^2 *omette* de 15. M^2 quam; *in VR* quod *scritto* qd̄ *è correzione della sigla originaria* q' 16. M^1 M^2 *omettono* ut *che LS dà, ma aggiunto in interlinea.* 17. *P* accusetur 19. M^2 culpabilis 20. cui] *VR* qui L^2 dici *(sic)* M^2 seductum 21. M^2 *omette* quod - actur. 24. M^2 incepit

(1) Sebbene deferentissimo si mostri verso il S., pure G. Barzizza non ne accoglie interamente l'ingegnosa esposizione della « nodosa littera » (com' ei la dice) di Seneca. « Restat », scriv' egli dopo averne accuratamente riassunti gli argomenti, « ut aliqua dicantur de sententia et opinione egregii viri Collutii, quia nulla propinquius videtur ad intentionem auctoris « accedere. subiciens itaque semper « me correctioni maiorum et meliori « sententie, dico quod eius opinio non « potest ex omni parte sua stare. et

Spera che l'amico rimarrà pago alla fornitagli interpretazione

Habes, Antoni carissime, quod petisti. nescio tamen si tibi videbitur quod ego michi verissimum persuasi. si id erit, gaudebo. quod si tua vel aliorum mens non requiescet in his que dixi, facillime fore crediderim quod alius veriorem sensum fortioribusque rationibus excudere moliatur. quod ego libenter viderim, ut addiscam vel cum illo, quisquis fuerit, huius rei discutiam veritatem. 5

e rammenta alcuni libri che attende da lui, tra i quali Euclide e Torrigiano.

Vale et memento Euclidis, Turrisiani et Problematum expositoris (1). Florentie, octavo idus februarii.

2. id] M^2 hic 4. M^2 dix *(sic) In* M^1 fore *è agg. in margine dalla stessa mano.* M^2 crediderunt 5. ego] *VR* ergo 6. L^2 quisque 6-7. *LS* discutians *(sic)* M^2 discutias 8-9. L^2 *VR* problebatum *P* probleumatum 9. M^2 *dopo* idus *dà* febria *cancellato. P soggiunge* Explicit.

« primo quantum ad expositionem « illius verbi agentibus, ubi dicit « quod agere idem est quod vivere, istud quidem et si verum « sit, attenta significatione sua, que « est multiplex, tamen non potest « exponi sic in presenti litera. patet « statim. quid enim esset dicere nil « agentibus, idest nihil viventibus vel aliud agentibus, idest « aliud viventibus? non enim « sensus grammaticalis talem admittit « constructionem. preterea (?) expo- « sitio sumpta a similitudine pictorum « non satis apte potest stare. vult « quidem eum qui tarde venit ad pin- « gendum nihil egisse, cum tamen « concedat eum qui tempestive venit « et totiens delevit incepta aliquid « egisse. peccat igitur in eo quod « falsum presupponit in exemplo hoc. « si enim actio refertur ad suam per- « fectionem aut nihil egerit ille oportet, « qui opus non perfecerit, aut si po- « nentem multa principia concedimus « aliquid egisse, necesse est ut non- « nihil egerit, qui unum tantum prin- « cipium posuit. ex quo male sup- « posito impugnatur sententia ab eo « posita, cum dixit illum qui incepit « vivere, cum esset desinendum, nihil « egisse et sic maximam partem vite « amisisse; concedens tamen eum ali- « quid agere, qui semper incipit vivere; « quare eius sententia iudicio meo in « hac similitudine et expositione non « est approbanda ». E qui propone di modificare l'argomentazione del S. in maniera da adattarla al senso generale del testo; ma poi conclude: « illud tamen confiteor quod nunquam « ita plene tractari potest, quin relin- « quatur contrariis argumentis mate- « ria »; cod. cit. c. 113 A-B. E son parole che oggi ancora fanno al proposito.

(1) Per ciò che spetta alla cognizione che si aveva di Euclide in quel tempo cf. HORTIS, *Stud. sulle op. lat. del Bocc.* p. 381 sgg.

Forse di Torrigiano, il celebre medico fiorentino, fiorito nello scorcio del secolo XIII, il S., che aveva probabilmente stimolato Filippo Villani a tesserne la curiosa biografia, bramava possedere il commentario ai libri della *τέχνη ἰατρική* di Galeno, intitolato pomposamente *Plusquam commentum*; cf. TIRABOSCHI, *Stor. della lett. it.* to. V, lib. II, p. 376. A qual autore voglia alluder il S. nominando l' « Expositor « problematum » non saprei.

X.

Ad Astorgio Manfredi (1).

[N[1], c. 138 b.]

Eidem.

Firenze, 13 febbraio 1398.

Si compiacque apprendere dalle sue lettere che quanto gli aveva scritto sugli amori d'Enea era stato sufficiente ad appagarlo.

Non altrettanto può dir egli della controversia trasmessagli,

la quale attesta la immaturità di chi l'ha composta, pur mettendone in mostra il promettente ingegno.

Se l'autore vorrà ben persuadersi che nulla sa, potrà avanzare di molto negli studi:

5 Quod tibi placeant illa que scripsi, magnifice et excellentissime domine, gratum fuit per tuas litteras percepisse, non mei gratia, sed tui; quo super illa dubitatione, quam movisti, animi tui quietus remaneat intellectus. et si que scripsi, ni fallor, attendas et digeras, videbis illam scolasticam controversiam, qua 10 mortua mortuum accusat, nec personarum ratione consistere; que non sint, cum inter reos fato functi non possint referri quique dum viverent inscripti fuissent, adveniente morte, deleri debeant (2); nec crimine, quod non subsit. vidi controversiam illam, plenam verbis, sed inanem rebus et etatem auctoris, si sit adolescens, ut 15 insinuas, redolentem; habet tamen et pre se fert ingenii venam, quod si coluerit spero quod in virum evadet mirabilem. moneo tamen quod sibi non placeat, nec in addiscendi cursu respiciat que transierit, sed potius quid transeundum, memor quod primum sapientie vestibulum est hoc unum, scire quod nesciat (3). que 20 quidem opinio sic firmanda est, quod quantumcunque didicerit semper teneat se nescire. sin autem se scire sibi persuaserit, ei

14. *N[1]* actoris

(1) Ricevuta l'ep. vii di questo libro, Astorgio Manfredi erasi affrettato a render grazie al S. delle ingegnose e persuasive spiegazioni fornitegli intorno all'episodio virgiliano degli amori d'Enea e di Didone; e poichè, a quanto pare, la controversia agitatasi nella sua piccola corte letteraria aveva pôrto occasione ad un giovane studioso da lui protetto di comporre una declamazione, in cui la regina cartaginese rivendicava i suoi diritti, conculcati dall'eroe troiano, forse dinanzi al tribunale del regno inferno, così egli volle che il S. avesse copia di cotesto scritto e gliene inviasse un giudizio. Inoltre sottopose al cancelliere fiorentino un nuovo suo dubbio intorno all'interpretazione che gli aruspici romani avevan data, secondochè narra Svetonio, d'un profetico sogno di G. Cesare.

(2) Cf. *Digest.* lib. XXXXVIII, xviiii, de poenis, 20 e W. Rein, *Das Criminalrecht der Römer,* Leipzig, 1844, p. 280.

(3) Cf. l'ep. v del lib. VIII; II, 382.

ma se invece penserà l' opposto, non riuscirà a far nulla di buono,

denuncio de profectu suo, mox ut id imbiberit, actum fore. semper enim quesitis fruens, nil queret ulterius, nil addiscet, sed potius quod sciverit obliviscendo dediscet. volo tamen, licet se scire perpenderit et de sciendo suspiret, quod, exemplo Dedalide, pennis cera nexis non confidat; profundius immergantur oportet, 5 prius quam sufficiant ad volatum. hec hactenus.

perchè, confidando ne' suoi deboli vanni, precipiterà, come Icaro, a terra.

Passa poi a toccare dell' interpretazione data dagli aruspici al sogno di G. Cesare, che non già pare ad Astorgio aver presagito la elevazione all' impero, bensì la sciagurata fine del dittatore.

Nunc autem videntur tibi somniorum coniectores errasse, quod, cum, teste Tranquillo, Iulius Cesar, questor in Hispania, sibi visus fuisset per quietem matri stuprum intulisse, ipsum ad spem amplissimam incitaverint, arbitrium orbis portendi interpretantes, quando 10 mater, quam subiectam vidisset sibi, non alia esset quam terra, que omniparens haberetur (1); videturque tibi rem illam turpissimam et abominandam potius infelicem eius interitum Brutique sacrilegium denotasse. de quo quidem, cum artis illius ignarus sim, nescio respondere: discessit enim ab usu totum illud, quo futura per 15 somnia somniabant; religione videlicet christiana vanitates illas prohibente. affirmari tamen non potest, licet somnium illud aliud esse forte portenderet, illos falsum aliquid respondisse. minus forte quam esset in arte vel in futuris illis rebus, quas somnium de sua natura respiceret, responderunt; falsum autem omnino, 20 sicut eventus docuit, non fuerunt arbitrati: attigerunt tamen quod magis ad imaginem illius somnii pertinebat. quid enim in eo visum est, nisi Cesar, mater atque concubitus? horum trium unicum clarum fuit; duo vero similitudinum ambagibus involuta. clarus enim Cesar extitit, ad quem expresse somnium et eius in- 25 terpretatio pertinebat; persona vero matris umbra fuit, pro qua peritissimi coniectores terram interpretati sunt. sic et Apollinis responsum, datum Superbi Tarquinii filiis, illum in regno successurum, qui matrem prius osculatus fuisset, interpretatus est Brutus, qui regiam expulit dignitatem eique consul annali pro 30 perpetua dominatione successit. mox etenim, audito responso,

Benchè tale vana arte sia ormai caduta in oblio, ed egli quindi l' ignori,

pur non stima che gl'indovini rispondesser il falso;

anzi, colla predizione loro cercarono dar della visione una spiegazione ragionevole,

indicando nella madre la terra,

come già avea fatto l' oracolo di Delfo rispondendo al primo Bruto, che cacciò i Tarquini.

1. *Cod.* ad imbiberis 3. *Cod.* didiscet

(1) È qui riportata quasi alla lettera la narrazione di SUETON. C. I. Caesar, VII; ma lo storico latino non scrive già che Cesare abbia avuto il sogno, mentr' era questore in Ispagna, come gli fa dire il S., bensì invece in tempo nel quale trovavasi « in urbe ».

captato velut omine, se cadere simulans, terram osculatus est, eo quod eam matrem omnium iudicaret[1]. nec eum fefellit opinio. exactis quidem regibus, summum magistratum, quem a consulendo rei publice consulatum appellavere, vel a c o n s u l o, quod 5 est i u d i c o, sicut Quintilianus affirmat[2], quoniam consulum erat ab initio iudicare, Brutus obtinuit. nam concubitus ipse, qui cepit in coniugibus, quorum mulier in potestate viri, tam divine vocis oraculo[3], quam humani iuris instituto temporibus illis fuit, quid rectius figurare potuit quam dominium, in quod videmus, con- 10 cedente patria, Cesarem ascendisse? denique concubitus, qui ad generationem ordinatus est, non ad interitum, hoc idem portendit, quod innuit etiam matris nomen, ut velle talis somnii coniecturam ad Bruti scelus et dictatoris cedem trahere non sit de figura somnii nec eius lineamentis congruens, sed inventum quod- 15 dam ad libidinem arbitrantis. sed dic, precor, Astorgi, putasne solas somniorum imagines sufficere coniectantibus; an ea potius secundum somniantium personas et personarum qualitates condicionemque locorum et temporum variari? credisne simile somnii nefas nunquam ulli preter Cesarem contigisse? quod si, 20 quod verissimum arbitror, multos talis visus ludibrium sepe confudit, cur non imperium, ut illi dixerunt, vel sceleratas cedes, ut tu vis, ne semper dixerim, aliquotiens non portendit? habent, arbitror, ista fidem non ex visis solum, sed ex aliis, que nos latent queve totam mutant et subruunt coniecturam, ut non sit no- 25 strum rite ne vel perperam illi responderint iudicare. nam etsi velimus horum professores aspicere, scribit Achimet Serim filius libro D e i n t e r p r e t a t i o n i b u s s o m n i o r u m: si quis cum matre coierit, bene faciet indigno, sed vituperando et penitendo[4]; quam quidem interpretationem Egyptiis tribuit atque

L' illusione che ebbe Cesare di giacer colla madre, ben si confà colla dominazione, da lui sulla patria esercitata;

nè il concubito può significar morte, se da esso per decreto di natura nasce all' opposto la vita.

Convien poi riflettere che nello spiegar i sogni gli indovini hanno presenti tutte le circostanze di tempo e di fatto, che concernono chi ha sognato,

le quali spesso valgono a turbare ogni congettura.

Del resto Achmet, autore d' un trattato sull' interpretazione de' sogni, porge del fatto che Cesare sognò una spiegazione diversa,

1. *Cod.* homine 12. *Cod.* vellet

(1) Cf. Tit. Liv. *Hist.* I, lvi.
(2) Quintil. *Inst. or.* I, vi, 32.
(3) Cf. *Genes.* III, 16.
(4) Achmetis F. Seirim *Oneirocritica,* De mulieribus, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina cap. lxxvii: « Si quis visus sibi fuerit coivisse cum matre vel sorore, « beneficiis indignum adficiet eaque de « caussa vituperabitur ac ipsummet « facti poenitebit »; in Artemidori Daldiani... *Oneirocritica,* ed. Rigault, Lutetiae, ciↃiↃciii, II, 91. L'originale arabo dell'opera di Achmet par sia an-

che potrebbe pur a Cesare adattarsi.

Persis. cui si credere velimus, somnium illud ad id respexit, quod Cesar civibus, ingratissimis percussoribus suis, plurima bona fecit.

Ma quanto concerne la divinazione è da riputare tuttavolta privo di ogni fondamento.

sed hec omittamus. aruspicium enim, exta coniectationesque somniorum, divûm interpretationes, Phebi numina et tripodas et Clarii lauros et sensa siderum 5

Et volucrum linguas et prepetis omina penne,

ut ille ait(1), et quicquid auctoritas pontificum, responsa vatum et augurum diligentia de futurorum scientia pollicebatur, vanissimum semper dixi. et hec satis.

Rinvia la declamazione del giovine protetto da Astorgio, raccomandando a costui d'aiutarlo a proseguire gli studi.

Nunc ad illum iuvenem redeo, qui super materia de qua alias 10 contuli excusando Virgilium de introductione Didonis tot verborum ambitu declamavit et libellum eius, quoniam michi videtur approbatione dignus, remitto, ne pro fama iuveni, qui animandus, non deterrendus est ab his studiis, paretur infamia. tu vale, domine mi, et illum servitorem, ut conicio, tuum non animes solum 15 ad studia, sed adiuves oro et A u g u s t i n i sis fidelis restitutor(2).

E chiede gli restituisca a suo tempo un codice di S. Agostino.

si enim alium haberem non repeterem. iterum vale. Florentie, idibus februarii.

XI (3).

Ad un frate camaldolese. 20

[L3, c. 41a; N1, c. 62a; Martène-Durand, *Veterum scriptorum et monumentorum ampl. collectio*, III, 903-4, da L3; Mehus, par. I, ep. xxii, pp. 116-118, da L3.]

Firenze, 17 marzo 1398?

Si stupisce nell'udir che i suoi confratelli lo sollecitino a festeggiar il suo giubileo monacale con una refezione,

Mirum est, vir religiosissime, pater optime, quod sancta familia confratrum tuorum, que tecum militat, exigat, ut scribis atque 25 dixisti, transitoriam refectionem, quam p i e t a n t i a m appellatis, a

20. *L3 N1 dànno l'epistola anepigrafa.* *M-D* Epistola I Anonymi cuidam monacho iubilato *Me* Anonymo 26. *M-D* pittanciam

dato smarrito; in quanto all'autore si riconosce generalmente in lui quel medico arabo, fiorito circa l'820 d. C., che scrisse sette libri sull'arte salutare.

(1) Verg. *Aen.* III, 359-361; ma in questo verso il testo dà « pinnae ».

(2) Forse di quest'invio era fatto cenno in un'epistola ad Astorgio, che non ci è pervenuta.

(3) Esemplando la presente nel proprio copialettere, il S., che, a quanto sembra, aveva i suoi motivi per tener celato il nome di colui al quale essa è diretta, la lasciò, come era suo co-

te, qui quinquagesimum in monasterio transiveris annum, postulando quod cum ipsis, sumptu et elemosina tua, festum celebres iubileum. sed magis admiror, quod te vindicandum asseras in quam nescio libertatem. principio quidem quid religioni cum 5 iubileo, cum illud ad temporalis libertatis lucrum et rerum carnalium atque fluxarum rationem institutum fuerit; hec ad spiritualia et permanentia, ad que omnes anhelare debeant, ordinetur? et quoniam hoc fieri nequeat sine pecuniis et tu voveris paupertatem, nec aliquid habere valeas peculiariter, cum omnia sint inter 10 vos communia, cur id petunt a te, quod per te nequeas exhibere? quod si forsan suffragatores inveneris, qui quod expediens fuerit

e che egli stesso aspiri, giunto al cinquantesim'anno della sua professione, a vivere sciolto dai vincoli della regola.

Nè la prima cosa dee esser possibile per lui che ha fatto voto di povertà,

1. *L3 M-D* quod *M-D omette* in monasterio 2. *M-D omette* quod 4. quid] *N1* quod 7. *M-D* ordinentur 8. *Me* quando *L3 N1 Me* noveris; *la correzione da me adottata si trova già in M-D.* *N1* paup. nov. 9. nec] *N1* non 11. *Me* qui *invece di* quod *L3 M-D Me* inv. suffr.

stume in simili casi, anepigrafa; tale quindi ci è pervenuta ne' due codici che l'hanno conservata. E poichè vana impresa deesi giudicare quella di tentar di scoprire chi fosse il frate così vivacemente rimproverato dal nostro, così non sfuggirà alla taccia di leggerezza il Mehus, che volle identificarlo col padre Onofrio, a cui Coluccio scrisse l'epistola xv di questo libro. Nè Onofrio infatti poteva, come già avvertirono i compilatori degli *Annal. Camald.* V, 193, x, essere giunto, quando la presente fu scritta, ad età tanto avanzata da aver trascorso cinquant' anni nel chiostro, nè Coluccio avrebbe potuto affermare, come in quell' epistola afferma, che egli per l'appunto aveva stimolato Onofrio ad entrare in religione; perchè mezzo secolo prima il nostro non possedeva davvero l'autorità necessaria per dare altrui siffatti suggerimenti! Ben ci sembra però ragionevole congettura quella che il monaco bramoso d'allentare alquanto i vincoli d'austera disciplina che da sì gran tempo lo stringevano, abbia appartenuto all'ordine camaldolese e sia vissuto in S. Maria degli Angeli, perchè dentro le mura di questo convento, come già più volte s'ebbe occasione di vedere, il S. contava numerosi amici ed ammiratori, ch'egli era solito visitare e di persona e cogli scritti.

Anche rispetto all'anno al quale la presente appartiene nulla possiamo affermare. A collocarla qui siamo indotti dalla considerazione che il luogo da essa occupato in L3 sembra indicarla scritta in questo torno di tempo.

I pp. Martène e Durand, che primi la diedero alla luce insieme ad altre quattro epistole del nostro, si servirono per la loro stampa d'una copia che il Mabillon aveva tratta da L3 (veggasi la loro postilla marginale a c. 903) e sebbene ne sospettassero autore Coluccio, come attestano in Praefat. p. x, § 30, pur la misero in luce quasi fosse d'ignoto. Il Mehus, ristampandola, rifece capo al manoscritto, nè della precedente edizione diede cenno veruno.

impendant, nonne melius, quod in plura prandia dispensetur, quam uno convivio consumere quod parabis? non est hoc, Deum obtestor, spirituale desiderium, sed carnale, quod digne non efferveat nec sancte versetur in claustro. quid autem tibi tu vel illi nescio qua de libertate blandiuntur? semel obedientiam promisisti, qua te nulla consuetudo, nulla lex nullaque dispensatio liberabit. verbis tuis ligatus es et Deo per votum, non solemniter solum, sed indissolubiliter obligatus. si tibi libertatem persuaseris, apostata es; si prelatus te, velut liberum, permiserit evagari, requiret Dominus sanguinem tuum de manibus suis (1). consule tibi, consulas et illis, ut oportet, nec in has lascivias vite vestre sanctitas relaxetur, memores quod hostis antiquus ovili insidiatur dominico et, quasi leo rugiens, caulam circuit, querens quem devoret atque perdat (2). cui non tam arctus aditus traditur, qui mox in latissimam ianuam non patescat. sin autem cedendum sit consuetudini, sit refectio sobria, non abundans epulis, sed monitis et exemplis. michi vero quod voles imponito. vale et gaude, memor verum esse gaudium, quod ex boni operis conscientia natum sit. Florentie, sextodecimo kalendas aprilis.

nè tanto meno la seconda, poichè niuno può prosciogIierlo dai giuramenti con cui a Dio si è obbligato.

Lo ammonisce quindi a deporre siffatti pensieri, dannosi a lui non meno che a' compagni suoi;

chè se la refezione non si può negare, sia modestissima.

XII.

A Iacopo della Massa Alidosi (3).

[L3, c. 41 b; N¹, c. 62 b; Martène-Durand, *Vet. script. et mon. ampl. coll.* III, 905-907, da L3, frammentaria; Mehus, par. I, ep. xxiii, pp. 118-129, da L3.]

Insigni viro Iacobo de Massa Alidosiorum.

Firenze, 25 marzo 1398?

Indignatione commotus, quod nostrum Virgilium reprehendi videam, contineri non potui, quin his que scribis respondeam.

Le accuse rivolte da Iacopo a Virgilio hanno eccitato la sua indignazione.

1. nonne] *N¹* non me *M-D omette* quod - dispensetur 2. non est] *L3 M-D Me* nonne 6. *Dopo* nullaque *L3 Me ripetono* te 9. *Me* asseris *L3* pmiserit *(sic)* 10. *M-D* omnibus 12-13. *L3 M-D Me* ins. ov. 14. *L3* tradit 19. *N¹ omette* kalendas 25. *L3 M-D Me* Iacobo de Massa Alidos., *ma per* Massa *M-D dà* marca 26-27. *L3 M-D Me* vid. repr.

(1) Cf. Ezech. III, 18; 20; XXXIII, 8.

(2) Cf. I s. Petr. V, 8.

(3) Ai tempi del nostro Massa degli Alidosi (terricciuola dell'Emilia,

quis enim litterarum non ignarus equanimiter ferat, cum Maronem audiverit in criminationem adduci? qui, ni fallor, eloquentie latine princeps, verissime, sicut apud Macrobium legitur, talis est, quod nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur (1). sed cum 5 multa legerim obiecta fuisse Virgilio, nullus unquam id opposuit quod tu scribis. non Evangelus, quem legimus tam obstinatum hostem fuisse Virgilii, quod nullas eius laudes equo ferret animo,

Niuno che faccia professione di lettere può difatti tollerare che s'attacchi Virgilio, benchè questi sia inaccessibile ad ogni accusa.

Ma quella che gli muove Iacopo è inaudita davvero,

1. *N*[1] equamiter *Me* ferat 5. *M-D omette* id 6. *M-D* Evangeliis 7. *M-D omette* hostem

che oggi fa parte della provincia di Ravenna, circondario di Faenza), insieme a Castel del Rio ed Osta costituiva quella piccola signoria, di cui fino a metà del secolo XVII un ramo degli Alidosi signori d'Imola si mantenne padrone; cf. LITTA, *Fam. cel.* XII, Alidosi, tav. II. Vorrebbe anzi il Litta, che « da Masse o Manasse, « nome con cui si chiamarono alcuni « degli Alidosi », fosse quella terra denominata; ma a gran torto, perchè, com'è ben noto, col vocabolo « Massa » fin dal IV secolo dell'era volgare si volle significare l'insieme di uno di quei vasti possedimenti, che negli ultimi tempi dell'impero romano eransi andati formando a spese della piccola proprietà; cf. REPETTI, op. cit. III, 109; FABRE, *Massa d'Arno, Massa di Bagno, Massa Trabaria* in *Arch. d. R. Soc. Rom. di storia patr.* 1894, XVII, 5 sgg. Come tant'altre Masse in Toscana, in Romagna &c., s'ebbe dunque una Massa Alidosi sull'Emiliano. E da essa forse derivò il nome che, secondo notava il Litta, portarono taluni de' signori che la ressero; quello cioè di « Massa », non già di « Masse » e tanto meno di « Manasse ». Un « Massa q. domini Liti de Alidosiis », ignoto al Litta, troviamo infatti ricordato in un documento del 1339 a rogito di ser Salvi Dini da Firenze (cod. Magliab. Strozz. XXV, 4, 595, c. 265).

Di questa Massa pertanto fu nativo colui, al quale la presente è rivolta; ma siccome da essa niun dato si desume che giovi a chiarirne la vita, nè d'altronde verun'altra epistola del S. a lui ci è pervenuta, così non possiamo recare dei fatti suoi se non questa notizia: ch'egli era un grammatico, assai riputato a que' giorni, il quale coprì dal 1399 al 1402 la cattedra di grammatica e rettorica nello Studio di Bologna; PASQUALI ALIDOSI, *I dott. forest.* &c. p. 30; CORRADI, *Notizie sui prof. di latin. nello Studio di Bologna,* par. I, p. 46 (dove però Iacopo è detto per inavvertenza « degli Ali« dosi »). Se dopo il 1402 ei lasciasse Bologna per altra sede ovvero morisse non sapremmo dire; perchè null'altro ci è avvenuto di scovrire sopra di lui.

Incerta rimane pure la data dell'epistola; ma poichè essa entra in L3 a formar parte di quel gruppo di epistole del nostro che paiono spettare alla primavera del '98 e d'altra parte non ci sembra infondato il sospetto che a scrivere in biasimo di Virgilio Iacopo fosse stato spinto dalla piccola controversia sorta intorno al poeta latino tra Coluccio ed il Manfredi (cf. ep. VIII di questo libro), così deliberiamo, non senza titubanza, di collocarla a questo luogo.

(1) MACROB. *Sat.* I, XXIV, 8.

e tale da dover attirare la compassione sull' accusatore; altro sentimento non potendo eccitare chi o per ignoranza o per audacia giudichi Virgilio capace di errare.

quique nichil, quod in eius adduceretur defensionem, recipiebat[1]. tibi vero, mi Iacobe, cunctisque, qui de Marone male sentiant, compatiendum arbitror. nam, cum inconvincibilis reprehensionibus Virgilius sit, nonne commiseranter respiciendi sunt qui volunt aut putant Maronem errasse? verum, si non admonet ipsos scientia, nonne monere deberet auctoritas, qui videant quod Virgilius tot iam annorum seculis totius Parnasi tenuerit principatum, non solum invictus, sed etiam irreprehensus? presumptuosius, imo magis temerarium vel, ut rectius loquar, furiosius est quam putes, damnare Virgilium vel asserere quod errarit.

Niun poeta è stato mai più maestoso, più elegante, più grave, più profondo, più sagace; ed egli stesso ebbe piena coscienza dell'eccelso valore dell' opera sua come dimostra la lettera che scrisse ad Augusto.

nam si queras ornatum, nullus adhuc ad illius maiestatem accessit; si sententias, nullus adhuc ipsum equavit elegantia vel gravitate; si scientiam, mirum in modum omnibus antecellit; si inventionem, nullus acutior atque solidior. et, ut eiusdem Virgilii verba referam, audi quid de se sentiens scripserit ad Augustum. inquit enim: de Enea quidem meo, si mehercle iam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem. sed tanta inchoata res est, ut pene vitio mentis tantum opus ingressus michi videar, cum presertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus multoque potiora impertiar[2]. hec Virgilius; ut fateri necesse sit hunc poetam

Ma per venir al rimprovero mossogli da Iacopo,

altius opus suum, quam plerique cogitent, fundavisse. verum quenam obiectio sibi per te facta sit, si placet, ut ad ea que scribis veniam, videamus.

questi accusa il poeta d'aver detto Enea figlio di Venere e quindi frutto d' illegittima unione.

Inquis enim quod, cum voluerit Maro Augusti genus commendare, dicit Eneam Veneris et Anchise filium, quod quidem macula esse videatur, non laus generis, cum certa ratione relinquat intelligi sanguinis auctorem Eneam non legitimis nuptiis, sed

4. *N*[1] non commiserandus, *ma il* dus *fu poi trasformato in* ter 5. *Me* admovet 6. *M-D Me* movere 8–9. *N*[1] presumptiosius *M-D* presumptuosum 10. *Me* erravit 15. *M-D* audias *Me* scripsit 17. *M-D dà* tanta, *ma in margine avverte:* « f. tantum » *Me* tantum 19. *N*[1] peiora 21. suum] *Me* ipsum *e* cogitant 22. *N*[1] quedam *corretto in* quenam *Me omette* nam 24-25. *L*[3] *M-D Me* comm. gen. Aug. 26. *L*[3] *M-D Me* vid. esse mac.

(1) È ben nota la parte d'avversario della fama di Virgilio sostenuta da costui ne' *Saturnali*. Il suo nome era in seguito a ciò divenuto proverbiale.

(2) Questo frammento ci fu conservato da Macrob. op. cit. I, xxiv, 11-12.

stupro potius illicitoque concubitu procreatum. cave tamen, mi Iacobe, quoniam hec causa communis est multorum hominum et deorum, qui, cum essent simili turpitudine geniti, si turpitudo natalium est a deo gigni, se tamen deorum filios gloriabantur. 5 quid enim Herculi respondebis, cum se Iovis filium honoris gratia non fatebatur solummodo, sed iactabat? quid Apollini, quid Perseo, quibus suprema gloria videbatur se Iove genitos appellare? et de Hercule quidem cum Acheloo pugnaturo dicit Ovidius:

Se l' esser figli di divinità recasse disonore, sarebbero macchiati di tal pecca Ercole, Apollo, Perseo, i quali tutti presso Ovidio

Ille Iovem socerum dare se famamque laborum
10 Et superata sue referebat iussa noverce (1).

Danaeius autem heros (2), cum Athlantem alloquitur hospitium petens, quid inquit? audiamus et apud Nasonem, si placet, ipsum durum illum hospitem mollire cupientem. inquit enim Ovidius, hec referens:

vantano apertamente la loro origine celeste,

15 Hospes, ait Perseus illi, seu gloria tangit
Te generis magni, generis michi Iupiter auctor (3).

videsne quam notanter uterque Iovem patrem, ut nobilitate generis, quod optabat assequi valeat, fateatur, imo, quod plus est, alleget? nec id Maro subticuit, sed Eneam suum, cum Sybillam, 20 ut in infernum duceretur, exorat, quo facilius impetret, dixisse refert:

siccome Enea presso Virgilio è per ciò lodato più volte da diverse persone.

et mi genus ab Iove summo (4).

nec illa eadem Sybilla quod dixi mox honoris gratia, Eneam compellans, tacuit. inquit enim:

25 sate sanguine divûm,
Tros Anchisiade, facilis descensus Averni (5),

et cetera, que subnectuntur. nunquam autem vates elegantissimus et ultra quam dici possit morum et honestatis observantis-

1. *M-D dopo* stupro *aggiunge* fuisse 6. *N*[1] solum fateb. 8. *Me omette* quidem *L*[3] *M-D Me* pugn. cum Ach. 11. *L*[3] *N*[1] *M-D Me* Daphneius *L*[3] *M-D Me* alloq. Athl. 13. *L*[3] *M-D Me* ill. dur. *N*[1] *dopo* enim *dà* oui *e quindi* Ovidius 23-24. *L*[3] *M-D Me* comp. En.

(1) Ovid. *Met.* IX, 14-15.
(2) Così Ovid. (*Met.* V, 1) chiama Perseo, figlio di Danae.
(3) Ovid. *Met.* IV, 638-39.
(4) Verg. *Aen.* VI, 123.
(5) Verg. *Aen.* VI, 125-26; ma il testo nel 1° v. dà « divom », nel 2° « Averno ».

Questo non avrebbe fatto certo il poeta se ne fosse venuto disdoro al suo eroe; nè posto in bocca così a Didone,

simus [1], induxisset plurimos alloquentes Eneam eum filium Veneris appellasse, si fuisset hoc inter turpia reputatum. quid enim Dido? nonne Eneam concilians sibi dixisse legitur post primam eius allocutionem:

> Tune ille Eneas, quem dardanio Anchise 5
> Alma Venus phrygii genuit Simoentis ad undas? [2]

que quidem verba, si forent, ut arbitraris, talia, que notam aut turpitudinem in Enee genere vel arguerent vel inferrent, putasne quod vates optimus illa regine laudandi novum hospitem cupide

come ad Eleno,

tribuisset? nunquid et Helenum induceret regem eundem alloqui 10 dicentemque:

> Nate dea; nam te maioribus ire per altum
> Auspiciis manifesta fides? [3]

nonchè ad Enea medesimo il ricordo della sua origine divina,

an et ipsummet Eneam alloqui fecisset Evandrum in hec verba:

> Hoc signum cecinit missuram diva creatrix [4]; 15

si, prout arguis, esse dea genitum ad ignominiam reputasset?

come fa in più e più luoghi.

nunquid et idem reginam Penorum sermonibus detinens dixisset:

> Tum michi se, non ante oculis tam clara, videndam
> Obtulit et pura per noctem in luce refulsit
> Alma parens, confessa deam &c.? [5] 20

nunquid et matri verba faciens in personam virginis Tyrie, cui de se prius asseruerat, miro se exhaltans honore,

> Sum pius Eneas, raptos qui ex hoste penates
> Classe veho mecum, fama super ethera notus;

post aliqua subiecisset: 25

> matre dea monstrante viam [6],

2. *M-D* appellasset 3. *L3 M-D Me* conc. En. 6. *L3* Simeontis 7. aut] *M-D* et 9. *M-D* cupida 10. *Da* nunquid *a* laudare *(p. 269, r. 28) omette M-D.* 11. *In L3 il* que *dopo* dicentem *è aggiunto in interlinea.* 12. *L3* vate 18. *N1* videndum 20. *Me omette* &c. *dopo* deam

(1) Era proverbiale la castità di Virgilio già nell'età classica e la tradizione si mantenne nel medio-evo; cf. Hortis, *Studi* cit. p. 398.

(2) Verg. *Aen.* I, 617-18.

(3) Verg. *Aen.* III, 374-75.

(4) Verg. *Aen.* VIII, 534.

(5) Verg. *Aen.* II, 589-91; ma il 1° v. nel testo dà « cum ».

(6) Verg. *Aen.* I, 378-79; 382.

si fuisset illa nativitas ignominie vel pudoris? nimis inurbanum et stolidum Virgilium facis, qui rem totiens honoris gratia repetitam ad infamiam putas et verecundiam pertinere. nec esset hic error Virgilii solummodo, sed Nasonis, usque adeo quidem non 5 reputavit hunc concubitum, quo conceptus Eneas est, quemve tu stuprum vocas, abominabilem vel pudendum, quod eadem Venus, que superos ambierat colloque parentis circunfusa sui, non oraverit Eneam in deos transferri, sicut scribit Ovidius in hec verba:

Sciocco sarebbe in tal caso Virgilio, ed Ovidio con lui, il quale non solo mette in scena Venere implorante da Giove l' immortalità per il figliuolo,

> nunquam michi, dixerat, ullo
> 10 Tempore dure pater, nunc sis mitissimus opto,
> Eneeque meo, qui te de sanguine nostro
> Fecit avum, quanvis parvum, des, optime, numen (1).

nec hoc et alibi tacuit ad Germanicum scribens, qui de domo Iulia fuit, sed ait:

ma, esaltando Germanico, che era della gente Giulia, gli menziona a titolo d' onore la sua celeste discendenza.

> 15 Proximus Anchises; cum quo commune parentis
> Non dedignata est nomen habere Venus.
> Hinc satus Eneas, pietas spectata per ignes
> Sacra, patremque humeris, altera sacra tulit (2).

et infinitis locis uterque vates hoc idem cecinit tam ad Iulie 20 domus laudem quam ad gloriam Romanorum. nam quid de Romulo referam, quem Marte genitum confinxere; quod quidem romanus populus non ad ignominiam, sed in honoris titulos assumebat? post quos tu solus repertus es, qui rem hanc honorabilem et divinam in oculis tot vatum opinionis vanitate reduxeris 25 ad pudorem. adducerem et Homerum contra te, qui, Venere genitum Eneam asserens, multis ipsum, licet grecus, laudibus celebrat (3), nisi te viderem esse paratum calumniari, quod graius vates Eneam vituperare potius voluerit quam laudare. sed quid de

Che dir poi di Romolo, figlio di Marte?

Omero stesso, benchè greco, fa che Enea si dia vanto d' esser nato da Venere.

2. *L3* totius 3. *L3* putes 4-5. *N1 omette* hunc *e scrive* conc. non rep. – est En. *L3* queve *N1 omette* tu 7-8. *N1* En. non or. 8. *L3 Me omettono* scribit 10. *Me* parens 13. *Me non dà* hoc *ma* haec *L3 Me omettono* et 14. *L3 Me* Iulea 19. *L3 Me* Iuleae 21. *N1 dà* quid *per* quidem 22. in] *Me* ad 27. graius] *Me* gravis 28. *Riprende qui M-D.*

(1) Ovid. *Met.* XIV, 585-89; ma nel v. 586 il testo dà « oro » non « ullo ».

(2) Ovid. *Fast.* IV, 35-38; ma nel 1° v. il testo reca « Anchisen ».

(3) Cf. Hom. *Il.* XX, 208-212:
αὐτὰρ ἐγὼν υἱὸς μεγαλήτορος Ἀγχίσαο
εὔχομαι ἐκγεγάμεν, μήτηρ δέ μοι ἔστ'
[Ἀφροδίτη κτλ.

Iacopo si convinca dunque che il suo avviso è repugnante alla poesia ed alle tradizioni antiche.

Hercule dices atque Perseo, quidque de multis aliis, quos diis et mulieribus, deabus et hominibus genitos asseverat? ut te et omnes, in quorum mentem ascenderit hec opinio, scire necesse sit instare contra vos poetarum omnium auctoritatem et gentium sententiam, quibus ambitiosum et gloriosum fuerit hoc quod condemnas amplecti et velut rem supra condicionem mortalium venerari.

Non rammenta egli difatti che nelle età primitive non esistevano nozze?

La gloria proveniva allora agli uomini dalle lor virtuose azioni, non già dai generosi natali,

che sono un dono del caso,

nè ci arrecano onore,

perchè minore è la gloria per chi nasce bene, se opera virtuosamente, che non per chi fa altrettanto, ad onta dell' ignobile origine: benchè però a costui non incomba l' obbligo che corre al primo d'emulare in virtù i progenitori.

Sed dic michi: nonne venit in mentem quod, sicut opinatur Cicero [1], mortales ab initio rerum nuptias legitimas non noscebant? ut tibi certum esse debeat priscos illos homines non splendore natalium, non legitimis parentum coniugiis, que nulla apud ipsos erant, sed sola virtute sibi gloriam reputasse. quod quidem usque adeo verum est, quod si rationi volueris acquiescere, nullum prosapia et sanguine, sed virtute et meritis commendabis. nasci quidem ex hoc vel illo nostrum non est meritum, sed munus donumque fortune. sola vero virtus nostra est et suo resplendet lumine. quod autem parentum laudes in gloriam versentur nostram, nulla ratione firmari potest. imo, si virtuosus fueris et progenitores habueris virtuosos, minor est tua gloria, sicuti minus est eius, qui in paternum successerit regnum, decus, quam eius, qui primo quesiverit, quanvis fateri necesse sit maiorem impositam necessitatem virtuosorum filiis ad virtutem anhelare, quam illis, quos nullus maiorum splendor antecedit. et ob id, sicut culpabilius esset decus patrum deserere, sic commendabilius illorum gloriam adequare. adequare dixi, quoniam difficillimum sit, si alienis exemplis aut doctrine incumbas, ostendere quod his deficientibus doctrinam illam et exempla potueris exhibere. quo fit, ut illos, imo ut gloriam illorum attingas, necesse tibi sit eis taliter eminere, quod dici non possit illos tuarum virtutum fundamenta iecisse vel quod eis tanta prestantia dignior fias, quod tantum super ipsos evaseris quantum virtutes incipientes suas aliis se curaverint anteferre. sed ad suppositum revertamur.

4. *L3 dà* sit *in rasura. L3 M-D Me* stare   5. quibus] *N1* qui*?*   7. *Qui si arresta di nuovo M-D.*   15. *L3 Me omettono* meritum   17. *N1* lum. respl.   20. *Me* sicut   23. *Me* quas   30. *N1 omette* vel   31. *Me* ipsas

(1) Cic. *De invent.* I, II.

Cum ab illis ergo priscis viris, qui matrimonia non noverint, cuncte gentes propagate sint, communem omnium, preter stirpem Israel, hac tua sententia concludis et affirmas natalium feditatem, quoniam sumus omnes, si non descendimus ex Iacob, de non 5 legitimis nuptiis, hoc est matrimonio, procreati. nam quod hoc apud gentes aliquas ignominie fuerit, quibus coniugiorum observatio legibus statuta fuerat, sicuti non negaverim, sic certissimum esse potest apud aliquas talis originis nullam infamiam extitisse. regibus autem atque principibus, quoniam legibus sunt soluti [(1)], 10 semper licuit ante christianam religionem variare coniugia, multas habere reginas et plurimas concubinas. tu vero vis Troiani belli tempora christiane religionis preceptis et institutionibus limitare, qui legas legitimum fuisse Troianis, presertim regibus, uxores pro voluntate dimittere, raptasque coniuges alienas sibi matri- 15 monio copulare. que quidem ostenduntur in Paride, qui Enonem dimisit et raptam Helenam habuit in uxorem, quam, extincto, sicut legimus, Alexandro, germanus eius, nomine Deiphobus, sibi matrimonio copulavit, ut affirmare non debeas aliquo tempore stupra non fuisse concessa. que quidem apud illos taliter per- 20 mittebantur atque licebant, quod etiam armis raptus et adulteria tuerentur, ut ignorantie non debeas imputare Virgilio, si secutus Homerum ad generis dignitatem Eneam suum cecinit a Venere procreatum. nam et in divinis litteris scriptum est: postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illeque genue- 25 runt, isti sunt potentes a seculo viri famosi [(2)]. usque adeo magnum erat et gloriosum divina stirpe fuisse progenitum! unde et Ovidius ait:

Se dunque non si conobbero ne' tempi antichissimi le nozze, ne verrebbe che tutte le stirpi, ad eccezion dell' ebrea, fosser spurie, chi desse retta a Iacopo;

ma da ciò non ne conseguirebbe per nessuno nota d' infamia

Ai sovrani poi, superiori alle leggi, prima del cristianesimo, fu concessa libertà amplissima nei coniugi,

e piena licenza di ripudiar le mogli loro e di sposarne altre, magari colla violenza,

come ci attesta la storia di Paride, rapitor d' Elena.

Non deesi quindi imputar ad ignoranza in Virgilio l'aver egli, seguendo Omero, data Venere per madre ad Enea;

per il quale era onorevole quanto lo fu a Romolo

> Tempora digereret cum conditor urbis, in anno
> Constituit menses quinque bis esse suo.

1. *L3 Me* noverunt 4. *L3 Me* simus 5. *Dopo* leg. *N1 porta* nij *cancellato.* 11. *N1* Troiã *(sic)* 14. *L3 Me omettono* que *dopo* raptas 15. *N1* in Par. ost. - denonem 15-16. *L3 Me* dim. En. 17. *L3 N1* Deiphebus 20. *N1* licebat 22. *L3 N1 omettono* a *che fu supplito da Me.* 24. *Me* illaque 28. *Me* dirigeret conditor] *L3* concorditer *N1* corditer

(1) Cf. ep. VII di questo libro, p. 233, nota 2.
(2) *Genes.* VI, 4.

. . . .

dirsi figlio di Marte.

Martis erat primus mensis, Venerisque secundus:
Hec generis princeps, illius ille pater (1).

Smetta adunque di giudicare i tempi antichi colle idee moderne.

et tu vis, mi Iacobe, illud imputare dedecori, quod Rome conditor denominatione mensium perpetuo dedicavit honori? facessas igitur ab ineptiis istis, nec velis nostrorum temporum legibus aliena tempora iudicare. etenim, si non vetuerint leges, mores et consuetudo, nichil secundum naturam et generationis initia differunt Cayn et Abel, certissimis sati parentibus et legitimis nuptiis geniti, a filiis, quos Loth ebrius filiabus permixtus suis, stuproso concubitu procreavit (2). sed, ut tollatur omnis, ipsomet Virgilio teste, contentio, nonne legisti Venerem Anchise coniugem extitisse? quid enim sibi voluit Palinurus inquiens:

Del resto si può, coll'aiuto di Virgilio stesso, distrugger ogni dubbio e dimostrar che Venere fu moglie legittima d'Anchise,

Coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo (3),

il che Ovidio pure conferma.

nisi patenter ostendere coniugalem illum fuisse concubitum, non stuprosum? nec hoc idem ignoravit Ovidius. inquit enim, imo loquentem inducit Anium, insule Delos regem et sacerdotem Apollinis et hospiti referentem Anchise mutationem filiarum suarum in columbas, ipsumque sui sermonis serie conclusisse:

Summa mali nota est; pennas sumpsere, tueque
Coniugis in volucres, niveas abiere columbas (4).

Enea nacque pertanto legittimamente da Anchise e da Venere, che per la sua bellezza e i suoi pregi fu adorata come dea, e detta figlia di Giove

fuit ergo, quod, ut video, non putabas, legitimus Anchise filius pius Eneas, et si mater pulcritudinis admiratione vel virtutum meritis recepta fuerit in deam, non est adulterii, quod reprehendere velis, indicium, sed nobilitatis clarissimum argumentum. nam quod et Venus dicta sit et filia Iovis fuerit clare legitur apud Maronem, quam tam Homerus quam ipse celo pro vi nu-

5. nec] *Me* nisi   6. *Me* vetuerunt   10. *L3 Me omettono* ut   *L3 dà* ipsomet *aggiunto in margine*.   12. enim] *L3 Me* ergo   13. *N1* coniugis – superbe   16. *N1* Delphos   16-17. *N1* Apoll. sac.   17. *L3 Me* refer. hosp.

(1) Ovid. *Fast.* I, 27-28; 39-40; ma nell'ultimo verso il testo dà « ipsius ».
(2) Cf. *Genes.* XIX, 31-38.
(3) Verg. *Aen.* III, 475; dove però queste parole son poste in bocca ad Eleno e non già a Palinuro.
(4) Ovid. *Met.* XIII, 673-74; ma il testo nel 2° v. dà « volucrem ».

laudibus suis aliud quam histriones intendunt. nam si vere sint 5 laudes, prodesse volunt et delectare, imo prosunt atque delectant; delectant enim gloria collaudati, quoniam, ut inquit Valerius, nulla tanta sit humilitas, que glorie dulcedine non tangatur (2). prodest et hec eisdem, nam nichil efficacius ad firmandum animos in virtutibus et in rebus bene gestis premio laudationis. siqui10dem semper metuit collaudatus, ne glorie que contigerit opinionem minuat, cupiens quod in ipso plus reperiri valeat, quam laudatum sit. sin autem falsa fuerit poete laudatio, crede michi, cum poetam oporteat optimum virum esse, et poete sit, ut inquit Philosophus, laudare vel vituperare (3), quod non est nisi viri 15 qui se irreprehensibilem sentiat, tenendum est commendationes, quas false scripserit, vel acerrimam criminationem esse vel sincerissimam doctrinam. o quam dulce reprehendendi genus, imo quam acutum supra vel sine meritis collaudare! quid enim pudore criminationeque plenius, quam audire de rebus, que non perti20neant ad laudatum, aliquem commendari; quam quod ipse sentias de te predicari que tibi noveris non inesse? quid autem maius calcar ad bene vivendum efficaciorque doctrina, quam audire te talem dici, qualem desideres reputari? quis enim tam futilis intellectus, qui non sentiat se, si preter veritatem commendetur, de vite 25 perversitate recipiendi vel docendi gratia commoneri? quantum enim apud Philosophum honeste, moderate et gratiose ludentes, quos eutrapelos vocat, a vomolicis differunt, qui, scilicet, nimis in iocis abundant (4); tantum nostri poete ab histrionibus differunt et, velut a vitiis virtus et a vitiosis honestissimi, 30 separantur. quod si dominus ille scientificus et insignis hanc opi-

Dilettano infatti, se son vere, le lodi,

ma giovano insieme, stimolando lodati a nuove, generose azioni.

Se poi la lode del poeta non è verace,

assume sembianza di pungente rimprovero e di sincera ammonizione;

perchè chi s' ode esaltar per meriti, che sa di non possedere, prova vergogna ed è spinto a rendersi tale quale è raffigurato.

Differiscon dunque quanto il vizio dalla virtù l' istrione ed il poeta;

3. *Cod.* delectanda 10. *Cod.* contingerit 24. *Cod. omette* si 25. *Cod.* commoveri

(1) HORAT. *Ep.* II, III, 333; ma il testo: « volunt ».
(2) VAL. MAX. op. cit. VIII, XIIII, 5.
(3) ARISTOT. *Poet.* IV, 8; ma cf. la nota 2 all' ep. VI di questo libro, p. 225.
(4) ARISTOT. *Eth. Nicom.* II, VII, 13.

sicchè se il Malatesta inclina a confonderli, cade in gravissimo errore, e va contro alla opinione dell'apostolo Paolo e de' santi padri,

nionem ab aliis male persuasus induerit vel per semet, quod sine gravi non potest errore fieri, sumpserit, vellem libenter id scire. conarer equidem poetas defendere, quos et Apostolus et illi sacre theologie doctores, qui fidem catholicam ornant et defendunt, allegant, et ipsos non esse spernendos ostenderem, sed admirandos 5 potius et utiles demonstrarem. nam quid tam stultum et tam anile cogitari potest, quam vane opinionis errore damnare poetas, quorum dictis crebro exundat Hieronymus, nitet Augustinus, floret Ambrosius, nec careant patres Gregorius et Bernardus, et quibus ipsum vas electionis stultum non reputaverit se fulcire? [1] si 10 poetas damnat, damnat et sine dubio simul cuncta christiane religionis lumina, que videamus auctoritatibus poetarum quasi quibusdam refulgere sideribus. quod si parvi putat ornatum, legat opus illud divinum, quodve satis admirari fas non est, patris Aurelii, quo .XXII. libris Civitatis Dei construit edificium, et 15 videbit poetas non solum ornande dictionis gratia sumptos, sed ad religiones Gentilium oppugnandas locis creberrimis advocatos. videbit etiam non esse possibile sibi vel alteri clarum habere tam elegantis operis intellectum sine familiari noticia poetarum; cuius rei gratia sepe vidi theologie magistros nostri temporis non sine 20 rubore quandoque recurrere non ad eruditos, quorum testimonium pro pudore fugiunt, sed ad pueros, ut quod per semet intelligere nequeunt, de doctrina discentium mutuentur; sensi et quosdam, ne velle discere putarentur, super aliquibus Virgilii vel alterius poete dictis alios et presertim pueros tentavisse; et 25 postquam quod nesciebant perceperint, respondentem puerum de ingenii promptitudine commendatum ad prosequenda studia blandis sermonibus exhortatos esse. expertus sum et quosdam, qui, cum quod responsum erat bene non cepissent aut forte non incidissent in veri sensus doctrinam, quasi mirantes interrogaverint 30 quonam modo sensus quem perceperant stare posset, et veram edoctos sententiam respondisse sic sibi semper esse visum, nec

anzi li biasima e condanna, perchè san Gerolamo, sant' Agostino, sant' Ambrogio, san Gregorio, san Bernardo,

oltrechè san Paolo già ricordato, largamente si sono giovati delle sentenze de' poeti.

Del resto basta studiare la *Città di Dio* di sant' Agostino per persuadersi che senza la cognizione de' poeti è quell' opera inintelligibile.

E ben lo sanno certi moderni teologi, obbligati di ricorrere agli scolaretti per apprender da loro quello che ignorano.

10. *Cod.* stultu   28. *Cod.* exortatus (*sic*) *ed omette* esse

(1) Le prove dello studio fatto da san Paolo de' « versi poetici » raccolse il Boccaccio, *Comm. a Dante*, lez. III; I, 132-33; cf. Hortis, *Studi* cit. p. 477.

unquam sensum illum alium probavisse; stetisse tamen dubios nunquid posset talis expositio sustineri. sed istos dimittamus, qui suam inscitiam obtegere curant et artibus variis quod cuncta noverint demonstrare [1]. sed per immortalis Dei maiestatem, quid
5 potest ille dominus aut alter in poetarum carminibus criminari? recusantne ornatum, qui solus consueverit in dictamine delectari? respuuntne sententias, quibus veluti stellis splendescit oratio? abhorrentne verborum altitudinem, que de industria soleant rebus atque personis sublimibus adhiberi, quibusve solis potest materia
10 depressior exaltari? damnantne varietatem, que, sicut uniformitas est fastidii mater, sic recreationem gignit et accendit, ut ita loquar, intellectus et legentium appetitum? an abominantur musicam melodiam, sine qua metricus sermo non possit efferri? caveant, ne digni sint audire quod Philosophia Severinum nostrum
15 increpans eidem obiecit, ut grecum habet proverbium et ut grece scribam: ΟΝΟΣ ΛΥΡΑΣ? [2]; hoc est: an es sicut asinus ad lyram? [3] sed video quod opponunt. inquient enim: quis ferat illa poetarum exquisita mendacia, quibus hystorias pervertunt, confunduntque tam tempora quam personas, quorumque
20 sub tegumentis quod dicere velint occultant? caveant autem qui talia de poetarum carminibus reprehendunt, ne simili ratione totum divine Scripture corpus et vetus presertim Testamentum damnent. nam tametsi quecunque illo sacratissimo volumine collecta scriptaque sunt, quantacunque vel impossibilitate
25 vel admiratione suscipiantur a piis et ab impiis rideantur, verissima sint, figuram tamen et aliorum esse signum sine dubitatione vi-

Ma che possono insomma rimproverar quel principe e quant' altri pensano come lui ai poeti? L'eleganza dello stile,

l'elevatezza della forma,

la varietà, madre di piacere,

l'armonia musicale del verso?

Badino allora di non parer come l'asino dinanzi alla lira.

Obbiettan forse che la poesia altro non è che menzogna?

Ma se le finzioni poetiche per loro son degne di biasimo, allora condanneranno pur le sacre carte,

dove spesseggiano i racconti simbolici

16. *Nel cod. le parole greche mancano, ma è lasciato uno spazio bianco per inserirvele.* 25. *Cod.* videantur

(1) Altre non meno gravi nè meno argute riprensioni troveremo rivolte dal S. ai teologi presuntuosi ed ignoranti nell'epistola a frà Giovanni Dominici, scritta nel 1406, che è l' ultima del lib. XIIII.

(2) Boet. *Phil. cons.* I, IIII, 2.

(3) Il greco proverbio, conservato dai dotti nell'evo medio, era tornato popolare tra noi nel Tre e nel Quattrocento: « L'aseno sona el liuto e « deveria portare el basto; ma non « vedete voi che 'l mundo è guasto? » leggesi impresso intorno ad una preziosa xilografia del secolo XV, scoperta testè da P. Kristeller; cf. *Jahrb. der K. Preussisch. Kunstsammlung.* XIII, 172.

e la lettera nasconde significati riposti;

demus. destinata quidem et a Deo precepta Isaac immolatio figura fuit nostri Salvatoris in cruce pro salute mortalium immolandi. venditio vero Ioseph et triginta argentei, quibus venditus est, tam precii quam venditionis filii Dei simulacrum et vestigium extiterunt. et ferme nichil est quod ad litteram legatur ibi factum, 5 quod non sit ad significandum aliud institutum; quod quidem esse

il che è carattere proprio della poesia.

poeticum quis est tam attrite frontis vel tam hostis veritatis, ut inficietur aut contendat? verum inquient illi: negare nolumus sensum, quoniam, ut monet Apostolus, littera occidit et sensus

Si obbietterà che la divinità nasconde la verità sotto altre verità; mentre la poesia la ricopre d' inutili veli.

vivificat(1); quanvis et hec ipsa littera contineat veritatem. tui 10 vero poete nimis iniuriosi sunt veritati, qui scilicet illam obruunt falsitate et quod clare exprimere possunt fabularum tegumentis obscurant. quorum duorum ultimum est commune tam poetice quam divine Scripture. nam et divinitas potuit quod volebat sine figurarum involucris enunciare, et quantum ad illam quam 15

Ma ciò non nuoce al vero;

significare volumus veritatem, nichil attinet sive vera sint sive falsa illa, quibus veritatem quam volumus exprimamus. si tamen

nè fa torto alla poesia,

in subtilissimam iverimus contentionem, non inconveniens fuit divinitatem, que summa veritas est, de veritate veritatem excutere; quod autem poetica instituit, ut de fictione et re non vera veritas 20 eruatur, cum humanum inventum sit, debet sue commendationis precio non carere. scriptum est enim: dies diei eructat verbum;

che merita quindi la sua parte di lode,

quod quidem divinissima res est; et nox nocti indicat scientiam(2); que res, cum humana sit, sue laudationis premio non

pur rimanendo alla narrazion divina inferiore.

privatur. non enim tantum poetice favendum est, quod que di- 25 vinis admoventur per poeticam facultatem his que rebus humanis adhibentur non debeant antecellere et presertim de veritate pre-

Se questa dunque può del vero far schermo ad altri veri,

stare. proprium est ergo divine poetice veritatem in signum assumere, qua tegatur veritas et cuius mysterio latens et quasi sequax

alla poesia umana è lecito ammantarlo d' ingegnose finzioni.

veritas depromatur. humane vero poetice, que de illa germana 30 veritate immediate non oritur, convenit ut, licet pro signo significandarum rerum veritatem possit assumere, ficta tamen quedam

1. *Cod.* adeo *e* Iacob 3. *Cod.* Iosep - venditi 4. *Cod. omette* est 11. *Cod.* illa obruant 21. *Cod. omette* debet

(1) S. Paul. II *Cor.* III, 6. (2) *Psalm.* XVIII, 3.

et ludicra non recuset, cum et ipsa feratur et exeat in aliquam veritatem. nec dicat aliquis: cur illos oportuit in has poetice quasi monstruosas inventiones incurrere, cum potuerint sine velamento quoppiam quos fingendi tenuit ardor aperte quod voluerant explicare? sicut enim in divinis, que supra nos sunt et ab intelligentie nostre potestate remota, sed longe magis a significandi facultate, quoniam plus intelligimus quam efferre possimus, in figuratos sermones necessitate profecti sumus; sic et in humanis placuit ab his que pro divinitatis expressione recepimus ornandi quandam elegantiam mutuari, et quod nobis in divinis necessitas fuit, in humanis fecimus voluntatem. ut sicut in illa veritas ex veritate processit, sic in ista non ex veritatibus solum, sed ex fictis et humanis inventis ipsa veritas oriatur, et quasi lux in tenebris lucens et ex falsitatum abditis immaculata procedat. nec sum animi dubius, quin, si licuisset tractatoribus vere et germane veritatis fictionibus uti, veritates suas exquisitis fictionibus ornassent. sed germane veritatis integritas, que sicut omnium veritatum germen est et mater, sic omnium falsitatum recusabat consortium, passa non est de falsitatum gremio quasi nasci vel de suo contrario generari. nec vanum arbitretur aliquis altitudinem veritatis abscondere. nam, ut inquit Gregorius super Ezechielem: magna utilitas est ipsa obscuritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum, ut fatigatione dilatetur et exercitatus capiat quod capere non posset ociosus. et subdit: habet quoque adhuc maius aliud, quia Scripture sacre intelligentia, si in cunctis esset aperta, vilesceret, in quibusdam locis obscurioribus tanto maiori dulcedine inventa reficit, quanto maiori labore quesita animum fatigat. hec ad litteram pater Gregorius (1). que quidem sic pro divina Scriptura dicta sunt, quod etiam poetice seculari negari non debeat convenire.

Verum cur ego per tam anxie disputationis angustias trahor? scio quod ille non mediocris Italie princeps de comminutione Virgiliane statue nec potuit nec debuit criminari. nec minus cer-

Non sono dunque da rimproverare i poeti,

i quali del linguaggio simbolico usato per render possibile il presentar alle deboli menti nostre le cose divine,

vollero pur giovarsi nelle umane ad ornamento di esse.

Nè i trattatori delle cose sacre avrebbero spregiato questi ornamenti, se la verità, madre di tutte le verità, ne fosse suscettibile.

Nè inutile è velar il vero; che anzi ciò giova, come vuol san Gregorio, a spronar l' intelletto a discoprirlo.

Ma a che quest' inutile disputa? Carlo non è colpevole di quanto gli fu imputato;

1. *Cod.* ludrica 16-17. *Cod. dopo* uti *dà* quod *e* non *dopo* fiction. 17. *Cod.* quo 24. *Cod.* queque

(1) S. Greg. *Hom. in Ezech.* I, hom. vi, 1213 in *Opera*, II, 829.

sebbene infatti siasi tutto rivolto agli studi sacri, non è credibile ch' abbia così sinistra opinione de' poeti.

tissime teneo, quod nunquam debuerit de poetis verba que scribitis protulisse. nam licet eum audiam optimo consilio ad studia divina conversum [1], credibile tamen non est, quod tantam contra poetas conceperit inimiciciam, quos legat a sanctis doctoribus et ornatus gratia recipi et probandarum vel improbandarum rerum 5 studio tam multotiens allegari. quare quicquid scripseritis, donec aliud accepero vel, ut rectius loquar, invenero, nec vobis nec aliis credam quod tantus vir tanteque scientie et virtutis atque moderationis, quante sit Carolus Malatesta, tam reprehensibiliter de sacris vatibus alloquatur. 10

Vorrebbe però che egli, sia che ciò pensi o non, leggesse questa sua difesa.

Di loro poi che dovrebbe dire se non che oprarono leggermente, prestando fede a sciocche dicerie,

Hec hactenus. que cupiam in Caroli venire manus, non ut corrigat errorem suum, in quem, ut arbitror, non incurrit, sed ut se firmet in recto proposito, si, prout est credibilius, non erravit. de vobis autem quid dicam, qui tam leviter in re, que carere fide debuit, nescio cui fidem stultissimam prebuistis? an 15 estis forsan illius nationis et gentis, de qua scribitur quod audita teneant pro compertis? si enim illud fama fuit, non venit in mentem Maroneum illud:

Tam ficti pravique tenax quam nuncia veri? [2]

le quali volevano essere prima vagliate che accolte?

sin autem attestatio fuit, cur non discussistis an ex auditu testimo- 20 nium tulerit an ex visu? cur non examinastis quanta sibi super tanto facinore fides debebatur? cur alterum non expectabatis, si fuit unus? sin autem duo, cur non multos? nunquamne vobis occurrit vulgatum illud:

Rara fides ideo, quia multi multa locuntur? [3] 25

Ov'ei pure fosse così facile a porger orecchio alle ciarle essi l'avrebbero tratto in inganno.

si tam levis ad credendum fuissem, potuistis, imo forte voluistis me in iocularium errorem inducere. sed ego propter incredibi-

15. fide] *Cod.* fidei, *ma l'* i *fu espunto.*

(1) Questa particolar tendenza del Malatesta, ch'aveva, come tutti sanno, ricevuto, al pari di ogni altro della sua casa, un'accurata educazione, agli studi sacri, è più volte ricordata dal S. Ed anche Rinaldo degli Albizzi, recatosi a lui ambasciatore de' Fiorentini nel 1423, rammenta com'ei solesse sempre infiorare i suoi discorsi di passi scritturali; v. GUASTI, *Commiss. di Rin. degli Albizzi per il com. di Firenze dal 1399 al 1433*, Firenze, 1867, I, 495.

(2) VERG. *Aen.* IV, 188.

(3) CATO, *Dyst.* I, XIII, 1; ma il testo dopo « ideo » dà « est ».

litatem rei vobis et auctoritate vestra in solam motus admirationem, id ab omnibus, qui de Mantua venerant sciscitatus sum; nec ante destiti, quam a pluribus perceperim veritatem. expectabam et expectavi diu, quod palinodiam caneretis exemplo Stesichori 5 inter vituperationes et laudes Helene fortune variantis alternatione iactati; sicut enim Helene detrahendo perdidit oculorum usum, sic postea laudando recuperavit [1]. sed cum frustra fuerim aliquandiu moratus, quod, sicut fueratis mendacii testes, sic essetis veritatis precones, video quod, cum taceatis, vobis gratum foret 10 me in errorem tante stulticie coniecisse. quicquid autem vel scribentes erraveritis vel subticendo speraveritis, velim vestram levitatem et in credendo precipitationem et inconsiderantiam agnoscatis.

Egli però, stupito, ma non convinto, s' informò da quanti venivano da Mantova e conobbe esser falsa la novella.
Attese che gli amici si ricredessero,

ma poichè essi persistono nel tacere,

vuol farli accorti della loro leggerezza.

Nunc autem ad id quod tuum proprium est veniam. scri-15 psisti, mi Peregrine, te vani amoris turbines et furias reliquisse et animum in illum firmasse, qui pro salvatione humani generis in cruce pependit; et subdis, ut verba tua coniungam: speroque, ni me acerba fortuna vexet et inquietet, ante biennium eligere vitam, quod factor rei ero, que dominium michi temporis vindi-20 cabit, et curias fugiam et lucra, que me usque in diem presentem vera libertate privarunt. non me tanta quanta te servum videbit etas; utque credas me alterius Peregrini habitum commutasse, oratorium unum construi feci extra portam Sancti Mammoli [2], in quo reliquias deponam insani Cupidinis et Redemptoris nostri ge-

Passa poi a quanto Pellegrino gli ha scritto sulla sua intenzione d' abbandonare tra breve la vita mondana per provvedere alla salute dell' anima sua,

intenzione che ha già in parte resa manifesta, dedicando un oratorio a san Pellegrino, dove deporrà le reliquie del suo folle amore

4. *Cod.* psalmodiam - Tersicori 23. *Cod.* mamē *(sic)*

(1) Cf. Plat. *Phaedr.* XX, 243.

(2) L'oratorio di S. Pellegrino, detto dei Zambeccari, di cui qui si tratta, ergevasi fuori di porta San Mammolo presso il torrente Avesa, nel comune di San Giuseppe. Pellegrino l'aveva fondato con atto di cui fu rogato, addì 18 luglio 1398, il notaio Rinaldo Formaglini, assegnandogli per dote un podere di dieci tornature, confinante coi padri di S. Michele in Bosco e colla chiesa di S. Pellegrino; una possessione di cento tornature con casa, pozzo, forno, stalla e teggia posta nel comune di Quarto di sotto ed una casa nella parrocchia di S. Barbaziano dirimpetto alle case de' Monterenzi. I beneficî dell' oratorio dovevano essere goduti dal membro più povero della famiglia Zambeccari. Togliamo queste notizie dall' opera ms. di Antonio Casolari, *Notizie spettanti alli benefizi semplici e residenziali della città e diocesi di Bologna*, II, 119, che si conserva presso la biblioteca Universitaria di quella città.

nitricem pro Iohanna fallaci diligam et amabo, teque in seculi turbatione dimittam et in labore omnibus blandiendi. vale, et partem tue senectutis expende pro me, ut, si tibi superstes ero, valeam tuis sacris eloquiis edoceri. hec omnia verba tua sunt ad contextum, ut te non in pulvere, quem ventus exagitet, nec 5 in glacie, que sole vel igne liquescat, scripsisse scias; que pro tanto presentibus annotavi rescribens, ut maneant in exemplum.

Il S. si mostra incredulo dinanzi a queste affermazioni; non crede Pellegrino sciolto dai lacci amorosi,

et ut super eorum aliquibus possim tecum amicabiliter disputare, tune inquis: iam vani amoris turbines et furias dereliqui? tune in Salvatorem nostrum animum firmasti, qui vitam intra bien- 10 nium te speres electurum, quo tante rei compos fias quanta requiritur ad dandam tibi temporum libertatem et hoc ipsum nonnisi permittente fortuna? qui sis in illo oratorio tuo reliquias depositurus insani Cupidinis, quique sis pro fallaci Iohanna Mariam virginem amaturus? firmavistine te in Christum, mi Pe- 15 regrine, qui nondum diligas, sed dilecturus sis Virginem eius matrem? adhuc insanis, mi Peregrine, qui speres que fecisse te dicas, qui nondum amoris insani reliquias deposuisti et tamen in Christum te fixum esse confidas? non sentis hec quasi ex adversa regione sibi contradicere? tu speras de te mirabilia; sed 20

ma pur si rallegra veggendolo finalmente persuaso della vanità della sua passione.

ego non spero; potius autem ardenter exopto. gaudeo tamen quod qui quondam Iohanne tue tam cecus eras amator, quod mea monita non videbas, tandem apertis oculis fatearis amorem

Però, perchè, se la riconosce fallace, non la respinge da sè?

illum esse fallacem. indignor autem et displicet, quod, licet illum fallacem agnoscas, nondum tamen deponis et felicissimam illam 25 commutationem adhuc, non virginem Mariam, sed Iohannam diligens, non fecisti, quam te dilecturum dicas et amaturum, non amare. cur differs, mi Peregrine? cur non hodierno manus ini-

Per ciò non occorre verun oratorio, nè veruno spazio di tempo.

cis? cur crastinando temet tradis in longum? non requirit iste contractus oratorium, nisi cor et mentem tuam; non temporis 30 spacium quod possit uno momento compleri. si finias amorem stultum, fallacem insanumque Iohanne, diligas mox aliquid aliud

L'animo nostro è sempre ad amare inchinevole,

necesse est. non potest animus noster non amare; perpetuus est, semper viget, semper cogitat, semper amat. si in virginem

6. *Dopo* liquescat *cod. dà di nuovo* te 19. *Cod.* sentio

Mariam amando non transis, alteri rei amando cohereas necesse fit vel in Iohanna sine dubio remanere. dic michi, amasne adhuc Iohannam? credo plane quod ames, vel quid aliud ames ostendas. amabis Mariam virginem pro Iohanna? o felix Maria, quam 5 solam dignam putes et eligas, in quam Iohannei amoris nervos intendas! dic michi, amabisne in Maria sidereos oculos et alia, que quondam in Iohanna perditus mirabare? si hoc in Maria non amabis, non amabitur pro Iohanna. sed inquies: nimis inheres verbis. cur cuncta distorques, cur ea non sane intelligis? scis 10 plane quid velim. ego vero nichil distorqueo, nec aliter a significatione verborum recedi oportere iudico, quam cum manifestum sit aliud sentire proferentem, ut legitur respondisse Marcellum collectione tertia materie legatorum (1); nec plus intelligere possum quam verba significent. quomodo quidem quid velis sciam, quando 15 tu nescis exprimere? possum forte scire quid velle debeas; quid autem velis, quis sciat nisi spiritus qui in te est? (2) summa eius quod tecum volo est quod michi confitearis te Iohannam amare. quid enim aliud credam, cum nondum vitam institueris, quam sis intra biennium, imo speres, nisi te fortuna vexet et inquietet, ele- 20 cturus; cum te depositurum illo tuo oratorio scribas reliquias insani Cupidinis et Redemptoris nostri genitricem pro fallaci Iohanna diliges et amabis? o si de Ferraria redeat sidus tuum (3), Iohanna tua, o si revideris ipsam solitis telis armatam; o si pulcra, si venusta, si cuncta illa plena honestatis atque virtutis, que quon- 25 dam in ea nescio si videbas, sed te videre tum putabas tum putari volebas, respiceres, num diceres:

Sola hec inflexit sensus animumque labantem
Impulit. agnosco veteris vestigia flamme (4).

sicchè, se non ama più Giovanna, egli dee amare la Vergine e se non ama ancora Maria, ama sempre Giovanna.
Amerà dunque l'una per l'altra?

Ed amerà in Maria quanto in Giovanna ammirava?

Non gli dica che ei sottilizza e cavilla;

confessi piuttosto ch'egli è sempre innamorato della sua bella,

chè, se questa tornasse da Ferrara, sempre seducente e vezzosa,

egli riconoscerebbe subito di non averla mai dimenticata,

(1) *Dig.* XXXII, De legatis et fideicommissis, 69.

(2) Cf. s. PAUL. I *Cor.* II, 11.

(3) In realtà nell'ep. IIII di questo libro, p. 48, è riferito dal S. un passo di una lettera dello Zambeccari, dove la città nella quale Giovanna aveva trasferito il suo domicilio, vien detta Faenza, e non Ferrara. Ma le notizie date qui sopra il viaggio della bella Bolognese escludono la possibilità che ella si fosse recata ad abitare nella città retta dal Manfredi; non altrove infatti se non a Ferrara si poteva arrivare navigando sul Reno. È dunque da credere che la menzione di Faenza sia nell'epistola sopra ricordata dovuta ad un error del copista se non del S. medesimo.

(4) VERG. *Aen.* IV, 22-23; ma il testo: « solus hic ».

diceret animus tuus profecto; diceret cor, diceret intellectus, nec os ipsum, quod ex abundantia cordis loquitur (1), hoc taceret. o tunc te felicem! o desertum oratorium, o invisibilis desertaque Maria! sed quid per ista discurro? sum equidem certus, quod si tibi Iohanna cum pulcritudinis sue pompa mitis innueret; si tuo amore se correptam ostenderet; si clamaret, ut in Cantica legitur: adiuro vos, filie Bononiensium, si inveneritis dilectum meum, Peregrinum meum, ut nuncietis ei, quia amore langueo (2); o, si canticum hoc audires, quali quantoque movereris furore! quas voti catenas, quas professionis leges, que vite dogmata, que religionis vincula non rumperes, non postergares, non parvifaceres, non solveres! memento quod omnia vincit amor (3); memento quod tibi et aliis Bononiensibus, sive celo sive consuetudine sive naturale sit, commune nimium est amare; memento quod licentiosus apud vos sit iste mos et consuetudo, nedum hominibus, sed puellis; memento quod, adveniente proco, subito penes amasiam consessus instanter offertur, imo datur, et in chorea digitorum annexus. memento quod puellis liceat intendentem sibi; sic amasios vocant (4); si se videre neglexerit, increpare. nec ex his inhonestatem arguerim, sed hoc potius, quod in amorem ferventius atque licentius ardeatis.

chè se poi la giovine donna gli si mostrasse pietosa e benigna,

ei diverrebbe subito immemore d'ogni voto, dimentico d' ogni giuramento.

È infatti comune tendenza ne' Bolognesi l' arder smisuratamente d' amore,

ed una certa libertà di costumi, notevole anche nelle fanciulle, ne dà prova.

Passa a raccontargli quindi, quasi che d' un altro si trattasse, i fatti che aveano segnato la partenza per Ferrara della donna amata da lui.

Dicam tibi compatriote tui, civis bononiensis, hystoriam, non fabellam, ut ostendam quam perdite diligatis. fuit unus, cuius quidem nomen subticeo, par tibi genere, par etate, nec tibi professione difformis nec etiam dignitate et, ut veraciter et totum simul eloquar, alter quodammodo Peregrinus. huic fortuna fuit, ut et suam Iohannam amaret; nuptam, ut tua, pulcram, ut tua, severam et honestam, ut tua; fuit et par eventus in viro, qui propter homi-

5. *Cod.* limis *(sic)* 6. *Cod. dopo* corrept. *dava di nuovo* innueret, *che venne cancellato e poi* clamarent 17. *Cod.* consensus 19. *Cod.* neglexerint

(1) Cf. s. MATTH. XII, 34 &c.

(2) *Cant.* V, 8.

(3) VERG. *Ecl.* X, 69.

(4) Il *Vocabolario degli accad. della Crusca*[5] reca parecchi esempi d'« intendersi » per « innamorarsi » ed « intendenza » è detta la persona amata già da GHERARDO PATEG' nelle sue *Noie*, III, IV, 9: « Grande noia mi « fa... Intendanza ad cui non posso « parlare »; cf. SALIMBENE, *Chron.* p. 196.

cidium exularet, cuique non aliter faveret amasius sue Iohanne, quam tu marito tue. denique post multa sue exulationis loca Ferrariam sibi legit asilum, in qua cum uxore teneret perpetuum incolatum; cumque secum vellet Iohannam habere, petiit vel 5 indicari fecit amasio votum suum. ille, sicut omnes amantes, imo amentes, sumus in damna nostra proclives, quo Iohanne placeat et viro se amicum, sicut amasium uxori, prebeat, securitatem exuli procurat. venit ille, omnibus gratulatur, necnon et uxoris amasio gratulatur. componit sarcinulas; nec solum se 10 recessui preparat, sed recedit, uxorem secum ducens, nullo tempore redituram. stultus ille civis tuus et alter tu, qui desiderio sue Iohanne materiam dederat et iuvamen, tandem, sed frustra, quod fecit agnoscit; omnia tamen letus toleravit. sed quando recedentem aspexit animam suam et cor suum, in amentiam versus, 15 se speciosis preciosisque vestibus ultramarinis, quas ciambellottos dicitis [1], induit et velut amens illam sequitur usque ad portum; scilicet apud sinistram alvei ripam, a quo Rhenum primo sive Rheni deductionem qui per aquas Ferrariam petunt navigant, in limose vallis seu vallium amplitudinem descensuri. ibi 20 parato primum ientaculo, quod quidam obsonium vocant, suam liberalitatem ostendit; post hec se reddit in omnibus officiosum, providens ut Iohanna molliter accubet in scalmo, quem burclum, quasi barculam, vocant [2], ut sine periculo pedem transiens ponat et burclum sine metu periculoque conscendat. postquam omnia 25 ex consilio facta sunt, solvit nauta funem et clavum, ut naviculam regat, apprehendit et firmat; nec clavo contentus socium invitat et cogit ad contum, et ipsemet instrumento simili naviculam impellit et aque descendentis velocitatem non adiuvat solummodo, sed vincit. heu, quis tunc animus fuit amanti? quam

Ricorda com' egli facesse ottener al di lei marito licenza di condursi a Bologna per prender seco la consorte,

come gli agevolasse la partenza,

accompagnasse la donna in riva al Reno, donde doveva muover per Ferrara,

le usasse ogni finezza;

assistesse al suo imbarco

ed alla partenza sua,

12. *Cod.* tue 17. scilicet] *Cod.* sic 20. *Cod.* obsonum 20-21. *Cod.* libertatem

(1) Il *Vocabol.* or citato, III, 5, definisce il « ciambellotto » (ch' esso dice « forma alterata » di « cammellotto »; ma la parola è, come osserva G. KOERTING, *Latein. Rom. Wörterbuch,* Paderborn, 1891, n. 5221, tuttora un enigma) quasi un panno fatto di pel di capra o di cammello.

(2) Il S. non è stato troppo fortunato in questo tentativo etimologico; « burchio » riflette burculus; cf. KOERTING, op. cit. n. 1420.

gravis, quamque intolerabilis ille discessus? furere cepit civis tuus, et per ripam attonitus currens, nunc Iohannam hortabatur ne timeret, nunc navicularium ut ageret diligenter. dicitur autem quod aliquando; tanta fuit improbitas; navim intraverit, quod michi facillimum est putare. vellem autem illum profecto vidisse 5 clamantem vocibus, innuentem oculis et capite manibusque monentem, ut ipsum describere possem. dicam autem unius rei, que risu carere non mereatur, eventum. forte fuit, ut lenta pluvia ripas madidas reddidisset; ergo dum ille, naviculam sequens, currit, dum extremo ripe margine quantum potest navicule propior vadit, 10 dum navigantes alloquitur, dum salebras saltu transmittit et limosa volutabra transiens exagitat, totus ceno, cuius abundat ripa; ripe vero fluminum non sordide solum, sed ceni copiosissime sunt; fedatus, tandem cecidit super ripam et luto plenus exsiliens, cadit in Rhenum, limoque sordidus et undis perfusus, non astantes 15 solum, sed navigantes, imo ripas fluminis et ipsum flumen, lacrimosas salices ac arbores alias et pisces stulticie sue testes relaxavit in risum. denique, sicut de Menete legimus apud Virgilium,

Illum et labentem cuncti et risere natantem, 20
Necnon limosas arcentem vestibus undas (1).

vellem te fuisse tanti ludicri spectatorem, imo te fuisse quem predico; vellem illum vidisses cenosum et madidum civitatem intrare digitoque monstrari quasi fatuum et insani amoris exemplum et a cunctis obvium derideri. non puto quod minus permotus fuisses 25 et ad te reversus omnia reduxisses in personam tuam, quam legamus Eneam fato Priami sui parentis rationem de cede quam viderat habuisse; de quo postmodum dixisse refertur:

Ac me tum primum sevus circunstetit horror;
Obstupui; subiit cari genitoris imago, 30
Ut regem equevum crudeli funere vidi

seguisse dalla riva il burchio fin che gli fu possibile farlo,

ed a cagion del terreno molle di pioggia, correndo all'impazzata,

tutto si lordasse di fango

e finisse per cadere nel Reno,

eccitando al riso gli spettatori.

O se Pellegrino avesse allora veduto quell'altro sè stesso, forse sarebbe tornato in senno.

1. *Cod.* gravius 3. *Cod.* neu 5. *Cod. dopo* facill.̀ *ripete* michi 6-7. *Cod.* moventem 12. ripa] *Cod.* pr̄a *(sic)* 13. *Cod. omette* ceni 24. quasi] *Cod.* quam amoris] *Cod.* a morbo

(1) Cf. Verg. *Aen.* V, 181; ma il primo verso nel testo dà « Teucri », il secondo poi non appartiene a Virgilio.

Vitam exhalantem; subiit deserta Creusa
Et direpta domus et parvi casus Iuli (1).

forte quidem si vidisses illum aspectu fedum, ceno turpem et aqua madentem, turpitudinem tuam ut suam et stulticiam tuam vidisses; 5 ut quod sentire ratione non vis, exemplo coram et corporalibus oculis intuereris.

Video, mi Peregrine, quod inter errores de Iohanna conceptos lumen tibi veritatis effulget, et quod ab hoc extremo ad extremum aliud invitaris. sed prius velim te reducas in me- 10 dium quam mediteris extremum. amare Mariam virginem et amasse Iohannam duo sunt extrema et que veluti ex opposita specula se respiciunt. Mariam quidem tantum amare non poteris quantum debes; Iohannam autem tam parum amare potuisti atque potes, quod modum non excesseris in amando. illam ad corpo- 15 ralem dilectionem et insaniam amavisti, sed istam ad spiritualem consolationem et castitatis exemplum amare necesse fit. illam inter transitoria mirabaris, hanc autem prediligendam sciveris inter eterna, que quidem ducant in finem ultimum, cui tunc propinquus eris, cum ipsam supra te, si potes, amabis. quo te hortor, 20 mi Peregrine, teque moneo, si quid unquam a me doceri velis, quatenus in totum a Iohanna discedas. deinde cogita te reipublice tue communitatis obnoxium atque familie tue tuisque filiis ac proximis obligatum. postquam hec feceris, satis tunc in ultimum illum amorem et Marie caritatem, que non inflat, sed edi- 25 ficat (2), liber a ceteris obligationibus, te componas licebit. hinc debitum solvens addisces et quantum illi summo bono debeas et qua via sibi, quod nondum intelligis, satisfias. te statuit Deus multorum patrem et multis propter multa refugium et amicum; deditque quod in republica tua possis plus quam communiter 30 quivis alius operari. si hec reliqueris, nonne ea Deus exiget de manu tua? talentum hoc accepisti; ne defodias illud, exerce,

Pure le tenebre dell' intelletto suo si son alquanto diradate, dacchè vuol darsi tutto all' amor divino, rigettando l' umano. Ma in ciò v' è dismisura.

Non amerà mai Maria quanto deve, ma può amar Giovanna molto meno;

anzi abbandonarla del tutto e pensare ai doveri che ha verso la famiglia e la patria;

quindi rivolgersi all'amore delle cose celesti.

Ma per queste ei non deve negligere le terrene;

abbandonando la missione affidatagli da Dio.

4. *Cod.* turpidinem 9. *Cod.* imitaris 14-15. *E qui e più sotto, rr. 16-17, la grammatica esigerebbe che* ista *si riferisse a Giovanna,* illa *a Maria.* 16. *Cod. omette* amare *e scrive* sit 27. *Cod.* satisfiat

(1) Verg. *Aen.* II, 559-563; ma il testo nel 2° v. (p. 300, r. 30), dà «opstipui»; nel 3° (ib. r. 31) «volnere».
(2) Cf. s. Paul. I *Cor.* VIII, 1.

labora, fac te servum utilem reddas in his que tibi tradita sunt[1]. forte quidem ex Deo non est quod ad aliud te convertas. bonum et honestum est Mariam amare, sed melius imitari. scito tamen nos ad hoc non oratorio manu facto nec auxilio solitudinis indigere. mens nostra, cor nostrum et anima nostra templum est Dei perpetuum, non manu factum. ibi vivit conscientia nostra, ibi nostra videtur affectio ab illo qui scrutatur renes et corda[2], quique ea, qualiacunque sint, et ab eterno non bene solum, sed optime vult et ab eterno iustissime facit. iustissime quidem nos deserendo, quo mala fiant, vel benignitate gratie preveniendo assistendoque nobis, ut bona fiant ut fiunt. hoc est templum Domini quod destruitur et in triduo reedificatur[3]. destruitur enim in labe peccati; restauratur autem in triplici lumine penitentie, in compunctionis scilicet amaritudine, recognoscendo peccata, in confessionis verecundia, evomendo secreta, et in satisfactionis contritione, deflendo commissa. hec domus orationis vocabitur, depulsis ementibus et vendentibus[4], hoc est temporalis vite commertiis, qua nichil agimus nisi quo temporale quicquid acquiramus. in foribus equidem huius templi nostri stat superbia, excellentiam cogitans; incubat avaricia, congregans occasura; ardet invidia, mala desiderans; furit ira, lucrari cupiens ex iniuria; meret tristicia, ocium querens; heret gula, mulcere volens gustum; sordetque luxuria, voluptatis petens delinimentum. hos ementes atque vendentes e templo Dominus expulit, ut et nos de nostri templi foribus expellamus. prohibuit et ista commertia, ne nos ea templi, quod abditis habuerimus, admittamus. purga templum tuum, mi Peregrine. nil cupias transitorium; sed quanto pulcriora sint visu, quantoque dulciora gustu, quantoque suaviora contactu, tanto minus non verbis, sed affectibus et opere concupiscas. noli cogitare tibi quietem, quam habere non potes in carne. cura tecum erit in eremo, non relinquet in oratorio, nec

È buona cosa certo pensare al cielo;

ma per ciò basta che ci raccogliamo in noi stessi; la mente nostra è il tempio in cui Dio si può meglio adorare;

è la casa d'orazione, donde son da fugare i vizi, come Gesù cacciò i mercatanti dal tempio.

Se Pellegrino renderà l'animo suo mondo dai mali pensieri,

vivrà tranquillo, meglio che se fuggisse in un eremo,

7. *Cod. dopo* affectio *dà* quod *(?) cancellato.* 10. *Cod.* fuerit *?* 31. *Cod.* ille*; mutato da me in* cura *per alterare il meno possibile il testo, ma è probabile che dal copista sia stata qui omessa un' intiera proposizione.*

(1) Cf. s. MATTH. XXV, 15-30.
(2) Cf. *Psalm.* VII, 10; *Apoc.* II, 23.
(3) Cf. s. MATTH. XXVII, 40.
(4) Cf. s. MATTH. XXI, 12-13.

solum te dimittet in lecto. nescis quibus pungatur stimulis, cogitationibus urgeatur, subiaceatque periculis solitudo. laudamus omnes timere que nescimus; et negociosus et ociosus suis laborat incommodis. quisque suos patimur manes [1], nobiscum affixum 5 est quod nos impedit, nos molestat et nos inquietat. noli credere, mi Peregrine, quod fugere turbam, vitare blandarum rerum aspectum, concludere se in claustro vel in eremo separari perfectionis sit via. in te est quod operi tuo nomen perfectionis imponit, quod hec, que te non tangunt, imo tangere nequeunt, 10 intus recipit, si se mens tua et animus tuus intrinsecus continebit, si se non quesiverit extra [2]. si hec extraria non admittet, platea, forum, curia et frequentissima civitatis loca tibi fuerint eremus remotissima perfectaque solitudo. sin autem vel recordatione rerum absentium vel coram positarum blandiciis se mens nostra 15 porrigat ad externa, nescio quid solitarium vivere prosit; quoniam anime proprium semper est aliquid cogitare vel quod comprehendatur sensibus vel memoria representetur vel intellectus acumine componatur vel affectus desiderio fabricetur. et quid? dic, mi Peregrine, quem Deo reputas gratiosiorem fuisse, Paulum ere- 20 mitam et ociosum an Abraham occupatum? an Iacob cum duodecim filiis, tot pecorum gregibus et duabus uxoribus, tot divitiis tantaque suppellectili acceptiorem Deo non putas extitisse, quam duos Macharios, Theophylum et Hilarionem? crede michi, Peregrine, sicut sine comparatione plures sunt, qui seculi rebus in- 25 tendunt quam qui solum spiritualibus occupantur, sic longe plures ex hoc hominum statu recepti sunt, quam ex illo qui solum spiritualibus intenderunt. quod si forsan michi non credis, credas, si placet, Aurelio, qui super titulo psalmi quinquagesimi primi dixit: duo genera hominum attendite. unum laboran- 30 tium, alterum eorum inter quos laboratur: unum de terra, alterum de celo cogitantium: unum in profundum cor mittentium, alterum cor angelis coniungentium: unum de terrenis sperantium, quibus pollet hic mundus, alterum de celestibus presumentium, que

il cuore pieno di terrene aspirazioni.

La vita solitaria non è sempre la vera via della perfezione;

chi sa e può essere virtuoso vive nel mondo come nella più stretta solitudine.

Nè Iddio preferisce l'ozio contemplativo all'operosità.

Come afferma sant'Agostino, tra le due specie di uomini che vivono sulla terra, gli uni rivolti al cielo, gli altri dediti alle cure mondane,

5. *Cod.* impendit 13. *Cod.* remotissimi

(1) VERG. *Aen.* VI, 743. (2) Cf. PERS. *Sat.* I, 7.

promisit non mendax Deus. sed mixta sunt ista genera hominum; invenio modo civem Ierusalem, civem regni celorum, administrare aliquid in terra; ut puta, purpuram gerit, magistratus est, edilis est, proconsul est, imperator est; rempublicam gerit terrenam, sed cor sursum habet; si christianus, si fidelis, si pius, si continens 5 in quibus est, sperat in quibus non est. de quo genere fuit sancta illa mulier Esther, que, cum esset uxor regis, ventum est ad periculum deprecandi pro civibus suis et cum domino oraret coram Deo, ubi mentiri non posset, in oratione sua dixit ita sibi fuisse illa vestimenta regalia, sicut pannum menstruate; vel, ut habet 10 nostra translatio: tu scis necessitatem meam, quod abominor signum superbie et glorie mee, quod est super caput meum in diebus ostentationis mee et detestor illud, sicut pannum menstruate (1). quibus pater Augustinus immediate subiunxit: non ergo desperemus de civibus regni celorum, quando eos videmus 15 agere aliqua Babylonie negocia, aliquid terrenum in republica terrena; nec rursus gratulemur continuo omnibus hominibus, quos videmus agere negocia celestia. et post aliqua subdit: illi in terrenis rebus levant cor in celum, isti in celestibus verbis cor trahunt in terram (2). hec omnia pater Augustinus, ut tibi non 20 blandiaris de tuo oratorio manu facto, nec exinde putes te magis celestibus propinquare, nec me damnes in seculo remanentem et te iustifices a mundo fugientem. plane quidem tu mundum fugiens, a celestibus trahere potes in terram et ego in terrenis remanens erigere potero cor in celum. et tu, si familie filiisque tuis, 25 si proximis et amicis, sique reipublice tue, que cuncta complectitur, provideas et servas et intendas, non potes ad celestia cor non erigere Deoque non placere. forte tamen et in illis occupatus magis placeas, quoniam in illius prime cause coesistentiam non tibi solum vindices, sed cum ipsa, cui quidem omnium cura est, 30 tum ad familie necessaria tum ad amicis grata tum ad reipu-

non son sempre più vicini a Dio quelli che s' occupano di esso soltanto.

Così se l'amico, fuggendo la vita attiva, si ritirerà nel silenzio della contemplativa,

non per questo guadagnerà la beatitudine eterna; ma se invece, giovando alla famiglia, al prossimo, alla patria, opererà virtuosamente, piacerà a Dio anche occupato nelle cose terrene.

3. *Cod.* puputas *(sic)* 18. *Cod.* negostia

(1) *Lib. Esther,* XIV, 16. La « nostra translatio » è la « Vulgata nova ». Per l' « antiqua » si veda SABATIER, *Biblior. sacror. lat. vers. antiq.* I, 809.

(2) S. AUG. *Enarratio in Psalm.* LI, § 6 in *Opera,* to. IV, par. I, coll. 603-604.

blice salutifera te coniungas et quantum facultas dederit opereris. scio, nec id pro nunc contendere volo, sublimiorem et perfectiorem esse vitam contemplantium illud divinum obiectum, quod super et ante omnia debemus et iubemur diligere, quam eorum
5 qui sunt in actionibus occupati. siquidem illi Deum contemplantur et amant; isti vero Deum etiam amantes ministrant et serviunt creature, si perfecti sint propter Deum; alias autem tam errore quam scelere contaminati creature propter creaturam. sit contemplativa perfectior; quoniam sit adeo durationis continue,
10 quod, sicut inquit Veritas, Maria optimam partem elegit, que non auferetur ab ea [1]; siquidem a presenti seculo continuabitur tenore dilectionis etiam in futuro, quoniam sicut hic eterna cogitat, sic ibi inherebit et fruetur eternis; sit sublimior altitudine cogitationum; sit suavior dulcedine tranquillitatis et meditationis; sit suffi-
15 cientior, quoniam paucioribus egeat; sit divinior, quoniam divina potius quam humana consideret; sit et nobilior, quoniam intellectum, nobiliorem anime partem, exerceat, qui singulariter inter animantia soli convenit homini; sit denique diligibilior propter se; sit etiam, ut inquit Aurelius, querenda caritate veritatis [2]; ipsa
20 tamen activa quam fugis suscipienda est tam exercitio virtutis quam necessitate caritatis. etenim, sicut dixit Philosophus, melius est philosophari quam ditari, sed non magis eligendum necessariis indigenti [3]. melior est contemplativa, fateor; non tamen semper nec omnibus eligibilior. inferior est activa, sed eligendo
25 multotiens preferenda. nam cum illa sit voluntatis, hec necessitatis, nec tam annexa colligataque cum esse, quod etiam non curet et consideret bene esse, credis viam istam et vitam ad celum aditum non habere? forte etiam, cum beatitudo eterna sit actus, non habitus, et in amando, in tuendo fruendoque versetur et in
30 ea cesset omnis speculationis contemplationisque discursus, quoniam videbimus sicut est, non fuerit inconveniens dicere quod, sicut contemplativam actu precedit activa, quoniam illam pro-

Certo la vita contemplativa può dirsi dell'attiva più perfetta,

più sublime e più dolce,

più divina, più nobile,

degna di maggior amore;

ma non per ciò l' attiva è da disprezzare,

nè da preferirsi da tutti.

Potrebbe anzi credersi che come nel mondo la contemplativa è superiore all' attiva,

8. *Cod.* sed 16-17. *Cod.* intellectus

(1) S. Luc. X, 42.
(2) S. Aug. *De civ. Dei,* XIX, xix in *Opera,* VII, 647.
(3) Aristot. *Topic.* III, ii, 21.

nel regno di Dio gli sia inferiore; Chè se Giacobbe dovette sposar Lia prima di Rachele quaggiù; pur le sacre carte affermano che Lia sopravvisse a Rachele.

ducat et gignat; sic postquam hinc exierimus subsequatur. non enim licuit Iacob habere Rachel, nisi postquam Lie coniugium emeruit septennioque possedit (1). Liam vitam activam intelligunt, Rachel autem contemplativam. nunc autem, sicut in hac vita Lia precedit in ordine, sic remanet post Rachel in illa vite eternitate. 5 semper lippa tamen, quoniam hic temporalia cogitet, attamen propter Deum; et cum venerit beatitudinis gratia finem obiecti beatifici non attingat. nec deest et in hoc mysterium, quoniam Rachel primo mortua est; demum autem Lia condita sit cum Isaac et Rebecca (2). conditur autem post Rachel Lia, hoc est activa 10 vita post contemplativam; et ubi? certe cum Isaac et Rebecca. quid est Isaac, nisi, sicut referunt interpretatores, risus et gaudium; Rebecca vero quid est, nisi multa sapientia, multa patientia, vel que multum accepit? (3) ut hac de Genesi lectione et consideratione clarum sit Liam cum risu et gaudio, cum multa sa- 15 pientia, que quidem ex actione perficitur, et multa patientia, que per operis et laborum continuationem significatur, et cum his, que multa accepit, que sunt in Isaac et Rebecca vite beate figura, condi et sepeliri. verum licet hec et verbis et ratione distinguamus, permixta tamen sunt, nec potest qui rebus ita seculi con- 20 nexus est, quod cuncta faciat propter Deum, omnino contemplatione carere; nec contemplativus, si tamen hominem vivit, prorsus de rebus seculi non curare; nam cum sit illi finis omnium actionum suarum Deus, quomodo potest hoc contingere, quin et Deum contemplatus fuerit et de actu in actum continue contempletur? 25 et cum huic necessarium sit vivere proximoque prodesse propter Deum, illud quidem natura, sed hoc divine legis iussione, potestne semper sic in contemplatione manere, quod de vite necessitate non cogitet et pro salute proximi non laboret? eritne taliter contemplativus, totus conversus in Deum, quod super cala- 30 mitate proximi non commoveatur, quod de morte coniunctorum non doleat et super excidio patrie non fremiscat? qui profecto

In ogni modo così la contemplazione e l'azione son commiste che non si può separarle,

nè esiste veruno il quale sappia dimenticar se stesso e gli altri così da non commuoversi mai per quanto gli accade d'intorno,

(1) Cf. *Genes.* XXIX, 16-31.

(2) Che Lia morisse dopo Rachele è in *Genes.* XXXV, 19; ma dov'essa fosse sepolta non dice la Sacra Scrittura; cf. Dutripon, *Concord. Bibl. sacror.* p. 796.

(3) Cf. s. Hieron. *Liber de nominibus hebraicis* in *Opera,* III, 824, 827.

(1) Se diam fede al SERCAMBI, op. cit. II, 355, fu uno strepitoso miracolo, compiutosi sulla piazza della Signoria, dinanzi ai priori stessi, la cagione per cui i Fiorentini, deposta l' incredulità di poc' anzi, cedettero al delirio ch' aveva invaso tutti i vicini e « si dispuosero a vestirsi di bianco « & credere tale vestire esser di piacere « di Christo & della sua madre, in« tanto che più di .xv^{m}. se ne dispuo« sero a volere andare fuori di Fi« renza vestiti... e successivamente « tucta la comunità di Firenza comin« ciò a fare processione, intanto che « più di .L^{m}. funno vestiti di bianco ». Ma l' ondata di follia che trascinava i più s' infranse, come vedremo (checchè dica il cronista lucchese), contro le mura di Palazzo Vecchio.

(2) Il SERCAMBI, op. cit. II, 321 sgg., c' insegna quali fossero questi cantici o « lalde », com' ei li dice; e cioè, oltrechè lo *Stabat mater* ed un altr' inno latino, il quale comincia: « Si« gnum crucis factum est », cinque laudi volgari, ch' egli trascrive per intiero, e son quelle che principiano: « Signor nostro onnipotente », « Ver« gine Maria beata », « Misericordia, « eterno Dio », « Questo legno della « croce », « Peccator, tutti piangete »; cf. BINI, op. cit. p. 77 sgg. Naturalmente non queste sole si cantavano; molte ne scrisse così in Firenze per le processioni, all' ordinamento delle quali egli stesso presiedeva, Andrea Stefani, conservateci nel cod. Marucelliano C, 152 (cf. *Giorn. stor. della lett. ital.* 1895, XXV, 185). Fuori di Toscana altr' inni dovevano pure suonare; e FRANCESCO DE MANTUANI nelle sue *Croniche* narra difatti che i Bianchi in Ferrara ripeteano la laude: « Chi vuol servire a Iesù Cristo »; cf. cod. Estense X, F, 25, ad a.

(3) Cf. « quello che conviene fare « a tucti quelli che voglono seguire « la vesta biancha e la processione » in SERCAMBI, op. cit. II, 320 sgg.

dem re tam feliciter eis succedit, quod pacem ferme nullam ten-
taverint, quam non perduxerint ad effectum.

Pise, Luca, Pistorium, Pratum et, ut minora transeam, Sanctus Minias florentinus, tota provincia Vallisnevole paces inter se 5 et inter alios de novis ac veteribus inimiciciis etiam capitalibus conflaverunt. habentes enim crucifixum in manibus per Christum Iesum et Alborum sanctissimam societatem pacem petunt, pacem orant, pacem replicant et omnes simul una voce pacem vociferant, pacem clamant. addunt affectionis lacrimas et ante 10 oculos ponunt aliorum exempla; sed super omnia Christum ipsum crucifixum tanta cum maiestate dulcedineque verborum, necnon et auctoritatis admiratione, quod omnes moveant locoque monstri sit cum non obtinent quod implorant. ad hec se preparat nostra civitas tanto cum fervore et zelo, quod nullus sit qui tam 15 subitam conversionem omnium non miretur. profecto michi Deus dixisse videtur hoc tempus per Aggeum prophetam, cum inquit: adhuc unum modicum et ego commovebo celum et terram et mare et aridam et movebo omnes gentes et veniet desideratus cunctis gentibus: et implebo domum istam gloria; dicit 20 dominus exercituum [1].

e ricorda quante città di Toscana siansi per opera loro riconciliate.

Tale insomma è l'efficacia delle esortazioni a cui ricorrono che niuno può resistervi.

Anche Firenze dà prova di tal fervore di conversione da eccitare lo stupore.

Hec satis. cetera queve sequuntur ex aliis scies, nec dubito quin cito visurus sis [2]. vale. Florentie, octavo kalend. septembris.

Quanto seguirà gli sarà da altri narrato e in breve potrà giudicare cogli occhi propri.

9. *Cod.* effectionis

(1) Agg. II, 7-8.

(2) Era destino che messer Zaccaria non soltanto dovesse vedere cogli occhi propri in Roma, pochi giorni appresso, quell' imponente spettacolo, ond' era stato così profondamente commosso l' animo religioso del S.; ma ch' egli avesse a rappresentar altresì una parte non piccola ne' tentativi di repressione voluti da papa Bonifazio IX, al quale dopo la sventata congiura de' Colonnesi (cf. Raynald. *Ann. eccles.* VIII, 66) parve divenir troppo pericolosa quell' agitazione, che dapprincipio aveva se non promossa, certo tollerata; cf. Lami, op. cit. p. 634 sgg. All' oculata prudenza del Trevisan difatti, come attesta ser Luca da Pistoia, si dovette la scoperta dell' impostura di quel vecchio giudeo, che, spacciandosi per san Giovanni Battista e portando in giro un crocifisso, il quale gittava sangue dal costato, sommoveva la credula plebe; cf. Lami, op. cit. p. 665. E chi sa quanto discorrere avranno fatto insieme di tutto ciò il buon Coluccio e messer Zaccaria, allorchè questi nel maggio del 1400 tornò, ambasciatore del pontefice, a Firenze! Cf. Arch. di Stato di Firenze, *Cons. e prat.* n. 36, c. 97 a.

VII.

A Tommaso Fitz-Alain de' conti d'Arundel, arcivescovo di Canterbury (1).

[Cod. Vatic. Capponiano 147, c. 176 a; S. Merkle, *Acht unbekannte Briefe von C. S.* in *Rivista Abruzzese di scienze, lettere ed arti,* a. IX, fasc. xii, dicembre 1894, p. 566, n. vi; cf. F. Novati, *Di otto inedite lettere di C. S.* nella stessa *Rivista,* a. X, fasc. ii, febbraio 1895.] 5

Domino Tommasio de Rondello archiepiscopo (2).

Firenze, 30 agosto 1399. Molte cagioni lo costringono ad esser breve: e tra tutte efficacissime

Reverendissime in Christo pater et domine mi. vellem multa scribere, sed infinita me cogunt pauca dictare. inter que, ut 10 de ceteris sileam, precipuum est, quod, sicut familiaris tuus oculis

8. *L' indirizzo è di mano del S.* 11. *Il copista avea scritto* precipuum z *(=* et*)* quod*; poi l' z fu mutato in* q; *cancellando il* quod *e* est *aggiunto in interlinea; di tutto ciò non tenne conto il M., che ommise quindi nel testo* quod *con danno della grammatica.*

(1) Ci è grato, lasciati un istante in disparte più oscuri personaggi, spender qualche parola intorno a quest' insigne prelato, la di cui austera figura, degna d' attirare gli sguardi dello Shakespeare, appare tanto tragicamente mescolata ai dolorosi avvenimenti, che insanguinarono sullo scorcio del quattordicesimo secolo l' Inghilterra. Ultimo tra i figli di Riccardo II, conte d'Arundel, di Varennes e Sussex, Tommaso (1353-1413), avviatosi alla carriera ecclesiastica, conseguiva, ventiduenne appena, il seggio episcopale d' Ely; cf. *Monachi Eliensis anonymi cont. hist. Eliens.* in Wharton, *Anglia sacra,* Londini, mdcxci, par. I, p. 664. « Vir eximiae scientiae, clari ingenii, « in singulis agibilibus providus et cir« cumspectus atque in pontificalis of« ficii executione sedulus et multum « devotus », come lo troviam definito dallo scrittore dell' Obituario di Canterbury (op. cit. p. 62 sg.); fratello per giunta di Riccardo III, il potentissimo conte d'Arundel, il giovine vescovo non poteva aspirare a dignità alcuna, che concessa non gli fosse ed infatti già nell' '80 lo sappiamo assunto all' ufficio di cancelliere del regno e nell' '88 da quella d' Ely traslatato alla cattedra arcivescovile di York. Com' egli, strettamente collegato col fratello ed il duca di Glocester, si avvalesse dell' alta sua carica per cospirare ai danni di re Riccardo è ben noto, e noto è pure come dell' '89 in mezzo a quelle mal conosciute perturbazioni, onde l' autorità regia uscì per un momento rinvigorita, fiaccando la potenza degli avversari, ei dovesse rinunziare al cancellierato. Per poco però, chè del '93 riappar integrato nell' ufficio e nell' ottobre del '96 innalzato all' arcivescovado di Canterbury; op. cit. pp. 62, 122 &c. Ma fu appunto quando ei raggiungeva la dignità ecclesiastica più elevata del regno, che la procella,

(2) V. nota 1 a p. 361.

vidit, tota nostra civitas est in albis et in forma Ninive civitatis (2); cuncti conversi sunt ad Dominum tanta devotione, quod cuncti sunt saccis induti, hymnos canunt, loca sancta visitant et penitentie mira conversione simul omnes intendunt, abstinent
5 carnibus atque ieiunant; nec est aliquis tante nobilitatis et status,

le condizioni di Firenze, dove il fervor religioso suscitato dai Bianchi appare mirabile. Tutti si rivolgono a Dio

3. hymnos *è stato dal S. sostituito in margine ad una parola del testo divenuta per la cancellatura illeggibile. L'* s *di* visitant *è in rasura.*

già addensatasi diec'anni prima sul capo suo e de' suoi amici, scoppiò d'improvviso devastatrice. Credendo giunta l'ora della vendetta, Riccardo II, forte dell'alleanza francese, convocava nel settembre del 1397 il Parlamento per risottomettergli gli atti del processo iniziato già contro il duca di Glocester ed i conti d'Arundel e di Warwich. Dichiarati colpevoli d'alto tradimento costoro perdevano la vita o in prigione o sul patibolo; in quanto a Tommaso, colpito ei pure da una sentenza, che lo spogliava de' suoi beni, dannandolo ad esilio perpetuo, solo con una pronta fuga riusciva a sottrarsi alla sorte del fratello e degli amici; WHARTON, op. cit. p. 795; RAYNALD. *Ann. eccl.* VIII, 2. Rifugiatosi dapprima in Francia, ei passava poscia in Italia, condotto tra noi sia dalla certezza d'esservi più al sicuro, sia dalla brama di stornare il nuovo colpo da cui era minacciato, la perdita dell'arcivescovado di Canterbury, che re Riccardo voleva tolto a lui per darlo ad un suo fautore, Ruggero Warden. Ma i suoi sforzi furono vani. Desideroso d'ingraziarsi il sovrano inglese, papa Bonifazio non curò le proteste di Tommaso e nel febbraio del '98, toltagli la sedia cantuariense, lo trasferiva a quella pur arcivescovile di S. Andrea di Scozia. Cf. WHARTON, op. cit. p. 795 e le note all'ep. x del lib. XII.

Vuoi nel recarsi a Roma per patrocinare la propria causa vuoi nel tornarne l'esule prelato ebbe occasione di trattenersi, certo non brevemente, a Firenze. Quali ragioni a ciò lo consigliassero ignoriamo, perchè i pubblici documenti non ci serbaron traccia del suo passaggio; ma chi consideri quanto a Firenze attagliar si possano le riflessioni che intorno ai rapporti de' Lucchesi colla Gran Bretagna faceva G. SERCAMBI: « il paeze « d'Imghilterra... è utilissimo a' cipta- « dini... e a' merchadanti per li lavori « che quine si spacciano e per li molti « guadagni che in quelli paezi si fanno » (op. cit. II, 397); non troverà strano che in quel grand'emporio di commerci e di notizie ch'era allora Firenze Tommaso dimorasse volontieri e per aver novelle di quanto accadeva nell'isola e per tentare ogni via onde risollevarvi la sua abbattuta fazione. Durante questa sua dimora sull'Arno egli ebbe frequenti occasioni d'avvicinare il S.; nacque così tra il vecchio cancelliere ed il nobile arcivescovo una cordiale amicizia, della quale altre epistole ci offriranno anche più efficace testimonianza.

(1) « Rondello » è storpiatura di « Arundel », comune non solo ai contemporanei del nostro, ma anche a' loro nipoti, se ne giudichiamo dal MINERBETTI, *Cron.* cc. 413-414, che, narrando le « grandi novitadi », seguite del '99 in Inghilterra, trasforma non men liberamente che questo ogni altro di que' nomi stranieri.

(2) Cf. ION. III, 6.

qui loca sancta non visitet, qui pedibus nudis per civitatem non incedat, quem non videres in humilitate et devotione flere super peccatis suis. et quod apud nos mirum est; viri quidem sanguinis sumus[1] et iniuriarum ultores crudelissimi; quilibet fratri suo et proximo reconciliatur et de inimicis capitalibus in amicos singularissimos se convertunt. apparuerunt super hec infinita miracula; ceci quidem vident, claudi ambulant, audiunt surdi[2] et quasi preter resurrectionis gratiam quicquid ex evangelio legitur, renovatur. et inter alia quatuor in locis nostre iurisdictionis crucifixorum simulacra vivum sanguinem sudaverunt[3]. quod ut tibi

e, ciò che è più degno di stupore in un popolo così prono alle vendette, come il fiorentino, gli avversari ed i nemici si riconciliano.
Infiniti miracoli vanno avverandosi;

1. *Pur qui l'* s *di* visitet *è in rasura.* 2. *Cod.* que 8. *Dopo* preter *nel cod.* sui *cancellato. Tra il* g *e l'* e *in* evang. *fu abrasa una lettera.*

(1) Cf. *Psalm.* XXV, 9; LIV, 24 &c.

(2) Cf. s. MATTH. XI, 5.

(3) Coll' entusiasmo, di cui anche qui risulta animato Coluccio, fa contrasto curioso la fredda circospezione dimostrata in tutta questa faccenda de' Bianchi dai suoi signori. Quante volte infatti nelle *Consulte e pratiche* del '99 è questione de' penitenti, la sola preoccupazione che il Governo manifesti è quella che la lor devozione non trasmodi in guisa da ingenerare pericoli. Così il 14 agosto, proprio alla vigilia della venuta de' Pistoiesi a Firenze, il solo Giovanni di Temperano Manni si leva a parlarne per proporre a nome de' gonfalonieri « quod in ca« stris non intrent ex eis plures quam « oporteat et quod Octo provideant « circa hoc »; *Cons. e prat.* n. 36, c. 10 B. Poi non se ne discorre altro fino al 9 di settembre, nel qual giorno, discutendosi dai signori certa domanda di frà Grazia de' Castellani, il quale ricusava un' ambasceria commessagli e volea invece ordinare una processione, Filippo di Michele Angeli esce a dir secco secco: « dicatur sibi quod nulla con« gregatio faciat (*sic*), sed ad cellam « suam redeat »; *Cons. e prat.* loc. cit. c. 14 B. Tre giorni dopo a proposito di taluno di que' prodigi, ai quali anche il S. qui accenna, che esaltavano le fantasie popolari, Mariotto di Piero della Morotta così sorge a parlare: « Quod « Octo sollicitentur providere ne mi« racula, que quotidie proferuntur, non « possint generare scandalum. et quod « aliqui deputentur qui cum episcopo « sint et examinent atque provideant « circa hoc, si eis videbitur. et quod « iste qui presentavit hoc miraculum, « Nencius videlicet Sone, moneatur et « corripiatur verbis. et quod cum « aliquo pictore videatur an « hoc sit fictum, ita ut fictio « publicetur »; loc. cit. c. 15 B. Infine il dì appresso Rinaldo Rondinelli in nome de' Dodici propone: « quod in « civitate non fiant congregationes Al« borum, sed extra civitatem longe ad « unum milliare et post reversionem « non veniant in civitate albati, sed in « vestibus consuetis »; loc. cit. c. 16 B. Così saviamente i reggitori di Firenze, come del resto i Veneziani, il Visconti &c., dopo averlo lasciato alquanto divampare, perchè soffocato troppo presto vieppiù non infuriasse, tentavan spegnere l' incendio. E al pari di loro la pensavano i più accorti tra i cittadini. BONACCORSO PITTI

notius fiat copiam unius littere, quam magnifici domini mei super hac materia receperunt, mitto tibi presentibus interclusam.

de' quali gli sarà documento la lettera che gli invia.

Audio te in patriam rediisse (1), super quo et timeo et spero. timeo quidem maliciam iniquorum, speroque quod tibi Dominus 5 sit adiutor. tu vero sic provideas, quod inimicorum malignitas prevalere non possit. vale, mei memor. Florentie, tertio kalend. septembrias.

Gli augura fortunato il ritorno in Inghilterra, combattuto com'è tra la speranza ed il timore.

VIII.

A Bernardo da Moglio (2).

10 [N[1], c. 142 B; cod. dell'Universitaria di Bologna 2845, c. 166 B, frammentaria.]

Bernardo da Moglio.

Firenze, 25 settembre 1399.

ADMONET nos natura, fili karissime, docet et quotidianus vite cursus nichil insanius quam super his, que naturali necessitate proveniunt, quasi non evenisse cupias vel revocanda desi-

Nulla è più stolto che il deplorare quanto è conseguenza del fatal corso delle leggi di natura.

7. *M* septembris

ringrazia Iddio nella sua *Cronica* (p. 58) che da cotanta commozione non sieno venuti pericoli allo Stato; Franco Sacchetti, narrate in un prolisso componimento le origini del movimento, la venuta in Firenze de' Bianchi di Lucca e di Pistoia e quanto a loro imitazione avean poi operato i suoi concittadini, esce fuori con queste prudenti sì, ma poco entusiastiche considerazioni (cod. Laur.-Ashburnh. 574, c. 66 A):

Certi, considerando tanta turba,
Alquanto fecion la lor mente turba,
Pensando al fine et a la « conclusio:
« Ubi multitudo, ibi confusio ».
E non s'inganni alcun che qui si svaria;
Che me' si fa con vita solitaria,
Come che sia, pregando Dio o sento,
Che di morir egl' ànno gran pavento.

(1) È agevole immaginare l'ansia con cui ne' primi mesi del '99, trattenendosi sulle rive del Tevere o dell'Arno, l'arcivescovo avrà teso l'orecchio alle grandi novelle che gli giungevano dalle sponde del Tamigi: l'inopinato sbarco d'Enrico di Lancaster nell'isola, il frettoloso ritorno di re Riccardo dall'Irlanda, il vuoto che si faceva intorno a costui, l'incominciar della guerra... Chè se la strepitosa notizia dell'imprigionamento del re, avvenuto a Flint il 19 agosto, lo trovò ancora, ciò che non crediamo, in Italia, essa dovette certamente porgli l'ale ai piedi.

(2) In mancanza d'altri argomenti, atti a farci conoscere in qual tempo morisse Tommasa, seconda moglie di Pietro da Moglio e madre quindi di Bernardo, valente donna, di cui già udimmo Coluccio far lodi (lib. VI, ep. III; II, 141), ed insieme a determinare la data della presente, ci

Come possiam noi difatti pretendere che ceda l'eterna necessità ai desiderî nostri?

deres, permoveri. qui sumus etenim, qui nolimus ipsam sui cursus spacium exegisse? an putamus quod que totam corruptibilium machinam exagitat, gubernat et regit; in qua quidem re temporalium exortus vite tractum subsistendique cuilibet terminum, ultra quem transire nequeant, fixit, sicque cedat prime 5 cause, quod omnino nichil ultra citraque possit quam illa prescripserit; nostris affectibus moveatur, ut ab sue legis institutione vel ab illius summi principis obedientia vel ordinatione discedat?

Stolti son dunque i voti che facciamo per trattener la vita che fugge come l'acqua d'un fiume,

stulta sunt vota vanaque desideria, quibus naturam volumus continere, non minus quam si gestias Arnum nostrum, ne forsan in 10 mare defluat, inferum prohibere vel Rhenum vestrum, ne stagnet in vallibus tandemque Pado mixtus non exgurgitet in supernum. currit vita mortalium fluminis instar; quod si tenere cupias vel coneris, quis non te stultum rideat et appellet? vite

e poichè è legge comune il morire,

vero nostre curriculus nonne creberrimis docet exemplis sic 15 omnes mori, quod non redeant, imo quod nunquam redituri sint, nisi die magna, qua cuncti sint, sicut fide tenemus, rediviva sua

il consolare altrui per la morte di persona cara è quasi giudicarlo sciocco ed insano.

corpora resumpturi? ut quotiens super his aliquem consolemur, hoc consolationis officio non minorem inferamus contumeliam, quam si stultum et insanum vocemus. 20

11. *N*[1] *dà* ne *per* vel

soccorre propizio l'accenno, che in essa leggiamo, all'avvicinarsi della peste. Noi sappiamo difatti che proprio nel settembre del 1399 il morbo, il quale nell'anno antecedente serpeggiava già silenziosamente per la penisola, cominciò a farsi più minaccioso, sopratutto in Lombardia, non risparmiando però nè l'Emilia nè la Toscana. Cf. CORRADI, *Annali* cit. par. I, p. 246.

La corrispondenza del S. col da Moglio, così attiva nel biennio 1391-92 (cf. lib. VII, epp. IV, VI, VIII, XVII), erasi, come avvertimmo, andata in seguito intiepidendo per colpa di Bernardo stesso, il quale, stimolato dal bisogno di procurarsi un decoroso collocamento, lasciava verso il '93 Bologna e dopo parecchie peripezie riusciva ad allogarsi in qualità di secretario presso Bartolomeo Mezzavacca, cardinale di Rieti; lib. IX, ep. X, p. 91 di questo volume. Ma nel '96 la morte avendolo privato di quest' appoggio, egli erasi ricondotto in patria, vivacchiandovi alla meglio coll' accettar incombenze dal comune. Noi sappiamo così che ne' primi mesi del '98 trovavasi in compagnia del noto banchier bolognese Filippo Guidotti, incaricato di versare certa somma a G. F. Gonzaga, nel campo della lega presso Mantova. V. L. FRATI, *La guerra di G. G. Visconti contro Mantova nel 1397* in *Arch. stor. Lomb.* 1887, XIV, 264.

Quid igitur faciam, postquam illa tua sanctissima mater, que tibi maximum erat vite columen maximaque directio, nature concessit teque in anxietatibus et luctibus dereliquit? condolebone tecum, quod lacrimis effluas taleque damnum susceperis, quantum
5 in reliquis, que circa te sunt, non poteras recipisse? metuo, si me non gessero tam duri casus tui sicut amicum, videlicet ut equaliter doleam sicut tu, ne videar ab amicicia, quė quidem duos unum solet efficere, non inhoneste solum, sed turpiter discessisse. verum si me dedero, si me tibi sociavero lacrimis, et a virtute rationeque di-
10 scedam et vere dilectionis officium corrumpam; que non possit a virtute discedere nec possit alibi quam inter virtuosos et in virtutis actibus reperiri. ut si contingat ex amicis unum errare vel viam virtutis deserere et regulam rationis, longe amicabile illum sit vel corrigere vel etiam deserere, quam amici corruptis affectibus con-
15 sentire. ut identitas, quam amicicia facit, non minus sit in dissensione vitiorum quam in concordia vel unitate virtutum. nam cum amicicia sine virtute non sit, fatendum est, quod ubi virtutem non sequimur, amicicia procul dubio deseratur; ut amici congruere, vel ut placeamus vel ipsum non turbemus, erroribus, sic
20 homini sit convenire, quod amicum nec colamus nec nos in amicicia conservemus. patent hec in sceleribus et delictis. quis enim dixerit amico patriam subvertere cupienti vel in aliud flagitium vel criminosum aliquid corruenti verum amicum debere vel se ei similem gerere vel culpe sue quomodolibet allubescere?
25 verum in animi perturbationibus, maxime que sunt ex humanitate, quanto virtutibus propinquiores sunt, tanto se minus amicicie corruptio manifestat; ut quantum sit hoc occultius malum, tanto cautius sit vitandum. faciam ergo tecum quod aliquando mecum facere consuevi, quotiens in his meroribus secum sensualitas
30 commovetur. in arcem quidem rationis evectus: quid te movet, inquam, quas dolorum flammas inuris? flendumne mortali de

Che farà dunque or che è morta la madre di Bernardo?

Se non si dolesse con lui, immerso nel lutto, gli parrebbe calpestare i doveri dell'amicizia.

D' altra parte però, mescendo le proprie alle di lui lagrime, verrà meno al debito del vero affetto, alla ragione ed alla virtù.

Se l'amico erra è infatti tenuto chi l'ama a correggerlo, o, se di correzione non è capace, ad abbandonarlo.

Ei farà dunque con lui quanto operar suole con se medesimo e chiederà aiuto alla ragione contro la forza del dolore.

1. *Qui comincia il frammento del cod. bolognese. B dopo* faciam *aggiunge* Bernarde fili 4. *B* qui – suscepis 5. *B omette* non 7. *N*[1] *B omettono* videar 8. *B dà* dissesisse *e quindi* &c. *omettendo quanto è compreso da r. 8 a r. 16.* 16. *Qui dopo* virtutum *ripiglia B.* 18. *Dopo* diseratur *(sic) B pone* &c. *ed omette da r. 18 a r. 28.* 24. *N*[1] *omette* ei *e scrive* allubere 28. *Qui con* faciam *riprende B che dà* igitur 29. *N*[1] *omette* secum 30. rationis] *B* et omnis *(?) e poi* moves 31. *B* mortalibus

morte mortalis? precessit illa, non decessit; precessit equidem de laboribus ad requiem, de exilio ad patriam, de corruptibilibus ad eterna. et, ut iam a me solo discedam et tecum tanquam mecum loquar: non amisimus, mi Bernarde, Thomasiam tuam, parentem tuam, genitricem tuam, que te concepit, fovit et peperit, 5 cuius sanguis et caro es; sed premisimus, cum Deus vult, illam eodem migrationis transitu secuturi. quid autem adipisci possumus, lacrimis exundantes fletuque continuo tabescentes; postquam, ut inquit ad Pamphilum Terentianus Phidippus, illa reviviscet iam nunquam? (1) quid adipisci possumus, inquam, nisi quod Deo, 10 qui cuncta disponit et efficit, reprehensibiliter adversemur, moleste ferendo quod vult, et ipsi nature iniuriam faciamus, quam uti iure suo, quantum in nobis est, his fletibus non velimus? tergamus igitur lacrimas et legem humani generis cum equanimitate feramus; reminiscamurque Deum, qui summa sapientia summaque bonitas 15 atque benignitas sit, hoc, quod ingemiscimus, bene, benigne sapientissimeque fecisse, pudeatque non solum non ferre quod ille fecerit, sed etiam non abundantissime collaudare. quis enim corrigere presumpserit quod sapientia infinita decrevit? quis malum esse iudicet quod bonitas illa perfecit? quis sibi molestum 20 esse dixerit quod ab immensa benignitate processit? adde quod non mediocrium philosophorum sententia fuit mortem bonam esse, quoniam inconvenientissimum sit, si ea malum est, omnibus equaliter evenire. Socrates enim oratione, quam damnatus ad iudices habuit, quid intendit, nisi mortem malum omnino 25 non esse? (2) nam et Silenum legimus regem Mydam, a quo captus fuerat, in liberationis premium docuisse, ut verbis Ciceronis utar, non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori (3). sed dimittamus gentilium philosophorum sententias, quibus familiare fuit speciosius loqui quam 30

Tommasa non è perduta per il figlio, essa l'ha soltanto preceduto laddove ei pure si deve recare.

A che valgono le lagrime sparse per chi non ritornerà mai più sovra i suoi passi, se non ad offender Dio e la natura?

Asciughi dunque il pianto, cercando conforto nel pensare che Dio tutto fa per il nostro bene.

Nè del resto è per opinione de' filosofi la morte un male che pianger si debba;

e se a Socrate

ed al favoloso Sileno

non si vuol prestar fede,

4. *B* Thomasinam 7. *B* transitus 8. *B* exund. lacr. 9. *B omette* ad *e dà* reminiscet 10. *B* unquam 12. *B* voluit - facimus iniur. 16. *N*[1] *omette* benigne 17. *B* fere 19-20. *B omette* quis - molestum 21. *Dopo* processit *B dà* ergo &c. *e qui s'arresta in esso l'epistola.*

(1) Cf. Terent. *Hecyra,* III, v, 465.

(2) Cf. Cic. *Tusc.* I, xli, 97 sgg.

(3) Cic. *Tusc.* I, xlviii, 114.

verius, et ad fidei nostre documenta redeamus; veram quidem germanamque veritatem penes alios frustra quesiveris. quid sanctus Iob inquit, morte filiorum tam acerba tamque horribili nunciata? certe post primi motus consternationem; quoniam id 5 in hominis potestate non sit; postquam rationi locum dedit dolor, sapientissime protulit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum [1].

s' ascolti la parola di Giobbe e si accetti con lui la volontà divina.

Benedictus sit Dominus, mi Bernarde, qui talem tibi prebuit genitricem quique talem quousque voluit preservavit, quod 10 semper tibi gloriosum fore videatur posse de suis virtutibus predicare, quibus cara tibi fuit, clara mundo grataque Numini, quod presidet universo. quod mortalis enim esset, tu sciebas; an ante vel post te moritura fuerit, ignorabas. nunc autem, postquam tibi Dei voluntas innotuit quando fuerit moritura, magisne 15 flendum est tibi quam cum sciebas esse mortalem? an adeo temerarius es et Deo ingratus, qui non inter munera singularissima reputes, quod ipsam tibi tam diuturne prestiterit? an commodatum precario concessum ultra commodantis voluntatem est licitum renuere? an divine voluntati, cui totus subiacere debes, 20 voluntatem tuam opponere debes et desideria tua vel supposita retinere? facimus etiam in rebus gravissimis nostram de amici vel noti cuiuspiam voluntate quotidie voluntatem; non pudet divine te contraponere voluntati? quod si rationi non cedis, si meis monitis non acquiescis, tempus voco in ultionem. tempus 25 equidem, crede michi, te vincet et pervicaciam tuam. cum illo congrediaris exopto. reddet illum te de flebili letum, de contumace flexibilem, de duro mollem et acerbitatem suscepti luctus citius quam cogites maturabit. illi tunc gratias agam, non tibi: commendabo tempus, non te; quod tibi non sapientiam, sed hunc 30 sapientie punctum, quod non licet nobis, infundet: lacrima scilicet, iuxta rethoris Apollonii sententiam, nichil citius arescere [2] nec luctum aliquem esse posse perpetuum. hec satis.

Dio sia dunque lodato che diè a Bernardo tal madre e gliela conservò a lungo.

Che fosse mortale ei sapeva, quando morir dovesse ignorava; or lo sa; perchè si ribellerebbe al decreto divino

Che se non cede alla voce della ragione, pur dovrà lasciarsi vincere dal tempo.

Ed allora a questo, non a lui, sarà da tribuir lode d'aver seccate le lagrime che or crede inesauribili.

10. N^I videa *(sic)* 17. N^I diuturno 30. N^I *omette* quod non, *da noi aggiunto per restituire il senso.*

(1) Iob, I, 21. (2) Cic. *De inv.* I, 55.

Nega che la nascita d'un mostro bicipite segnalatagli da Bernardo voglia considerarsi come presagio pauroso.

Monstrum autem illud biceps, horrendum et admirabile, sive duas sive potius unam habuerit animam, aliquid letum tristeve portendere, sicut naturale non potest esse, sic stultum metuere supersticiosumque et anile sine dubio cogitare (1). Gentilium erant he cogitationes, a quibus facessendum est pietati christiane, quoniam ea nec proponat Deus in signum nec in causam ad alium producendum effectum. super metu vero pestis non dixerim nobiscum Deum ludere nec irasci, sed immotum, imperturbatum atque tranquillum peccata nostra punire. in qua quidem re auream Augustini sententiam, qua multotiens usus sum, repetam. contra Academicos quidem ad Romanianum scribens ait in hunc sensum: nam si divina providentia portenditur usque ad nos, quod minime dubitandum est, michi crede, sic nobiscum agi oportet ut agitur (2). vale. Florentie, septimo kalend. octobris.

In quanto alle minaccie di pestilenza, esse non son da considerare se non come effetto dei peccati umani che Iddio s' accinge a punire.

VIIII.

A Giovanni Quatrario (3).

[N¹, c. 146 a.]

Insigni viro Iohanni Quatrario Sulmonensi.

Firenze, 28 settembre 1399.

Giovanni è pur sempre lo stesso; vuol avere ognora l'ultima parola.

Vir insignis, frater optime et amice singularissime. non discedis ab ingenio; sed ut tibi naturaliter insitum est morisque vetusti tui, semper vis quem alloqueris superare: sed hoc

13. *N¹* agit

(1) Si tratterà probabilmente di qualche animale a due teste, se non fors'anche d'un fanciullo mostruoso, nato nelle vicinanze di Bologna e ritenuto, secondochè voleva la volgare credenza, annunzio d'imminenti calamità. Però nè la *Cronica di Bologna* (Muratori, *Rer. It. Scr.* XVIII) nè il Ghirardacci, *Ist. di Bologna,* lib. xxvii, che pur accenna (II, 502) ad altri prodigi verificatisi nel '99 in Bologna, fanno della nascita d'un mostro menzione.

(2) S. Aug. *Contra Acad.* lib. I, cap. 1 in *Opera,* I, 906.

(3) Dal giorno in cui tra i cortigiani, che s'affollavano intorno ad Urbano V nella rocca di Montefiascone, il S. aveva imparato a conoscere Giovanni Quatrario (lib. II, ep. v; I, 63), trent'anni erano trascorsi; ed in sì lungo spazio di tempo, sbattuti qua e là dai capricci di fortuna, niuno de' due aveva mai pensato a riannodare una corrispondenza interrotta sul suo nascere. Il tardo

maxime nunc intendis, imo, quo verius loquar, facis. nam cum inter nos fuerit vetus et constans amicicia, virtuosis conflata principiis, quam, si fieri posset, oblitterasse videatur mutuum diuturnumque silentium, taliter te excusas, quod me accuses, taliter hoc
5 crimine te expurgas, quod totum hunc errorem in me deflectas. dicis enim multotiens te scripsisse; me nunquam; te nichil iocundius loqui quam de Colucio; me vero putas, ut arbitror, de te nichil penitus enarrare. tu michi multa per tuos referri verbotenus procurasti; a me vero, quo verbis utar tuis, nullum nec
10 scripto nec verbo responsum, ut obiicis, accepisti. verum, mi Iohannes, cum me tam efficaciter accuses, non consideras quod tu ipse scripsisti: nepotem illum tuum, quem sors obtulit, retulisse quam ardenter, audito Quatrariorum cognomine, de te sciscitatus fuerim et quam expresse concipere potuisti me tuum
15 statum et ubinam degeres ignorasse. nonne, si non scripsi, michi satis ad excusationem est me quonam tibi scriberem ignorasse? nonne michi nescienti quid ageres, quos principes sequereris an presules, veteres dominos an novos, et ubinam fores, abunde sufficit ad excusationis presidium si non scripsi? (1) nolo culpe cau-
20 sam transferre, quod possem, in continuas occupationes meas et quod raro concurrat habere simul tabellarium, qui litteras deferat, facultatemque scribendi. tu vero, mi Iohannes, scivisti continue

Dovendo infatti scusare il proprio lungo silenzio, che avrebbe estinta un' amicizia meno antica e costante della loro, egli accusa Coluccio per scolpare se stesso.

Ma Coluccio non è più colpevole di Giovanni;

se non gli scrisse, ciò nacque dall' ignoranza del luogo dov' ei viveva, delle sue condizioni.

Tacerà delle proprie occupazioni, che rendongli difficile oltremodo il carteggiar cogli amici.

Ma Giovanni che sapeva dov' egli

13. *Cod.* quartariorum

tentativo di risuscitar gli antichi amichevoli rapporti, del quale la presente ci porge testimonianza, non dovette quindi avere molto successo, se ne giudichiamo dal silenzio mantenuto in seguito da entrambi.

Ove noi volessimo muovere dal 1375, data dell' elezione sua in cancelliere, per trovare il conto de' ventiquattr' anni che il S. afferma qui d' aver speso ne' servigi del comune fiorentino, dovremmo assegnare quest' epistola al 1400. Ma già altra volta ci è avvenuto di avvertire che Coluccio soleva far datare gli inizi del suo cancellierato dal 1374, benchè in quell' anno ei non fosse stato in realtà che notaio delle tratte; cf. lib. III, epp. XIII, XXV; I, 167, 225. Noi assegniamo quindi la presente al 1399, anche per la ragione che se il nostro l'avesse scritta nel settembre del 1400, dopo aver provato la più crudele delle sventure, la perdita cioè de' suoi figli Piero ed Andrea, non vi parlerebbe certo di sè con quella serena contentezza di cui al contrario dà prova.

(1) Già dicemmo altrove (lib. II, ep. V) come nel 1368 il Sulmonese fosse agli stipendi d' Ugolino Orsini, figliuolo di Niccolò conte di Nola.

fosse, perchè non si fe' vivo con lui?

quod Florentiam incolam et in officio verser, quod iam annis vigintiquatuor gessi, ut in dies de me scires consumate quid esset, cum ego vero fuerim semper ubinam esses incertus. nunc scio quod Rome sis; quid geras et circa quid occuperis et an ibi diutius sis mansurus ignoro. nec certus sum an istic te debeat hec littera reperire. nescio pariter si qua fulgeas dignitate, personatu vel officio, quo te debeam honoris gratia designare. nunc temet in arbitrum eligo; tibi plene committo quod iudices, cum tibi et michi debeat imputari silentium, quis nostrum maiore culpa gravetur vel cuius magis sit taciturnitas condemnanda. sed iam controversiam finiamus. fac ut scribas, obsecro; fac michi, quod optasse me tuus nepos retulit, quibusnam sideribus utaris notum; et quo fortune flatu iactatus, in quem denique portum tuam naviculam impegisti. preterita quidem, si leta fuerunt, cum felices sumus, non ingrate recolimus; tristia vero transacta memorare, cum gaudemus, dulcissimum est; quanvis Statiana, sicut legimus, Hypsipyle nondum exacti criminis dicat

Or giudichi egli stesso qual di loro abbia a dirsi più colpevole.

Ma si finisca tale controversia: scriva l'amico e gli dia nuove sue, degli avvenimenti trascorsi, lieti o tristi ch'essi siano;

Dulce loqui miseris, veteresque reducere questus (1).

e lo tenga informato de' mutamenti futuri.

utrumque sic scribe, precor, facque quod semper sciam ubi degis et si locum mutaveris indicato, ut norim quo littere mittende sint. non enim me credas unquam noticiam, dilectionem et amiciciam tuam, quibus virtutibus nichil est in nostra conversatione dulcius, sapientius atque divinius, et in qua tecum incurri, quam elegi quamve firmavi, licet semper tacuerim, in oblivionis lapsum demisisse, in penitentie revocationem vel in contemptus levitatem dedisse. plane siquidem tui recordor teque, si moleste non tuleris, amo. noveris quoque quam fideliter littere traduntur. scias illas me de Bononia litteras recepisse, non de manibus eius quem commendas, sed alterius, qui te non novit et quem ego non vidi. libellum meum De fato et fortuna si videre cupis, pete nomine meo commoditatem eius a viro multe scientie multeque virtutis domino Thomasio de la Spina (2), qui fecit ipsum exem-

Afferma che mai non obbliò l'amicizia antica

e si lamenta che tardi e quasi per caso gli sian pervenute le sue lettere.

Se desidera legger il suo libro *De fato et fortuna*, messer Tommaso della Spina è in grado d'appagarlo.

3. *Cod. omette* cum 4. ibi] *Cod.* tibi 17. *Cod.* Ysiphiles

(1) P. P. STAT. *Theb.* V, 48.

(2) Messer Tommaso della Spina, dottore di leggi, era officiale della Camera apostolica. Bonifacio IX, il quale

plari et ego correxi. scio quidem humanitatem suam nec puto quod deneget. vale et benignius de amico sentias. Florentie, quarto kalend. octobris.

X.

5 A Niccolò da Tuderano (1).

[R², c. 84 b.]

Nicolao de Tuderano.

Firenze, 2 ottobre 1399. Vivamente egli desidera possedere un esemplare corretto della Comedia dantesca,

Est michi cura, vir insignis, frater optime, amice karissime, quod possim habere correctum opus divinissimum Dantis no-
10 stri, quo, crede michi, nullum hactenus poema vel altius stilo

8-10. *Il Mehus, In Ambr. Trav. ep. Praef. p.* cxxxvii, *stampa da* Est *a* nostri
9. *Cod.* correptum

faceva qualche conto di lui, lo mandò nell'estate del 1392 a Perugia disposta a far rinunzia della propria indipendenza alla Chiesa; ciò che avvenne, com'è ben noto, il 21 luglio; cf. arch. Comunale di Perugia, *Annali decemvirali,* 1392-1393, c. 104 a; Theiner, *Cod. diplom. dom. temp. S. Sedis,* III, 48, xx. Mentre il della Spina si trovava colà, ebbe incarico dai Perugini, che gli diedero compagno Paolo Petrucci da Montesperello, di ottenere dalla Compagnia di San Giorgio che sgombrasse il loro territorio; e nell'impresa riuscì, ma la città fu obbligata a sborsare una grossa somma di denaro; cf. *Ann.* cit. loc. cit c. 100 a, 15 luglio. Caduto pochi dì appresso in disgrazia del pontefice, che lo fe' guardare a vista nel proprio palazzo, Tommaso trovò ne' Perugini un efficace soccorso (*Ann.* cit. c. 107 b, 27 luglio); sicchè non solo riebbe la libertà, ma continuò a trattenersi in Perugia ed a servire la Chiesa, come prova l'atto di pace concluso l'anno appresso tra il papa ed i Perugini, nel quale appar ricordato il suo nome tra quelli degli intervenuti alla stipulazione del contratto il 30 novembre 1393 nel palazzo vescovile; cf. *Ann.* cit. a. 1393, c. 114 b.

(1) La notevole Descrizione intiera della provincia di Romagna, eseguita nel 1371 per ordine del cardinal Anglico, vicario generale della Chiesa in Italia, ed impressa da M. Fantuzzi, *Monum. ravennati de' secoli di mezzo,* Venezia, mdccciii, V, 87, enumerando alquante terre, situate in quel di Forlimpopoli, « in « montibus », tenute per la Chiesa dall' arcivescovo di Ravenna, così accenna a Tuderano: « Castrum Tude- « rani situm in quadam collina habet « roccham seu fortalitium forte, ad « cuius custodiam moratur unus ca- « stellanus pro dicto archiepiscopo; « in quo castro sunt focul. centum ». Son d' allora corsi cinque secoli, eppur la descrizione è ancora esatta, perchè sull' alto colle dove mani etrusche l' avevano forse primamente elevata, la vecchia rocca sorge anch' oggi intatta e minacciosa a proteggere le poche case che le si aggruppano ai piedi; cf. Amati, *Diz. corogr.* VIII, i, 103. Solo il nome è in parte mutato; perchè una falsa tendenza eti-

opera di tanto pregio, vuoi per la sostanza, vuoi per la forma,

vel elegantius inventione vel maioris ponderis, cum ad res aut ad verba veneris vel tractatum. ubi quidem stili triplicis rationem et differentiam perfectius habemus atque liquidius? ubi re-

2. *Cod.* triplicio

mologica ha corrotto in « Teodorano » il « Tuderano », che presenta sì belle traccie della vetustissima origine; cf. Tuder = Todi. Da questo castello trasse dunque Niccolò il cognome, come lo derivarono altri de' quali le carte ravennati ci hanno serbato memoria, a cominciar dal « Benvenuto « da Tuderano » vivente nel 1271 (Fantuzzi, op. cit. I, 400), per venire a « ser Ziechinus quondam Petri de « Tudorano », che un atto del 1354 ci dice procuratore di Bernardino da Polenta (Fantuzzi, op. cit. III, 326) ed al « nobilis vir Iacobus de Tude- « rano, domicellus Ravennatensis », il quale addì 4 maggio 1391 riceveva da Bonifazio IX, come rappresentante de' signori da Polenta, l'investitura di Ravenna; Fantuzzi, op. cit. III, 239. Se Niccolò abbia appartenuto alla stessa famiglia dond' usciva costui non sapremmo dire, perchè scarse sono le notizie che di lui possediamo. Avviatosi all' arte notarile e guadagnatosi il favore di Guido da Polenta, egli era stato da questi preposto alla propria cancelleria certo prima del 1380, perchè in tal anno Simone generale dell' ordine di Vallombrosa, inviato da papa Urbano VI in Romagna coll' incarico di comporre le discordie che per il possesso di Porto Cesenatico ardevano tra Galeotto Malatesta ed il signor di Ravenna, lo rinvenne alla corte del secondo e tanto se ne compiacque che, scrivendo poi a Guido da Vallombrosa, così chiudeva la sua lettera: « Recommendo ex intimis cor- « dis vestre dominationi fidelissimum « servitorem vestrum ser Nicholaum « de Tuderano »; missiva del 15 luglio 1380 in cod. della Naz. di Firenze, *Conv. soppr.* G, 6, 1502, c. 23 b. Ma dell' amicizia che il buon frate aveva concepita per ser Niccolò più notabile documento è la letterina seguente, che pur ivi si legge, c. 23 b:

Circumspecto viro probate virtutis ser Nicholao de Tuderano cancellario magnifici domini domini Ravennatis amico suo intimo & devoto.

Dilectissime mi. Russium ultima vice reversus et vos non inveniens, dolui cordialiter ultra quam credatis, totum imputans meis demeritis presentie vestre corporee consolatione privatus, quantumcumque a mente mea nunquam ullatenus absistatis. o quotiens diebus singulis in corde meo revolvitur vestri memoria in isto paradiso terrestri, ubi aer sanissimus, aque frigidissime, vina violacea, familia dulcissima et, ut breviter dicam, omnia refocillantia animas et corpora! que si possem participare vobiscum, multo magis michi essent accepta. rogo igitur vestram dilectionem, ut si casus contingat vos venire Florentie, quatenus vos non tedeat divertere a recto itinere, ut huc veniatis ad meam consolationem et beneplacitum singulare. preterea scire desidero si littere mee portate Romam per cursorem domini vestri representate fuerunt domino nostro domino summo pontifici et domino Gradensi. et si dominus vester habuit aliquam responsivam de litteris suis circa factum treugue et compromissi. non pigeat vos confortare ex parte mea magnificam dominam Lisam et filios eius & vestros. si qua possum, indubie tenete vos posse.

Vester frater Simon Vallisumbrose &c. servus inutilis et generalis minister. — ubi .xv. iulii 1380.

Morto Guido da Polenta in quella tragica guisa che tutti sanno, Niccolò non desistette dal servire i di lui malvagi successori; e ne ricaviamo la prova dall' atto col quale nel maggio 1398 Obizzo, Aldobrandino e Pietro da Polenta annuirono come raccomandati de' Bolognesi a far parte della lega stretta da costoro con Firenze, Venezia, Ferrara, Mantova e Padova. In

peries tot et tanta connexa dictionis serie venustius atque subtilius? ubi res graviores verbis convenientioribus invenire poteris explicatas? denique, crede michi, dulcissime Nicolae, nichil altius, nichil ornatius, nichil expolitius nichilque scientia profundius
5 illis tribus canticis possumus demonstrare. que quidem apud alios singula sunt et singularia, sunt ab eo simul absolutissime comprehensa. illic enim mirum in modum precepta moralia lucent, nitent philosophica theologicaque resplendent. illic rethorica sententiarum atque verborum scemata patent tali cultu, quod alibi
10 difficile fuerit talem et tantum ornatum etiam in summis auctoribus invenire. illic omnium etatum et gentium leges, mores et lingue miraque rerum gestarum compendia, quasi stelle quedam in firmamento relucent tanta talique maiestate, quod adhuc nullus eum in illo stilo vel excedere potuit vel equare. sed quorsum
15 hec? ut minus admirere si tam ardenter me concupiscere videas aliquem textum reperire correctum. dici quidem non potest quam molesta michi sit ista corruptio, que libros omnes invasit. vix enim invenitur iam ex Petrarce Boccaciique libellis codex fideliter scriptus quique non multum ab exemplaribus degeneraverit:
20 sunt quidem non exempla, sed exemplorum similitudines. vera quidem exempla vestigia sunt exemplarium atque sigilla: que vero pro exemplis habemus adeo dissident ab exemplaribus, quod plus ab eis deficiant quam statue deficere soleant ab hominibus, quorum simulacra sunt. hec quidem, licet habeant ora, nichil dicunt;
25 illa vero, quod deterius est, contraria suis exemplaribus sepe

che niun'altra si può ritrovare la quale valga a superarla.

Quanto difatti si rinviene sparso presso gli altri tutto è nel volume di Dante abbracciato e riunito: sicchè i dettami della morale, della filosofia e della teologia,

gli insegnamenti della storia, vi rilucono quasi tante stelle nel cielo.

Della sua brama di avere un testo corretto dell'opera dantesca non si stupisca egli dunque.

Pur troppo neppur degli scritti del Petrarca e del Boccaccio è possibile rinvenir esemplari cbe fedelmente rispecchino gli originali;

anzi le copie che corrono di questi riboccano d'errori;

3. *Da* crede *ad* exemplare *(p. 374, r. 3) è pur impresso dal Mehus, loc. cit.*

esso infatti tra i testimoni intervenne anche « circumspectus vir ser Nico« laus de Tuderano »; Fantuzzi, op. cit. III, 262 sgg.

Questo è tutto quanto potemmo raccogliere intorno ai casi del cancelliere ravennate. Già avanzato negli anni quando ricevette la presente (noi apprendiamo dall'ep. xiiii di questo stesso libro che de' suoi due figli, già uomini fatti, uno era morto nel '99 lasciandogli la cura di tre nipotini), la sua vita non dev' essersi prolungata certo al di là de' primi anni del secolo quindicesimo.

A determinare la data di quest'epistola, tanto notevole per la storia degli studi danteschi nel Trecento, niun diretto argomento può esser da noi invocato. Ma poichè la seconda epistola diretta dal S. a Niccolò dee ritenersi spettante al '99, come dimostreremo, ovvio è concludere che questa pure a tal anno appartenga.

ma la Comedia ha avuto sorte anche peggiore, perchè gli ignoranti mal possono copiare a dovere gli scritti dei dotti.

Or ha saputo che Menghino da Mezzano, familiare un tempo dell'Alighieri, ne studiò il poema e sopra d'esso scrisse accurati commenti; e gli è giunta insieme novella che i libri di Menghino sono passati dopo

dicunt; que cum communis calamitas sit, in hoc libro latius obrepsit et copiosius, quoniam vulgares et imperiti perite non possunt que periti fecerint exemplare.

Nunc autem audivi quod olim dominus Michinus de Mezano [1] cardinalis sive canonicus ecclesie Ravennatis, notus quondam familiaris et socius Dantis nostri, fuit huius libri doctissimus et studiosus et quod super ipso scripserit curiose [2]; cuius libros audio in manus illorum magnificorum dominorum meorum, quod verissimum arbitror, pervenisse. quo te per superos et inferos et 5

(1) Di Menghino Mezzani toccammo già nelle note all'ep. I del lib. II (I, 55), colla quale il S. l'aveva, mentre trovavasi a Roma nel 1368, richiesto d'amicizia; non senza dolerci però che intorno alla sua vita ed ai suoi scritti s'avesser troppo scarsi ragguagli. Il lamento, dopochè C. Ricci, *L'ultimo rifugio di D. Alighieri,* Milano, 1891, p. 218 sgg., ha posto alla luce parecchi documenti che lo concernono, potrebbe parere meno fondato; ma in realtà ancor oggi le vicende di Menghino, la sua prigionia, la sua determinazione d'abbracciar lo stato ecclesiastico rimangono avvolte d'oscurità e di mistero.

(2) Queste parole di Coluccio, messe in evidenza dal Mehus, Praef. in *Ep. A. Traversarii,* p. CXXXVI, hanno ingenerata la comune credenza che Menghino debba venir annoverato tra i più antichi commentatori della Comedia dantesca. Tale non è però l'avviso del Ricci, il quale (op. cit. p. 235) sostiene che il « minuzioso » (perchè « minuzioso »?) lavoro del Mezzani « non altro può essere che « la epitome del poema di Dante o, « meglio, argomento o sunto di cia- « scun canto da apporre come titolo », da lui stesso, dopo più altri, ripubblicata; op. cit. p. 389 sgg. « Del resto », egli conchiude, « le parole del S. non « dicono che il Mezzani scrivesse un « comento! » Ora è necessario far qui qualche distinzione. Certo noi non siamo in grado di decidere oggi se Menghino abbia composto un comento, qualunque ne fosse la forma, alla Comedia; ma possiamo in quella vece affermare, piaccia o no al Ricci, che il S. all'esistenza di quel comento ci credeva. Come ammettere altrimenti che un uomo quale Coluccio, imbevuto di tradizioni classiche, ammiratore non meno appassionato che intelligente dell'opera dell'Alighieri, si desse a ricercare con tanto fervore le scritture dantesche di Menghino, ove avesse non dico saputo, ma neppur sospettato che esse si riducevan tutte all'insulsa filastrocca in versi data fuori sotto il nome del Ravennate? Se Coluccio bramò così vivamente di conoscere e possedere quanto il Mezzani aveva dettato intorno alla trilogia dantesca egli è perchè nudriva l'opinione che a costui, amico e discepolo dell'Alighieri, fosse riuscito di mettere insieme delle pagine, degne dell'epiteto di « curiose », cioè a dire ricche di notizie peregrine e squisite, che poteano esser di capitale importanza per la interpretazione di passi controversi ed oscuri del sacro poema. Pretendere, come fa il Ricci, che del suo culto per Dante Menghino non abbia lasciato altro documento fuorchè l'insignificante epitome dell'*Inferno* e del *Purgatorio* che va sotto il suo nome è troncare con disinvoltura il nodo, non scioglierlo.

per si quid in amicicia dulce potest esse venerandumque reperiri rogatum velim quatenus michi perficias, ut illius viri Dantem et quicquid in ipso scripserit videre valeam et habere (1). spero quidem in oculis illorum tantum invenisse gratie, quod michi
5 super hoc placere nullatenus gravabuntur. vale, mei et huius rei, si me diligis, memor. Florentie, sexto nonas octobris.

la sua morte nelle mani de' signori da Polenta.
Prega quindi caldamente Niccolò a volersi far interprete presso costoro delle sue brame.

XI.

A Giovanni Conversano da Ravenna (2).

[R^I, c. 11 b; M^2, c. 27 a; G^I, c. 1 a.]

10 Iohanni Conversano de Ravenna.

rius merearis. nunc autem ad primas epistole tue partes accedens, pauca loquar. pauca quidem merentur que verborum ambitu luxuriantia vera non sunt et ad blandicias plus quam oporteat accomodata. dicis enim te concupisse diu michi scribere multis ex causis, sed maxime quoniam, ut verbis utar tuis, pulcrum 5 nimis esse ducebas, quod tu, adolescens homo, divini ingenii viro ac omnium eruditorum principi litteras conscriberes, cuius si responsum consecutus esses, quod sine dubio sperabas, arbitrabare sicque arbitreris nominis tui memoriam in eo tantum responso, quod scires inter ceteras epistolas, credo meas, debere 10 reponi, quas immortales fore firmiter teneas, apud omnem posteritatem sempiternam esse. hec, ut cetera pretermittam, ad litteram paucis interpositis tua sunt. in quibus quidem, cum adolescentulus sis, unde tibi venit, ut tam alte de me sentias ferasque de me et epistolis meis tam splendidam et tam gloriosam pre- 15 sertim sine ratione sententiam? egone divini sum ingenii, quod quidem experientia quotidiana perpendo quam hebes sit? noli magistri tui stilum illum redundantem et pampineum, quem floridum reputat, nimis sequi. omnia sunt apud ipsum divina, superlativa et denique talia, quod, cum ad veritatis examen ve- 20 neris, nichil eorum, que dixerit, sibi constet [1]. tu sic enata per eloquentie pelagus, quod veritatem non deseras. infinitum et intranabile mare fit eloquentie si dimiseris veritatem. vera quidem fixa sunt, determinata sunt, que qui sequitur in solido semper est. sed ut illuc unde discessi redeam, egone divini sum ingenii, 25 sive ingenium velis nature proprietatem, ut optimi sumunt auctores, sive vim ingenitam inquirendi, inveniendi, discendi et intelligendi faciendique, sicut communiter sumimus? tune divinitatis maiestatem ad humane condicionis fragilitatem et imperfectionem trahis? non te tam devium ducat orationis splendor, ut 30 divinitati dignitatem minuens suam, homini, presertim amico, falsam ridiculamque laudem imponas. nec in excusationem au-

Or come può egli, essendo giovane ancora, portare tale giudizio di Coluccio e stimarne divino l' ingegno?

Non voglia imitar troppo lo stile frondoso e gonfio del maestro suo nè alterare per vezzo il vero.

A torto difatti ha dato a lui il titolo di divino,

che non gli compete in guisa veruna.

(1) Nel maestro del Sermini che Coluccio vuol pungere deesi probabilmente riconoscere il Malpaghini. Cf. del resto il giudizio che, scrivendo a lui stesso, dà del suo stile Coluccio nell'ep. x del lib. XII.

ctoritatem Ciceronis adducas, qui simili orationis fluxu et ambitione cunctis ferme orationibus suis et ad amicos etiam scribens loquitur. sciebat enim ille, sciebat et deorum cultrix universa Gentilitas deos, quos colebant, homines fuisse, et nedum homines, 5 sed corruptissimos homines, quos tamen vel potentia principatus vel admiratio fortune vel beneficiorum memoria vel potius formidolosa subditis tyrannorum regumque presidentium iussio, quo populos religionis opinione credulos implicarent, recepit in deos. sciebat viros, quos virtutibus videbat excellere, proximos deis esse. 10 videbat et sublimia nomina, veluti maximus optimusque, quibus Iovem venerabantur, hominibus attributa. sic Scipio Nasica, qui matris deorum hospes fuit, auctoritate senatus vir optimus iudicatus et dictus est (1) et Q. Fabius, quoniam forensem potentissimam nimis tribun factione sua rempublicam perturbantem in quatuor 15 secuit tribus, Maximi cognomen meruit (2). quo fiebat, ut tam Cicero quam omnes Romani licentiose vocabula convenientia Deo et suis exhibita deis, hominibus attribuerent. nunquid hac uti licentia congruat veros veri Dei cultores, non magistro tuo, quem difficile nimis foret ad hanc religiose moderationis advocare sen- 20 tentiam, sed tibi prebeo iudicandum. quod autem ex meo responso, quoniam inter alias meas epistolas redigendum sit quod rescripsero, eternitatem nominis tui speres, eoque illas eternas fore firmiter teneas, risi mecum simplicitatem tuam. principio quidem, ut loquendi modum videas, e t e r n u m f o r e non rite con- 25 iungitur. quod enim eternum non est, eternum, postquam fuerit, esse non potest. desinat esse temporale et quod est oportet quod in eternitatem transfertur. quo fit, ut aliquid recte dici non possit eternum fore, quod, ut scite ponis, futuri temporis est, sed pro fore dicendum est esse. sed hec omittamus. quis au- 30 tem tibi revelavit eternitatem epistolarum mearum? an potest eternum aliquid fieri manu mortali? cumque scias infinita maximorum auctorum scripta periisse videasque cuncta mortalium opera deperire, qua ratione tibi, ne dicam michi, polliceri potes

Nè adduca a sua discolpa l'autorità di Cicerone, avvezzo ad esagerar i pregi de' suoi amici, a prodigare le lodi, come facean tutti i pagani, che i titoli attribuiti agli dèi falsi e bugiardi,

applicar solevano agli uomini eccellenti.

Questa licenza non è concessa ai cristiani.

In quanto poi alla speranza sua di divenir immortale quando il suo nome trovi luogo in una delle epistole di Coluccio destinate a non perire, la sua semplicità è degna di riso.

Chi gli ha rivelato che le sue epistole dureranno eterne,

quando nulla quaggiù può aspirare all'eternità, anzi tutto perisce?

(1) Cf. Val. Max. op. cit. VIII, xv, 3 e le note all'ep. xviii di questo libro, p. 398 sgg.

(2) Tit. Liv. *Hist.* IX, xlvi.

meas epistolas cum tempore non fluere, sed eternaliter permanere? non speres ex meis scriptis eternitatem, quam ipsa non habent. temporalia quidem sunt et in eternitatem, nisi temporaliter esse desinant, nullatenus transitura. aliam vero permansuram et certam eternitatis rationem intendas velim, de qua Psalmigraphus ait: in memoria eterna erit iustus, ab auditione mala non timebit [1]. hec satis.

Non speri dunque conseguire dagli scritti di lui quel che essi nè posseggono nè dar possono, e riponga le sue speranze in altra e più verace eternità.

Nunc ad illa, que doles et times, veniam. unum tamen, dilectissime mi Petre, volo prefari, quod ubi passionum tumultus fervet ratio non auditur. sedetur ille strepitus oportet, ante quam precepta rationis valeant aliquid operari. quis enim, si mare turbida tempestate circunfremat, de littore clamans posset a nautis metu perterritis navi succurrentibus aut inter fluctus periclitantibus exaudiri? quam ob rem te prius componas oportet, ut dolor cedat et timor invasisse te, sicut asseris, erubescat. cedet autem dolor, si sibi non cesseris; pudorem autem concipiet timor, si senserit te sibi magnitudinem animi, quantam possis et debeas, obiecisse. verum quoniam excitandus es, ut in robur istud mentis evadas, querenda radix inveniendumque principium est cur times et doles. hoc autem esse non potest nisi propter conceptam opinionem rei, quam formides aut doleas, quod mala sit. hec autem sunt, ut tu ipse conquereris, mors exacta tuorum, unde dolendi materiam trahis, futuraque mors tua tuorumque, quam imminere tibi vel illis suspiceris et times. si consequar igitur quod ostendam tibique persuadeam mortem non esse malum, nichil erit eorum que scribis quod dolere debeas vel timere. video iam te confusum faciem in rubore effundere; video iam te videre quod pueriliter nimis et contra rationem dolorem conceperis et timorem. mala quidem non est mors, nisi sceleratis et malis. si doles igitur de morte fratris et neptis unius triumque tuorum patruelium et aliorum quos scribis, si tibi vel aliis mortem metuis, quoniam cuilibet mors sua malum est, si sceleratus sit, dolens mortuos vel timens morituris fateris atque sentis eos sine

Or venendo ai suoi timori ed ai suoi lutti non sa troppo come consolarlo, finchè egli è cotanto agitato e sconvolto.

Ma perchè la ragione ricuperi su di lui l'usato impero, è necessario ch'egli venga nella persuasione che non è male quello che egli tale reputa e considera. Or se la morte non è un male, Piero non avrà più ragione di dolersi.

Difatti la morte non è un male se non per i malvagi. Ei non dee quindi lamentar la perdita de' suoi congiunti, se non vuol confessare ch'erano malvagi.

3-4. G^1 temporalia 6. ab] G^1 at 12. M^2 G^1 possit

(1) *Psalm.* CXI, 7.

dubio sceleratos. etenim si solum sceleratis mors mala est et de malo mortuorum vel moriturorum doles aut metum concipis, de sceleratis doles et times. nam de tuorum morte dolere vel ipsos metuere morituros esse, ne dicam stultum, irrationabile ac supervacuum est, quoniam ipsis non malum, sed bonum contingit morientibus. nec sperare debeas malum eis posse venire. etenim scriptum est: iustorum anime in manibus Dei sunt et non tanget eos tormentum mortis [1]. si iustos, teste Veritatis eulogio, non tanget tormentum mortis; iniustis solummodo mors timenda. nec credas hoc solum esse de fidei nostre doctrineque christiane preceptis. plane quidem sensit hoc idem ipsa Gentilitas. vide quidem Socratis orationem apud Ciceronem nostrum, qua scribit eum usum fuisse, cum damnatus esset ad mortem. magna me, inquit, spes tenet, iudices, bene michi evenire, quod mittar ad mortem, et cetera que subnectit. concludens autem ait: nec vos quidem iudices, qui me absolvistis, mortem timueritis. nec enim cuiquam bono mali quicquam venire potest, nec vivo nec mortuo; nec unquam eius res a diis immortalibus negligentur [2]. quod si ita est, quid metuis aut doles? hoc enim adeo verum est, quod legamus Trophonium et Agamedem pro edificato templo Apollinis Delphici petiisse mercedis loco, sicuti refert Cicero, nichil quidem certi, sed quod esset optimum homini. quod cum Apollo se daturum postridie respondisset, ambo die, qua promiserat, mortui reperti sunt [3]. simileque contigit Cleobi atque Bitoni, qui matrem suam Argiam sacerdotem, moram facientibus iumentis, curru vexerunt ad fanum, ubi sacrificandum erat. advecta namque sacerdos pro singularis pietatis premio, materno suspirans affectu, precata dicitur filiis quod maximum homini dari posset; qui post sacras epulas obdormientes mane mortui reperti sunt [4]. nec ex hoc velim te fundare huius certissime sententie veritatem, sed te cognoscere

Deplorando la loro morte egli ammette che essi abbian sofferto un danno; ma deesi credere invece l'opposto: per i buoni essendo un bene la morte,

come attesta la sacra Scrittura,

e come già opinarono i pagani stessi; del che Socrate porge buon testimonio,

ed offron conferma i casi di Trofonio e d'Agamede,

di Cleobi e di Bitone.

Or che farà egli? Vorrà negar fede a ciò che credettero pur essi i Gentili,

20. *M² G¹* Triphonium 25. *M² dà in rasura le ultime lettere di* contigit *M² G¹* Binoto

(1) *Sap.* III, 1.
(2) Cic. *Tusc.* I, xli, 77, 98-99.
(3) Cic. *Tusc.* I, xlvii, 114.
(4) Cic. *Tusc.* I, xlvii, 113.

sufficiat hoc sine fidei lumine Gentibus etiam innotuisse. alibi iacet huius veritatis auctoritas; ex eo, videlicet, quod iam dictum est: iustorum anime in manibus Dei sunt, et non tanget eos tormentum mortis (1). cui conforme quidem est psalmidicum illud: speciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius (2). mors enim malos non facit, sed aliquando invenit. malignitas autem morientium aliunde provenit quam ex morte, nec quisquam male moritur, quoniam moritur, sed ex eo potius quia malus est. unum teneas constanter velim: mortem non esse malum culpe, licet malum nature dici possit et pene. dolere vero communi nature malo, quod nos malos non efficit, aut importunum est et vanum aut omnino tale, quod in miseriam sempiternam sepultum esse mortale genus ingemiscendum dolendumque relinquat (3). nunc autem si mors non facit malos, malum omnino non est. non facit autem, etiam si nocentibus detur in penam; aliunde quidem mali sunt. si recte namque respexeris, malos non facit pena, sed culpa. non facit etiam malos ipsa natura, cuius condicione licet omnibus insit, ut morituri sint et denique moriantur, non tamen mali sunt. quod, precor, malum tibi morituro metuis? nunquid quod Hadrianus moriens legitur fuisse conquestus, animam alloquens suam:

quando per lui brilla di vivissima luce l'autorità divina?

La morte non è un male dunque se non per chi è cattivo;

nè è un male di colpa, sebben sia male di natura e di pena.

Che se si dovesse deplorare la sorte a tutti riserbata, si passerebbe la vita a gemere sopra noi stessi.

Dacchè la morte non rende cattivi coloro che vi soggiacciono non è un male;

nè a lui conviene temerne le conseguenze, ove non divida in proposito le idee d'Adriano.

> Animula vagula, blandula,
> Hospes comesque corporis,
> Quo nunc abibis in loco?
> Pallidula, rigida, nudula,
> Nec, ut soles, dabis iocos! (4)

hoc forte metuis, hoc tibi venturum doles, illis et conquereris evenisse. sed dices: me restringis ad ineptias, pater. non sum tam excors, quod ista vel michi futura metuam aut iam aliis evenisse stolidus ingemiscam. doleo metuoque, quod ista mortis properatio fuerit iam mortuis futuraque michi sit impedimento,

Ei dirà forse che non è il timor della morte propria o altrui che lo atterrisce, ma il pensare che a questi come a se stesso essa impedirà se affrettata

3. *M*[2] *dà* eos *in rasura.*

(1) *Sap.* III, 1.

(2) *Psalm.* CXV, 15; ma il sacro testo dà « pretiosa ».

(3) Cic. *Tusc.* I, VIII, 15.

(4) Ael. Spartian. *Vita Hadr.* XXV, 9; ma il testo nel v. 3 « quae », « loca ».

ne quantum possumus mereamur. et hoc ipsum desinere esse quod sumus, horrendum nimis est, nec ipsius mecum patior meditationem. sed dic, precor, horresne tempus aut cogitationem status tui, vel eorum quos meres, qualis esset ante quam esses aut essent? non crediderim; nec horrere quidem hoc potes aut cogitare. si enim, ut quidam stultissime putaverunt, anima simul et corpore morimur, cum idem status post nos futurus sit qualis ante quam essemus fuit, de cuius quidem molestia nichil habemus, quid est quod metuere debeamus? sin autem, quod verissimum est, anime remanent post nos; adducet enim, ut concludit regius Concionator (1), Deus in iudicium pro omni facto, sive bonum sive malum sit; bono sis animo, precor. misericors enim et miserator est Deus (2), ut, nisi tuis tuorumque peccatis omnino diffidas, longe magis sperare debeas quam timere. sed dicis: fratrem meum mortuum et alium egrotantem, quem metuo periturum, quoniam eorum indoles spem michi non parvam future probitatis afferebat, multo magis quam ceteros diligebam; quoniamque prestans perspicaxque ingenium in ipsis intuebar, efferebar magis quam equum esset, cum tales michi fratres aspicerem; magnam ex ipsis et voluptatem et utilitatem consecuturum sperabam. in quibus quidem verbis tuis; tua quidem verba sunt; causa morbi tui tueque delirationis apparet. non enim illos amabas, ut debes. amandus enim est proximus Deo et propter Deum, non tibi vel propter te. tu vero non cogitabas in eis salutem eorum, sed utilitatem tuam, quodque vanissimum est, voluptatem et consolationem tuam. cognosce tue dilectionis errorem in mortuo, qui cum ipsum amares in mundo, tecum in celum evolavit ad Deum, et errorem, quem te concepisse vides in extincto, corrige, precor, in vivo, spesque tuas inanes et cogitationes stultas agnoscens, cede Deo (3), qui tunc, ut recte dicis, nos evocat, cum optimum nobis est, letareque quod frater ad eum precessit tuus, gratulareque quod receptus sit in veram, ut ais, beatitudinem et

di por mano al proprio miglioramento; e del resto il dover tornar al nulla è orribil pensiero. S'attrista egli forse pensando alla condizione in cui erano gli altri prima che esistessero?

No certo; se crede dunque che le anime sopravvivano al corpo,

abbia fiducia in Dio.

Chè se egli a spiegar il proprio dolore dirà che dalla morte dell' uno e dalla malattia dell'altro de' suoi fratelli son andate disperse le speranze ch' aveva nudrite di trarre da loro e piacere ed utilità,

egli è caduto in grave errore; perchè il prossimo si deve amar per Dio, non per sè.

Rispetto all' estinto

come a colui che ancor vive faccia getto di simili carnali desiderî e s'inchini alla volontà divina,

lieto di saper il fratello beato in cielo.

3. *M² dà* horresne tempus *in rasura*. 22. *G¹* declarationis 24. *G¹* sibi - se *M²* nõgitabas *(sic)*

(1) *Eccle.* XII, 14.
(2) *Psalm.* CX, 4.
(3) VERG. *Aen.* V, 467.

Nè accusi l'amore come fonte di tristezze.

Il vero amore, che è la virtù, reca anzi conforto.

Ami dunque il superstite in Dio, non per sè o per il mondo,

ed allora non si dorrà se lo vedrà rapito al suo amore, anzi si congratulerà di saperlo al sicuro dalle insidie del secolo, dalle seduzioni terrene.

sempiternam. nec amorem conquerare datum nobis, qui passio quedam est. imminet enim passionibus ratio, qua equum est omnia moderari. amor vero, qui virtus est, omnia sustinet, res altas aggreditur [(1)], nec unquam dolebit amatum ad meliora raptum esse. disce, sicut decet, amare. dilige superstitem istum Deo, 5 non tibi vel mundo. quod si feceris, non turbabere, sed gaudebis, cum eum rapiet Dominus. nec gaudebis quid indoles videatur portendere, sed cogitabis potius quid possit doli capacitas apportare, dicesque cum divina Scriptura: raptus est, ne malicia mutaret intellectum eius aut ne fictio deciperet animam illius [(2)]. quis enim 10 novit viam adolescentis in adolescentia sua? [(3)] quot vidisti pueros scitulos, adolescentes astutos et viros prudentes, quorum mentem fortuna vel etas aut scelus aliquod corrupit, mutavit, depravavit? ut gratulandum sit fratri tuo, qui mortuus est; alteri, si liberabitur, metuendum, non quod aliquando moriatur, sed ne mori plusquam 15 oporteat retardetur. tibi vero, qui mori metuis, qua ratione metum detraham? licet enim mortem timendam non esse probavero, quoniam malum non sit, sed exoptandam potius, quoniam bonum bonumque, sicut multi philosophorum voluerunt, dici debeat, quin imo cum mors optima rerum, ut inquit poeta no- 20 ster [(4)], potius sit dicenda quam mala, nescio si tibi metum mortis excussero. si enim eam times, nimis eam tibi persuasisti malam esse. unum autem non silebo, quod, cum sola mors transitus sit temporalium ad eterna, licet corruptio quedam sit, ad incorruptibilia nos perducens, mala prorsus esse non potest, nisi malis, 25 de quibus dicit Veritas: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille [(5)]. illi etiam, ut inquit Tragicus,

In quanto a lui, non sa come possa fargli deporre il timor della morte,

poichè questo terrore tanto lo ingombra.

Solo gli tornerà a ripetere che la morte non è spaventosa se non pe' cattivi,

> mors gravis incubat,
> Qui nimis notus omnibus
> Ignotus moritur sibi [(6)]. 30

1. G^1 conqueraris 22. G^1 malum

(1) Cf. s. PAUL. I *Cor.* XIII, 7.
(2) *Sap.* IV, 11.
(3) *Prov.* XXX, 19.
(4) Che voglia alludere ad ORAZIO, *Ep.* I, XVI, 79? Ma il Venosino, pur intendendo lodarne la virtù liberatrice, chiama la morte « ultima linea « rerum ». E può darsi che il S. commettesse un lieve error di memoria.
(5) S. MATTH. XXVI, 24.
(6) SEN. *Trag.* Thyest. 401-3.

hic autem est de quibus in Synonymis Cicero: superbus, insolens, arrogans, inflatus, inanis, semet ignorans[1]. superbus enim nimis cognoscitur, cum semetipsum, ut plurimum, non cognoscat. si mortem ergo metuis, te malum iudicas: non potest enim illa malum esse, nisi malis, de quibus scriptum est: mors peccatorum pessima[2]. vereris tamen mori. si quia peccator, religiosum et pium est; vereris mori stulte, cum eam semel necessarium sit obire; vereris mori, quod comune cunctis inevitabileque mortalibus est. sed inquis: mori vereor. forte rationabilius vivere verearis. illud quidem finem peccandi ponit; hoc peccandi continuat facultatem. mori vereor, quod multi propter rempublicam, infiniti propter fidem catholicam sponte fecerunt. media, imo vera, virtus est nec succumbere nec obviam ire periculis. prestare non potes, ut volens moriaris; da saltem, ne moriare nolens. non velle quidem mori minus est quam nolle, minus est etiam quam velle. sed omittamus determinationem voluntatis, que potest esse varia circa mori. cur non dicis cum Epicharmo Siculo: emori nolo, sed me moriturum nichil extimo?[3] non peto quod Sileni sententiam probes, qui dicitur regi Mide pro liberatione sua duas sententias veluti premium reliquisse: non nasci videlicet homini optimum esse; proximum autem quamprimum mori[4]. neutrum enim verum arbitror, nisi teneamus Platonis illam sententiam, qua volebat animas ab eterno creatas circulatione quadam impia in humana corpora redeuntes quasi carcere quodam includi et in corporibus istis esse miseras et etiam post relicta corpora,

> Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
> Concretam exemit labem purumque reliquit
> Etherium sensum atque aurai simplicis ignem[5].

per i superbi, che non conoscono se stessi.

Se cotanto ei la teme, ne consegue che si creda cattivo.

Vero è che timor siffatto può esser pio,

come stolto, secondo le cagioni donde nasce.

Non cercar la morte, ma non temerla trovandola, ecco la vera virtù.

Non chiede dunque che approvi le opinioni di chi afferma esser un bene non nascere, e minor danno morire al più presto quando nati si sia;

(1) « Superbus, insolens, arrogans, « tumidus, inflatus, inanis, vanus, se« met ignorans, gloriosus, ventosus »; Cic. *Synonyma* in cod. Ambros. H, 192, inf. (sec. xv), c. 135 A, 3 c. Mi valgo di questo codice, non avendo sotto mano l'edizione critica dell'operetta pseudociceroniana pubblicata a Leida nel 1851 da G. L. Mahne, e la ristampa, promessa fin dal 1889 da J. W. Beck, non essendo ancora uscita alla luce.

(2) *Psalm.* L, xxxiii, 22.

(3) Cf. Cic. *Tusc.* I, viii, 15, dove la sentenza d'Epicarmo è espressa così:

Emori nolo: sed me esse mortuum nihil aestimo.

(4) Cic. *Tusc.* I, xlviii, 14.

(5) Verg. *Aen.* VI, 745-47. Delle teorie platoniche poteva il S. attingere la cognizione dal *Phaedr.* XXVII e dalla *Polit.* X, 614 sgg. nonchè da S. Agostino, *De civit. Dei*, X, xxx.

ma soltanto che si abbandoni fidente a ciò che Iddio vorrà fare di lui.

Ed allora non avrà paura di morire.

Il pensiero costante della morte del resto giova a renderla meno formidabile,

dimostrandone l'inevitabilità.

sed spera, quod debes, Deum, summam sapientiam et bonitatem, nichil tecum acturum nisi summe bonum, et eius decreto libenter te parere disponas. quod si feceris, mori non vereberis, nec hoc tibi mens vel somnia, sive potius insomnia, sicuti scribis, portendere videbuntur. denique solet cogitatio mortis metum eius 5 minuere, non nutrire. tu tibi facis, quod securitatem consuevit gignere, vani metus stulteque formidinis alimentum. noli de morte cogitare, quo metuas, sed potius ut eam spernas; cumque mori nolis, te moriturum nichil estimes nec tibi mortem aut tuis doleas imminere. omnium enim urget terga, quoniam primus 10 dies dedit extremum [1]; quoque rem istam equanimiter feras, memineris velim, quod nobis iusso cessare licet. nec, quoniam aliqui moriantur, magis sit tibi suspecta vel formidolosa mors. omnes quidem mortales sumus et in interitum pergimus. verissimus est enim versus ille, cuiuscunque fuerit: 15

Omnia transibunt; nos ibimus, ibitis, ibunt [2].

Neppur voglia paventare che la peste distrugga interamente la sua famiglia;

se talune case son state sterminate, altre sono rimaste intatte o poco danneggiate,

sicchè ha maggior argomento di sperar bene che male.

Chè se egli da quanto è avvenuto asseverasse fondato il suo terrore che peggio gli succeda,

nec velim, quoniam pestis hec domos quasdam tam acriter persequatur, quod in ipsis vel nemo remaneat vel pertenues alique reliquie, sicut scribis, in ipsis supersint, quod familia vestra virulenta iam peste labefactata funditus deleatur. cur enim non 20 magis intueris intactas domos et, quod crebrius est, parumper exustas vel totas vel maiore vel magna saltem ex parte constare? longe plura nobis exempla proposita sunt spei quam desperationis. tu vero tum dolori tum timori indulgens tuo, respicis solum ea que terrent, non ea, que spem afferunt meliorem. sed 25 inquis: quis non iure timere illum dixerit, qui cum domus sue partem igni exustam aspexerit, vereatur ne tota incendio flagret, cum ad ipsum extinguendum nequaquam insuper valeat aquam

12. M^2 ne

(1) Cf. Sen. *Trag.* Oed. 1008-9:

Omnia recto tramite vadunt
Primusque dies dedit extremum.

(2) È il primo verso d'un distico proverbiale assai diffuso nel medio evo; noi lo riferiamo qui come si legge nel cod. 473 della biblioteca Comunale di Berna, c. 132 A:

Omnia transibunt; nos ibimus, ibitis, ibunt
Cari et non cari condicione pari.

infundere? uri quidem, ut inquit Cicero, posse flamma ligneam materiam necesse est; necesse est et omnem hominem interire [1]. quod autem nunc intereat quis non est necessarium, sed contingens, ut, quanvis inceperit iam in domo pestis, vereri non debeas, 5 quod quicquid ibi populabile fuerit, depascatur. nulla secunda causa quicquam agit, nisi post primam. in manibus Dei sumus omnes, non in manibus pestis, sicut domus, que exuritur, in manibus ignis. si vult ille, frustra times atque fugis. ubique est, ubique parem potestatem habet. bono tamen animo simus 10 omnes, quoniam in manibus Domini sumus misericordis et benignissimi, quique plus nos diligat quam nos ipsi.

riflетta che la cosa può bensì accadere, ma che accada non è necessario, perchè niun' altra causa può oltre alla prima operare. Convien riporre quindi ogni speranza in Dio, che ci tien nelle sue mani.

Familia, quod scire cupis, mea post Petrum et Andream, qui migraverunt ad Dominum, bene valet, imo in corruptionem pergit, cum illi sint in tuto, quibus, quod mortui sunt, optime spero 15 contigisse. ultimum, quod petis, inclusa cedula te monebit. vale felix et, si fata permiserint, libellum De fato remitte [2]. iterum vale, mei memor mortisque contemptor. Florentie, nono septembris.

Della propria famiglia può dargli buone nuove; dopo la morte di Pietro e d'Andrea niun lutto l'ha funestata più.

Voglia rinviargli il libro *De fato*.

XXV.

20 AD UN MINISTRO DI MALATESTA DA PESARO [3].

[Cod. della bibl. Comunale di Todi LIII, c. 47 B.]

Firenze, autunno 1400?

FRATER optime. intellexi te turbatum fore contra Petrum nostrum, de quo quidem miror, attenta benignitate, que naturaliter inest tibi. quid enim potuit vir iocundus in te tam grave admit- 25 tere, quod ex te persecutionem habeat formidare? ubi est mitis illa clementia, quam ferme ab incunabulis in te fore deprehendi?

Ha saputo della collera sua contro il Turchi e non senza stupore, perchè non riesce a comprendere come quegli abbia potuto offenderlo così gravemente,

24. *Cod. omette* grave

(1) Cf. CIC. *De invent.* II, LVII.

(2) Probabilmente l'opera del S. stesso così intitolata, per cui v. lib. IX, ep. XIX, p. 139 di questo volume.

(3) Il ms. della Comunale di Todi, zibaldone cartaceo di più mani de' secoli XIV e XV e di svariata contenenza, che unico ci ha serbata la presente, la reca non solo priva del nome dell' autore, ma sfornita altresì d'indirizzo; sicchè se alla prima lacuna ci è riuscito agevole provvedere, non altrettanto puossi dir della seconda, essendochè pochissimi ragguagli ci siano pervenuti intorno alle persone che verso questo tempo circondavano il signore di Pesaro e ne formavano il consiglio. Certo è ad ogni modo

da perdere la sua benevolenza.

an quod in privignum tuum, utpote maior natu, castigatoria verba protulit, cum tibi sit amicissimus, potuit tuam gratiam demereri? quicquid autem sit, quod te potuit in turbationem accendere, sibi, precor, gratiose remittas et michi iuxta mutue dilectionis officium condonato. quod si non feceris, antiquissimam amiciciam nostram, quod scribens abominor, dicam defecisse vel ex conversationis insolentia tepuisse. noli ergo tam sacre tamque sancte rei officium cultumque negligere, sed in hac remissione talem te dispone, quod per effectum ostendas quanti me facias, quantum me diligas et si de te possum aliquid presumere vel sperare. si enim dilectori tuo propter me quicquid erraverit non dimittas, nescio in quo michi ipsi debeas complacere. nec refugias ad exaggerandum errorem suum et tuam iniuriam cum acrimonia proferendam. scio te id facile tam posse quam scire. et considera quod quanto maior fuerit offensio, tanto indulgentia gratior michi fiet, nec velis contra virum amicabilem tibi, michi vero summa dilectione coniunctum turbatus experiri. scimus te posse vincere et, si hoc exigis, etiam confitear te debere, si tanta dilectio, quantam ad te semper habui, ex negatione tantule gratie non ledatur. nimis enim parvam estimationem amicicie nostre relinqueres, si michi efficaciter postulanti de re, quam tibi honorabilem video, non placeres. in quo enim, amice, magnitudinem animi tui ostendes, si denegabis amico remittere iniuriam, quam turpe sit vel ad offensionem ascribere vel ad turbationem animi reputare? cupio te diu valere. domino meo Malateste fac me quanta potes efficacia recommendes, cui et statum gloriosum et virtutem rectam et veram sapientiam opto.

Ma, comunque sia di ciò, voglia perdonargli il commesso errore, in grazia dell' antica amicizia che l' un l'altro li lega.

Nè si rifiuti a ciò esagerando l'errore del Turchi e l' affronto fatto a lui.

Più grave sarà stata l'ingiuria e più generoso apparirà il perdono, tanto più che, se ei vuole, può vendicarsi ad oltranza.

Non mostri dunque di tener in poco conto la lor vecchia amistà, negandogli quanto chiede,

e voglia raccomandarlo al Malatesta.

3. *Cod.* accedere 5. *Cod. dopo* feceris *dà* dicam, *che ho soppresso.*

che colui al quale il nostro si rivolge dovett' esser uomo assai potente in corte, se la sua collera ebbe virtù d' indurre il Malatesta a licenziare il Turchi o per lo meno a consigliare a quest' ultimo di chieder egli stesso il proprio congedo. E poichè, come vedremo tra poco, ci consta che nel novembre del 1400 il Turchi aveva già lasciato il servigio di Malatesta per passar a quello di Carlo suo fratello e signore di Rimini, così stimiamo opportuno assegnare la presente all' autunno di quell' anno.

LIBRO DODICESIMO.

I.

A PIETRO TURCHI [1].

[R^1, c. 8 A; R^2, c. 146 B; M^2, c. 44 B; G^1, c. 21 B.]

5 Petro Turco.

NON possum, dilectissime fili, tuis in doloribus non dolere. hoc enim vere caritatis munus est flere cum flentibus et cum gaudentibus iocundari. verum, dilectissime Petre, sine comparatione magis doleo quod doleas quam quod doles. doleo qui-
10 dem quod in illud mentis robur non evaseris, ut

> Fortunam tuens utramque rectus
> Invictum possis tenere vultum [2].

doleamne quod tibi vel michi Deus fecerit, qui nichil nisi bonum facit et bene? summa quidem bonitas est summaque sapientia,
15 ut nichil ex illius divine curie presidatu procedere possit nisi bonum et sapientissime factum, quodque, si cuncta videre possemus ut sunt, summe nobis intuentibus omnia, non placeret. nostro quidem coniungeremus intuitu spiritualia cum corporeis

Firenze, 14 settembre 1400.

Si duol seco della sventura che l' ha colpito,

ma più ancora ch'egli non sappia sopportarla con animo invitto.

Non può infatti deplorare ciò che gli accade, poichè fu volontà di Dio che avvenisse.

O se a noi dato fosse di penetrare gli arcani delle divine disposizioni,

5. *Così* R^1 R^2 M^2 G^1. 7. R^1 *omette* est 12. R^1 multum 15. R^1 illis

(1) Appresa la notizia della morte di Piero e d'Andrea, il Turchi, che aveva pur esso durante l'infierire dell'epidemia veduto soccombere il proprio fratello Lelio, scrisse al S. deplorando la comune sventura. A cotal sua lettera risponde la presente, ispirata a que' medesimi elevati sentimenti di cristiana rassegnazione che informano così le precedenti epistole del nostro come quelle che ora si leggeranno.

(2) BOET. *Phil. cons.* I, IV, 3-4; ma il testo nel 1° v. dà « fortunamque » e nel 2° « potuit ».

come ci faremmo beffe de' nostri lutti, delle lagrime nostre,

come ci piacerebbe tutto quanto ci addolora!

Non attenda dunque da lui lamenti nè per la morte dei propri figli, nè per quella del fratello suo;

altrimenti contraddirebbe ai decreti di Dio e sarebbe stolta cosa.

Anch' egli piuttosto a quelli si conformi.

Quant' altro gli scrisse non ha verun fondamento;

ma sarà però sua cura di serbare a lui il primo ufficio che gli paia conveniente.

Lo incarica infine di riverire il Malatesta e salutare maestro Francesco.

et temporalia cum eternis et presentia cum futuris; videremusque permixtam cum miseratione iusticiam et fletus nostros et anxietates omnium rideremus, quoniam non possent nobis omnia, quecunque sint, licet aspera nunc videantur et dura, nisi pulcra nisique summe bona videri miraque nobis ratione placere. non 5 igitur doleo filios meos Petrum et Andream, fratres quidem tuos, nec Lelium, germanum tuum, quem filium reputabam, translatos Dei digito de corruptibilibus ad eterna. non dubito sapientiam illam, que attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter [1], illos non recepisse suaviter et nobiscum etiam 10 suavissime peregisse. quod quidem adeo michi certum est, quod illi sapientie contradicere vel dissentire stultum et nefas putem. quamobrem te moneo, carissime fili, quatenus ordinationi talis bonitatis et sapientie te conformes; conformabis autem, si quid creaturam erga creatorem deceat cogitabis. 15

Reliquum quod scribis vanum est, somnium est et penitus nichil est, mirorque prudentiam illius viri, qui tibi tam vana suggessit seque sollicitatum iactat ad id, quod nec solet nec potest nisi civibus exhiberi [2]. unum teneas velim; quod, si quid emerget, quoniam necessitatem video tuam, in quod te possem assumere, 20 tu primus eris [3].

Vale et magnifico domino comuni tuo et meo quantum ad me pertinet humiliter, quantum te respicit efficaciter recommenda, salutaque magistrum Franciscum meum, si michi cum aliis medicis non sit hostis [4]. Florentie, decimo octavo kalend. octobris. 25

1. M^2 G^1 *omettono* et *innanzi a* tempor. 3. G^1 posset 9. R^1 attigit 17-18. R^1 successit

(1) *Sap.* VIII, 1.

(2) Qualcuno, per quanto sembra, voleva far credere al Turchi esser possibile ad un forestiero il conseguimento d' un ufficio che le leggi fiorentine riserbavano ai soli cittadini.

(3) Di qui si ricava la conferma di quanto ci appariva già risultare dall' ep. xxv del lib. XI (p. 433 di questo volume), vale a dire che il Turchi, trovandosi omai a disagio presso il Malatesta, attendeva a procurarsi un nuovo collocamento.

(4) A cagione della precedenza delle leggi sulla medicina da lui propugnata nel suo trattato, di cui discorremmo nelle note all' ep. xii del lib. XI, p. 379 sg. di questo volume.

II.

A Francesco de' Pizolpassi [1].

[M^2, c. 45 a; G^1, c. 21 b.]

Francisco de Pizolpassis de Bononia secretario domini Barensis.

Firenze, 3 novembre 1400?

Ei passerà sotto silenzio tutto ciò che nell'epistola di Francesco risguarda le sue lodi,

5 Omittam, karissime frater, cuncta ferme que litteris tuis prefaris. sunt enim ad laudes meas, quas foret michi gratissimum veras esse, nimis multum et ultra quam deceat ordinata.

4. *Così* M^2 G^1.

(1) I casi di questo personaggio, che salì tant' alto nella gerarchia ecclesiastica del suo tempo da pervenire al seggio di sant' Ambrogio e rappresentò una parte non priva d' importanza negli avvenimenti onde andarono agitate la Chiesa e l' Italia durante la prima metà del Quattrocento, sono stati oggetto d' assai accurate ricerche da parte di vari eruditi nostri dello scorso secolo, quali, a tacer dell' Ughelli (*Italia sacra,* IV, 255), l' Argelati (*Biblioth. scriptor. mediolanens.*, Mediolani, MDCCXLV, II, 1081-84), il Sassi (*Archiepiscopor. mediolanens. series histor. chronolog.*, Mediolani, MDCCLV, III, 858-881), ma sopratutto il Fantuzzi (*Notizie degli scrittori bolognesi,* Bologna, MDCCLXXXIX, VII, 3-11) ed il Giulini (*Mem.* cit. lib. LXXXII, VI, 338 e passim); talchè, pure riconoscendo che a chi volesse trattar nuovamente e diffusamente di lui agevole riuscirebbe il raccoglier buona messe d' inedite notizie, non si può negare tuttavia che quant' altri ha già riunito riesce bastevole a descriverne nel suo complesso la vita. Sono però, come sempre accade, i primi passi mossi dal Bolognese sulla via che doveva con tanta lode percorrere quelli che oggi ancora si celano dietro il velo di più fitta oscurità; laonde non parrà inutile che noi ci soffermiamo un istante per tentare di diradarla. Confessò già il Fantuzzi che niun documento al Pizolpassi relativo eragli venuto alle mani che anterior fosse al 1403; ma s' egli avesse gettato gli occhi su quella matricola dell' università de' notai di Bologna, iniziata nel 1286, che si conserva nel R. Archivio di Stato di quella città, agevole gli sarebbe riuscito rilevare come « Franciscus Nicholay « Phylippi de Piçolpassis » fosse stato nell'anno 1400 ammesso ad esercitare il tabellionato in patria. Grazie a questa nomina, io penso, potè quindi il Pizolpassi passato in corte di Roma farsi luogo tra i famigliari di Landolfo Maramaldo, cardinale di S. Niccolò in Carcere Tulliano, volgarmente detto il Barense, dall' arcivescovado di Bari che aveva governato innanzi di cadere in disgrazia di Urbano VI (cf. Ciacconio, *Vitae* cit. II, 642), occupando presso di lui, come quest' epistola del S. c' insegna, l' ufficio di cancelliere.

Noi incliniamo dunque (quanto siam venuti dicendo ne dà segno) ad attribuire la presente ad un periodo molto antico della vita del Pizolpassi; ed a ciò se argomenti decisivi non ci sforzano (poichè essi sgraziatamente

donde chiaramente risulta che senza la verità si può e scrivere e vivere; sicchè da se stesso ha risposto al quesito propostogli, se quaggiù (cioè) sia possibile vivere, ove la verità ne venga sbandita.

que, quoniam vera non sunt, video te sine veritatis usu posse dictare posseque vivere, dum dictando falsa componis, ut tute tibi, dum illa scriberes, respondisse plusquam sufficientissime videaris. queris enim, ut verbis utar tuis, an in hoc vite salo sit possibile degere absque veritatis usu; nam si vivens de me falsissima scribis, 5

fanno difetto), c' inducono taluni indizi, ch' ora verremo ad esporre. Osservisi in primo luogo come questa al notaio bolognese formi parte in M[1] d' un gruppo d' epistole, le quali, per quanto ci è concesso determinare, spettano tutte ad un medesimo limitato spazio di tempo, il biennio 1400-1401; donde la probabilità ch'essa pure (ove non vogliasi della collocazion sua additar la cagione in un casuale spostamento; ipotesi per verità poco plausibile) rimonti alla data stessa cui le rimanenti risalgono. Passando poi ad un ordine diverso di fatti giovi notare come l' autorità del codice trovi rincalzo in quanto noi conosciamo sui primordi della carriera del Pizolpassi. La bolla pontificia del 5 novembre 1403 che lo riguarda, dal Marini al Fantuzzi (op. cit. p. 4) comunicata, altro non è se non un salvacondotto concedutogli da Bonifazio IX, perch' ei possa senz' incontrare ostacoli sul suo cammino percorrere con un seguito di dieci persone la Romagna, la Toscana, la Lombardia, la Marca Trevigiana, andar e venire da Roma a Bologna ed a Ferrara e viceversa, dovunque, insomma, lo chiami il servigio della Chiesa. Risulta quindi da questo documento che nel 1403 il Pizolpassi faceva parte della famiglia del pontefice (« familiaris noster » lo qualifica difatti Bonifazio), non di quella del cardinal di Bari, presso il quale l' anno seguente ci apparirà accolto come cancelliere un altro amico del S., il Poggio. Obbietterà forse qui taluno che l' aver dimostrato come il Pizolpassi non fosse nel 1403-1404 agli stipendi del Maramaldo non implica che l' avesse servito negli anni precedenti, come noi vorremmo provare, perchè egli potrebbe benissimo essersi acconciato col cardinale dopo aver servito il pontefice e quando il Poggio aveva lasciato il primo per passare in curia, cioè nel 1405; sicchè invece di vedere nel Bolognese un predecessore del Poggio nell' ufficio presso il Barense dovremmo ravvisarvi piuttosto il suo successore. Ma, sebbene l' assoluta ignoranza in cui versiamo rispetto ai casi del Pizolpassi tra il 1403 ed il 1413 ci vieti di respingere addirittura siffatta obbiezione, non stimiamo però opportuno darle troppo peso; giacchè pare a noi evidente che al Pizolpassi, entrato ch'ei fu nella curia, non potè convenire d' allontanarsene per riporsi al seguito d' un prelato, anche ammesso che questo prelato fosse molto possente, com' era certo ai tempi di Bonifazio IX il Maramaldo. Perciò, tutto sommato, giudichiamo conveniente mantener all' epistola la data approssimativa del 1400, che tra ogn' altra ci sembra doversi maggiormente avvicinare al vero.

Aggiungiamo per ultimo che quando il Pizolpassi, in cui la sete di sapere non era ancora agguagliata, se ne giudichiamo da quel che Coluccio di lui scriveva alquanto più tardi a Bernardo da Moglio (v. ep. XII di questo libro), dalla solidità della dottrina e dalla maturità dell' ingegno, scrisse al nostro per sottoporgli i filosofici quesiti, de' quali nella presente è offerta acconcia soluzione, ei si trovava a Bologna, dove risiedeva ancora sei mesi dopo.

potes sine dubio vivere sine veritatis usu non solum tunc cum scribis, sed etiam dum illa cogitas atque dicis. vite quidem nostre duratio ex usu veritatis non pendet; quandoquidem contingit iuvenibus multotiens uti mendacio, cui cum veritate nullum omnino commertium nullaque consensio sit. opponuntur enim privative cum ratione quadam contradictionis. simul enim de eodem eodemque respectu non credo dici posse quicquam, quod simul verum et falsum sit; usque adeo se contraria oppositaque ratione velut e regione respiciunt. verum quia nichil falsum est, nisi quoniam vere falsum est, nec aliquis veritate non utitur, nisi verum sit quod veritate non utatur, videtur hoc respectu sine veritatis usu degi non posse nec falsum aliquid affirmari. sed hec sophistis, quorum est talia querere, dimittamus. puto quidem dubitationem tuam esse nunquid alicui sit possibile in hac conversatione mortali vivere prorsus absque eo, quod semper utatur veritate; quoniam, ut inquit Comicus:

Or ciò è senza dubbio possibile, perchè la durata dell' esistenza nostra non dipende dall' uso della verità.

Vero è che sillogizzando non sarebbe difficile dimostrare il contrario;

ma queste sottigliezze non appagherebber Francesco, il quale vuol invece sapere se nel mondo viver si possa senza usare sempre la verità,

Obsequium amicos, veritas odium parit (1).

et si veritate semper uti possit aliquis nunquamque dicere falsitatem, quomodo verum erit Prophete regalis oraculum: ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax? (2) si verum enim est quod omnis homo mendax, nullus omnino semper utitur veritate, licet in hoc vite salo degens sit. scio quod a nobis non solum sumus non utentes veritate, sed, quod plus est, omnino mendaces. si veritas in nobis est et ipsa cogitantes, loquentes aut scribentes utimur, non ex nobis, sed ex Deo est. nam licet omnis absit intentio machinatioque fallendi, subeunt tamen errores, ut necessitates omittam, quibus putantes verum dicere, dum aliis credimus, vel ab improbis falsi sumus aut per intellectum aliqua rationis apparentia decipimur et ad veritatis solidum non venimus, non utimur veritate; ut, licet mendaces non simus, quoniam dolus abest, veritatem tamen, sicut volumus, non dicamus. sed fac te coniectum; ut sunt condiciones hominum et fortune; ut alicui

posto che questa sia più e più volte di nocumento a chi la rispetta e che il Profeta ne nieghi l'esistenza, quand' afferma che ogni uomo è mendace.

In realtà la verità di cui noi usiamo non deriva da noi, ma da Dio,

e quand'anche non si voglia scostarsene, ci si ritrova spesso nell' impossibilità di farlo, sedotti come siamo da errori e da fallaci apparenze; onde, pur non essendo mendaci nell' intenzione, lo siamo nel fatto.

23. G^{I} *omette* est *e per* omnino *scrive* minimo

(1) TERENT. *Andria,* I, I, 41. (2) *Psalm.* CXV, 11.

Supponga invero Francesco che dinanzi a qualche principe debba testimoniare su qualche cosa di cui la verità sia odiosa a manifestare.

domino servias, qui solent assentationibus delectari, quorum delicatas aures offendere non incomodum modo, sed stultum, imo periculosum est. quid facies in alicuius assentationis testimonium a blandiloquis allegatus vel interrogatus a domino pertinax veritatis custos? an offendes dominicas aures vel auctoritatem assentantium odiosa, quam noveris, veritate? morem illis, quibus servias cum quibusque verseris, oportet geras vixque fieri poterit, imo vitare non poteris, quin cum perversis non pervertaris (1). quid enim si tardum aut tacitum imperiosa vox cogat intonans: vel dic vel accipe calcem? (2) expectabisne Gnatonicorum turba circunseptus contumelias aut verbera prius quam causam nociture deseras veritatis? vide, precor, quid Aristoteles precepit suo disciPulo Callistheni, cum proficisci vellet ad Alexandrum. moneo te quidem, ait, ut cum ipso vel raro vel iocundissime loquaris (3). qui si fuisset, ut decuit, salubris iussionis auditor et memor, non reprehendisset regem elatum victoriis divinos postulantem honores et persicas adorationes exigentem utentemque veste barbarica et effeminatis regis cultibus gaudentem, et ad Macedonice severitatis ac humani status moderationem increpans revocasset. quo quidem irati regis imperio primum carceribus clausus, demumque fictis criminationibus ad mortis supplicium damnatus est (4); ut scias vel dominis assentandum esse vel vera penes eos loquentibus moriendum. possem in hoc et aliorum plurium memoriam facere, qui regibus ob veritatem iratis displicuere vel eis furentibus, miseranda victima, iacuerunt. Clytus enim Alexandro furenti, quoniam res gestas Philippi patris eius amplissimis in convivio laudibus celebrabat, quasi paterna commendatio filii detractio foret, tantum fellis ireque commovit, quod regio telo confossus occubuit et convivalem alacritatem innocui sanguinis aspersione turbavit (5). ad summam tenendum censeo conversationem mortalium esse sine veritatis usu non posse, quan-

Si piegherà egli alla necessità di mentire o preferirà, dicendo il vero, esporsi a contumelie e sevizie?

Aristotele avea suggerito d'attenersi al primo partito con Alessandro, al discepol suo Callistene,

ma poichè costui volle invece parlar aperto e schietto il vero al conquistatore macedone,

scontò col capo l'audacia;

come la pagò colla vita anche Clito.

Ciò non di meno in somma è da ritenere che senza verità non sia lecito il vivere,

5. M^2 offendens 6. G^1 assentationes

(1) II *Reg.* XXII, 27.

(2) Iuven. *Sat.* III, 295; ma il testo «aut», «aut».

(3) Val. Max. op. cit. VII, ii, ext. 11.

(4) Cf. Q. Curt. Rufi op. cit. VIII, viii, 21; Iustin. op. cit. XV, iii, 3.

(5) Cf. Q. Curt. Rufi op. cit. VIII, i, 28 sgg.; Iustin. op. cit. XII, vi, 3.

doquidem assentatores etiam et mendaces sic veritatem occulunt, quod, quoniam eam sibi conducere non putant, ipsam subtegant et ad studium oblectationis abscondenda, sicut experientia docet, indigeant veritate; nec possit aliquis sic veritate non uti, 5 quin relinquat et efficiat verum esse quod tunc non utatur veritate. siquidem quicquid facimus aut dicimus verum est nos dicere vel facere; nec dissimulari potest ista veritas vel vitari; quoniam, ut inquit Augustinus, omne verum a veritate verum est [1]. non utentes igitur veritate verum est veritate non uti; 10 quod si non detur, utantur veritate necessarium est. adde quod, licet possimus tam veritatem dicere quam falsitatem, possumus esse tacentes aut dormientes, nec verum dicere nec falsum. horum tamen trium connexa veritate semper utimur. verum enim semper est, nec verum vel falsum dicere vel omnino neutrum, cum 15 ea non facimus, cogitare. et ut intelligamus terminos, plus est uti quam dicere. dicentes enim verum utimur veritate; falsitatem vero proferentes non dicimus veritatem; una tamen utimur veritate, quoniam vere falsum dicimus, non veritatem enunciamus; ut quoquo te verteris, nichil dicere possis, licet falsum sit, quin 20 veritate etiam non utaris.

giacchè gli stessi adulatori ed i bugiardi, pur studiandosi di celarla o di svisarla, ne riconoscono l'esistenza;

e siccome tutto ciò che è vero è tale, perchè dalla verità deriva, ne consegue che, pur conculcando il vero, essi lo usino e lo confessino.

Si può del resto non dire nè il vero nè il falso.

Ed è pur da stabilire una differenza tra il « dire » e l' « usare » la verità; essendo questo più efficace che quello;

in ogni modo non si può far a meno d' usare del vero.

Quod si requiras, quamcunque vite rationem elegerimus, an eam sine veritatis usu tenere possimus, latior questio est. forte quidem si discedamus ab illius veritatis usu, quo, sicut probatum est, absolvi non possumus, etiam si falsa dicamus et uti veritate 25 solum ad dicendi restrinxerimus rationem, ad hoc declarandum longissimi tractatus examine foret opus. verum si virtuosam vitam consideramus et ad eius veram, germanam et solidam venerimus rationem, credo sine continuo veritatis usu talem vitam conservari non posse. siquidem quicquid a veritate decidit falsum 30 est, vitiosum est; nec virtuose vite potest quomodolibet convenire. in huius enim vite institutione et integritate nefas est, ut inquit Socrates, vel occuluisse veritatem vel concessisse mendacium. sin

Chè se si entrasse a discutere la possibilità di seguire un dato modo di vivere, abbandonando l' uso della verità, sarebbe necessaria più larga trattazione;

ma ove si restringa invece il dubbio alla vita virtuosa è da ritenerla impossibile priva del vero,

3. *M² G¹* obcelationis 11. *M² dà* tam *aggiunto in interlinea.*

(1) Veramente il santo dice: « omnis « verax a veritate verax est »; cf. s. Aug. *In Ioh. Evang. tract. CXXIV,* cap. I, tr. v, § 1 in *Opera,* III, par. II, col. 1414.

chè se poi della vita viziosa, dominata dall'ambizione e dalla cupidigia, si tratta, chi non sa che il vero soffre duri maltrattamenti in essa?

autem de vita querimus vitiosa, in qua dominatur ambitio, versatur cupiditas et omnis humanorum actuum deformitas incubat et locum habet, qui nescit ipsam transigi non posse, quin veritas in plurimis non ledatur, quandoquidem summum nefas est mendacium nec per veritatem semper possumus id quod cupimus adipisci? quis enim, 5 si per rerum venditionem lucrum querat, semper uti potest aut utitur veritate? quis rerum venalium vitia dicat aut, si dixerit, quis emptorem poterit optato precio reperire? quis ambientium non multa fingit, non multa dissimulat, multa negat? nolo, quia non possem, fallacias hominum, dum optata nituntur consequi, 10 brevitate quam epistola desiderat explicare. quotidie quidem omnibus inter agendum occurrit, ut per veritatem non possint ad id quod appetunt pervenire; vel mutandus est intentionis finis vel impediens veritas deserenda dissimulatione veritatis vel assertione mendacii. pudet reminisci pudetque scribere quot et 15 quanta per Romanam curiam, in qua versatus es, discurrunt hinc inde mendacia; quid ambientes fabricent, quid etiam ambitiosorum fautores, dum promissa vel data respiciunt, mentiantur. nichil, crede michi, iustum, nichil sanctum apud illos est, quos radix malorum omnium, cupiditas (1), ducit. stulticiam reputant 20 ad illa que cupiunt, si possint, per nefas etiam non venire. additur et caput vitiorum omnium superbia, que sic mentes quas occupaverit effert, quod sui primum et omnium aliorum faciat oblivisci. qua ratione noster Cicero vult in Synonymis quod superbus ac semet ignorans penitus idem sint (2); idem quidem 25 non nomine, sed re, non voce, sed significati descriptione. hoc etiam sensu M. L. Anneus Seneca dixit in Thyeste:

Come senza offender la verità le cose venali potrebbero ad esempio essere sorgente di lucro?

Troppo ardua impresa sarebbe narrare gli inganni a cui gli uomini ricorrono per conseguire gli intenti loro

e c'è da vergognarsi a rammentare quale fucina di frodi sia la curia romana, che Francesco ha già avuto occasione di frequentare.

Si aggiunga che contro il vero congiura anche fortemente la superbia,

poichè chi si lascia da lei dominare non conosce più se stesso.

> Illi mors gravis incubat,
> Qui notus nimis omnibus,
> Ignotus moritur sibi (3). 30

notus enim nimis omnibus dicitur qui se cognoscentibus nimis odio est; ignotus autem sibi qui superbus est, que duo de ty-

2. *M² G¹* humaniorum 16. *G¹* est; *ma il* t *sembra cancellato.*

(1) S. PAUL. I *Tim.* VI, 10.

(2) [CIC.] *Synonym.* s. v. superbus. E cf. la nota all'ep. XXIII del lib. XI, p. 431 di questo volume.

(3) SENEC. *Trag.* Thiest. 401-403.

rannis et eorum vita, quam ibidem detestatur, vera sunt. sed ad propositum redeamus. vitiosa vita per concupiscentias oculorum et carnis ac superbiam spiritus vadit, que sine mendaciis vix esse possunt, imo, quo verius loquar, omnino non sunt. componitur 5 et ex his duobus vite rationibus una vita, non quod in aliquo possint esse virtus et vitium, que sint opposita, sed ea que sibi privative vel contradictionis obiectu non contrariantur. fuit in Caio Cesare dictatore, L. Cesaris filio, mirabilis et summa clementia, fuit et ingens ambitio, fuit et in eodem etiam ab hostibus 10 laudata sobrietas, fuit et in ipso etiam ab amicis reprehensa libido; unde fertur dixisse Cato nullum qui sobrius esset preter Cesarem aliquando rempublicam invasisse [1]. sunt et militaria cantica, que triumphi tempore sue referuntur cecinisse cohortes:

Dalla vita virtuosa però e dalla viziosa esce fuori un tenor misto di vita in cui le virtù ed i vizi coesistono senza distruggersi a vicenda, come è il caso per Giulio Cesare, che a grandi qualità accoppiò ingenti brutture.

> Urbani, servate uxores; mechum calvum adducimus:
> 15 Auro in Gallia stuprum emisti: hic sumpsisti mutuum [2].

hanc igitur vitam, que comunior est vitiis virtutibusque composita, si tamen vera virtus est, que cunctis virtutibus non completur, sine veritatis usu duci posse non credo. denique, ut aliquando concludam, quoniam sine cunctarum virtutum actibus 20 vita nostra mors est, non inconvenienter auctores egregii voluerunt veritatem esse vite, que in se continet omnem virtutem; quam non solum uti veritate et sine veritatis usu non posse subsistere certum est, sed veritatem esse vite constat. ceterum veritas sive verum considerari potest in re, que sit subiectum 25 veritatis et in qua fundatur verum et velut ens quod precedit hanc de qua perquirimus veritatem. quo sensu verum est id quod est; veritas autem eius quod est vel non est enunciatio est. nam, ut inquit Philosophus, verum dicimus, cum dicimus esse quod est vel non esse quod non est [3]. et quoniam sine rebus 30 multis et usu rerum, quibus ut vivamus opus est, vita non ducitur, certum est hoc sensu, ex quo res omnis veritas quedam est, quia vere necessaria, nos uti quo vivamus dumque vivimus

Però anche questa vita, mescolata di bene e di male, se il bene è realmente bene, non può esser condotta senz'usar della verità, la quale insomma è a dire la vita, perchè racchiude ogni virtù; e vita senza virtù non è vita, ma morte.

Posto poi che la verità possa dirsi l'enunciazione di ciò che è o che non è,

32. *M² G¹* necessario

(1) SUETON. C. Iul. Caes. LIII.
(2) Id.ib.LI; i versi de' legionari son riferiti qui secondo la vulgata; ne' codici più antichi il 2° suona difatti: « Aurum in G. effutuisti: at hic s. m. ».
(3) ARISTOT. *Metaphys.* III, VII, 1.

ne consegue che essa sia alla vita speculativa indispensabile, così che senz' essa non si possa nè insegnare nè apprendere.

veritate. veritas vero, que enunciatio est, qua dicimus esse quod est vel non esse quod non est quaque veraces sumus et dicimur, si vitam speculativam elegerimus, adeo necessario cadit in usum nostrum, quod sine ea nec docere possumus nec doceri. nam et multi, quibus a nativitate vocis usus non est, nutu signisque loquuntur, interrogant et respondent et multarum rerum ac passionum voluntatumque suarum veritatem exprimunt et percipiunt aliarum. activa vero vita quomodo transigi potest, si tollas usum et commertium veritatis; si cum declarari velimus de quacunque re, quam nesciamus, vel omnino non detur responsio vel contingat semper mendacium responderi? crede michi, tollatur humana societas necessarium est, si sustuleris omnimodo veritatem. nam, ut cetera sileam, fac te venire velle Florentiam. cum iter nescias et ipsam non cognoveris civitatem, interrogabis vicinum vel alium quenpiam, ut doceat te quamnam civitatis Bononie portam profecturum Florentiam comodius sit exire. portam Gallerie dicat (1). perseveransque postquam portam fueris egressus, interroges obvios an illud iter Florentiam ducat, cunctique respondeant et hortentur ut optimum iter, quod inceperis, prosequaris; quando credis te Florentiam perventurum? fac autem te nunquam vidisse Florentiam et urbem istam, quenam sit, modis omnibus ignorare facque te florentinam ianuam attigisse. si cuncti mendacium dixerint, quando cognosces te contigisse Florentiam? crede michi, Francisce, nos usu panis ad vitam minus quam usu veritatis, si cuncta perspexeris, indigere.

Che se poi veniamo alla vita attiva, come riuscirebbe possibile condurla quando la verità ne fosse esiliata? Chi volesse far ciò, distruggerebbe d'un colpo l'umano consorzio.

Chè se, per esempio, intendesse Francesco recarsi da Bologna a Firenze ed, ignorando il cammino, fosse da altri avviato in contraria direzione e niun mai del suo errore lo ammonisse, quando arriverebb' egli a Firenze?

E dato che vi giungesse senz'averla mai veduta e niuno gli rivelasse qual'ella fosse, come saprebbe d'esservi pervenuto? La verità è dunque tanto necessaria alla vita quanto il quotidiano alimento.

Rispetto all'altro quesito quale sia maggiore delle due virtù la carità o la verità, se esse si considerano come facenti parte dell'essenza divina, sono da ritenere pari di grado;

Que vero maior virtus censenda sit caritas an veritas, quod est alterum tuum quesitum, dicendum censeo quod, cum Deus utraque virtus sit et se maior esse non possit et infinitum omnino sit, quod non recipit magis aut minus, si de caritate vel veritate, que Deus est, queritur, penitus sunt equales. idem enim Deus

7. G^1 *per* ac *dà* et 9. M^2 G^1 *omettono* cum 26-27. *Vi ha qui una grossa sconcordanza che non tolgo di mezzo, sospettandola dovuta a sbadataggine del S. stesso.*

(1) Una delle porte di Bologna, e precisamente quella che è rivolta a tramontana, la quale fu fabbricata nel secolo XIV nel borgo omonimo: cf. GHIRARDACCI, *Della hist. di Bologna,* lib. XX, II, 68; G. GOZZADINI, *Le mura che cingono Bologna,* Bologna, 1881, p. 18.

immensus et eternus, omnipotens, incomprehensibilis et inenarrabilis est et caritas ac veritas est; dicente verbo Domini, sicut apud theologum Iohannem legitur: ego sum via, veritas et vita (1). quod caritas autem Deus sit, idem Christi preco testatur, dicens
5 ex persona sua: Deus caritas est et qui manet in caritate in Deo manet et Deus in eo (2). verum loquendo de veritate, qua dicimus esse quod est et non esse quod non est, si latitudinem ambitus consideremus, maior sine dubio veritas atque diffusior caritate reperietur. ipsa quidem veritas etiam dicitur de non
10 ente; caritas autem et dilectio non potest ad id esse quod non est, ut hac ratione maiorem esse veritatem oporteat nos fateri. adde quod caritas non extenditur nisi solum ad Deum, quem debemus diligere propter se, necnon et ad proximum, quem debemus diligere propter Deum; veritas autem omnium rerum est, sive sint
15 inanimes sive viventes, ut nulla ferme comparatio sit veritatis ad caritatem, si solum inspicimus quantum utraque comprehendat. si vero potentias anime consideremus et unde vel ista vel illa procedat, inveniemus veritatem rectitudinem quandam et adequationem esse concipientis atque dividentis intellectus ad res, de
20 quibus intelligimus nunquid sint quidque vel quales debeant reputari; que quidem omnia actus sunt intellectus anime, que naturaliter scire desiderat, ut est notum. dilectio vero et caritas actus est voluntatis et rationis. an autem intéllectus sit nobilior voluntate, que tam intellectui precipit quam aliis anime poten-
25 tiis, que partis vegetative non sunt, illi viderint, quibus persuasum est intellectum prestare, imo preexistere voluntati, cum longe magis nobile sit omne quod precipit quam quod obedit et agens omnino quam patiens. intellectus enim adeo segnis est et iners, quod per semetipsum semper iacet. nam primus eius actus est,
30 quem a sensibus speciebusque sensibilium excitatur, quod omnino patientis est. secundus autem est compositionis rationisque discursus, quod facere non potest, nisi voluntas imperaverit et semper astiterit discurrenti; ut quotiens voluntas non precipiat vel ab ur-

ma ove si tratti di quella verità per cui si distingue ciò che è da ciò che non è, devesi senza dubbio stimar più grande e diffusa la verità della carità. Quella abbraccia difatti tutto quanto esiste al pari che l' inesistente,

e non s' appunta in Dio solo, come la carità fa, ma abbraccia tutte le cose animate ed inanimate.

Se poi si considerino le potenze dell' anima, vedremo la verità procedere dall' intelletto,

la carità invece dalla volontà e dalla ragione.

Or chi affermi che l' intelletto è più nobile della volontà, cosa che a lui non sembra rispondere al vero,

2. *M² G¹* sic

(1) S. IOHANN. XIV, 6. (2) I IOHANN. IV, 16.

gendo desistat, intellectus noster penitus nichil agat. nam et obiectum sensibile parum agit, nec per se potest intellectum possibilem actuare, si voluntas iubens semper intellectui non assistat; que si mentem fixam ad aliquid teneat, nichil preter illud intelligere valeat vel sentire, quod patris Augustini constat exemplo. refert enim in libris De Civitate Dei se vidisse quendam devotissimum sacerdotem, qui, cum oraret, adeo rapiebatur, quod stimulis ad sanguinis effusionem usque confossus nullum omnino signum ostenderet sentientis (1). sed, ut ad proposita redeam, concepta veritas actus est intellectus; dilectio vero vel caritas actus est rationis et voluntatis. nemo vero michi probaverit intellectum nobiliorem esse voluntate et ratione, sicut excellentior et omnino non est obediens imperante, servus libero, quique semper cogitur eo qui libere semper agit. adde quod ad meritum rerum omnium noticia et etiam ipsius Dei cognitio et omnium perceptio veritatum, si recte respicias, nichil facit. sola namque caritas Dei et proximi cum Dei gratia meritorium actum reddit; unde verissime dicit Apostolus, imo Sanctus Spiritus ore Pauli: si habuero prophetiam et noverim mysteria omnia et omnem scientiam, caritatem autem non habeam, nichil sum (2). est enim veritas sine dubio virtus, sed intellectualis. veritas autem doctrine, quoniam est ad alium, moralis quidem etiam virtus est. ipsa vero caritas moralis est et, quod morales intellectualesque virtutes transgreditur, theologica, cuius proprietas et dignitas ceteris virtutibus antecellit. nec solum est dignitate maior moralibus virtutibus et veritate doctrine, sed etiam duratione. quare scriptum est: nunc autem manent fides, spes, caritas: tria hec. maior autem horum est caritas (3). et paulo superius: caritas nunquam excidit, sive prophetie evacuabuntur sive lingue cessabunt sive scientia destruetur (4). quibus satis manifeste concluditur, quod ratione dignitatis et meriti virtus caritatis et dilectionis veritate maior est.

Ratione vero, sicut diximus, ambitus veritas excedit longis-

potrà affermare che la verità come emanazione di esso sia superiore alla carità; ma quando al contrario si ritenga la volontà arbitra dell' intelletto,

e s'aggiunga che la carità sola può rendere meritorio ogni atto umano,

e che, mentre la verità è una virtù intellettuale,

essa è virtù morale e teologica,

si dovrà conchiudere che per dignità e per merito è alla verità la carità superiore,

mentre per ampiez-

16. G^1 perspicias 17. M^2 G^1 meritorum

(1) Cf. s. Aug. *De Civ. Dei*, XIV, xxiv.
(2) S. Paul. I *Cor.* XIII, 2.
(3) S. Paul. I *Cor.* XIII, 13.
(4) S. Paul. I *Cor.* XIII, 8.

simis spaciis caritatem. vincitur etiam veritas consideratione potentie, de qua procedit, quantum intellectui voluntatis dignitas antecellit. duratione vero iudicio meo preter veritatem doctrine caritas et veritas penitus sunt equales. nam quanvis, ut dixit 5 Apostolus, scientia destruenda sit, non peribit tamen agnitio divine maiestatis et rerum omnium que tunc erunt, sed simul cum caritate durabit. prestantior etiam est, quantum ad consequendum illud summum et incomprehensibile bonum spectat, dilectio veritate. nam cum in via Deus omnino cognosci non 10 possit, qui summa veritas est, diligi tamen potest. in patria vero sine lumine purificante, quo noster intellectus altius elevetur et ad illius sublimitatis apicem veniat, videre Deum non possumus, sicut est, cum diligere sine dubitatione possimus. est igitur promptior et expeditior ad ultimum suum actum caritas, quoniam 15 per se potest ad illum et libere pervenire. sed intellectus illam veritatem non potest agnoscere, nisi gratia spiritualis luminis evehatur. et hec de duabus tuis primis questionibus dicta sint.

za di dominio riesce inferiore.

La verità è anche superata dalla carità, ove si tenga d'occhio la potenza da cui deriva; ma per la durata sono entrambe uguali.

Infine per quanto concerne il sommo bene, la carità vince ancora una volta la verità, perchè si può amare Iddio anche non conoscendolo.

Cum hucusque scripsissem, relegi tuam epistolam, ut viderem cetera que requiris comperique me de secunde tue dubi- 20 tationis quesitu parumper errasse. querebas enim, ut ferme verbis utar tuis, que virtus dignior et magis necessaria sit amicicia an veritas; non, ut disputavi, veritas an caritas, quod michi ex prima lectione remanserat. quanvis amicicia particularis caritas sine dubio sit, alia tamen ratio est generis et alia speciei. quem er- 25 rorem obrepsisse seni, cuius memoria pergit in Lethem, admireris nolim. sed que de caritate disserui, non omnino sunt ad id, quod de amicicia postulas, aliena. verum hec particularis caritas, que amicicia est, minus habet dubitationis quam caritas in comuni. nam, ut tu ipse verissime scribis, vanam, imo 30 nullam prorsus esse certum est amiciciam, si veritatis lumine deseratur. non potest enim amicicia sine veritate constare, quoniam virtus est, ut dicis, vel saltem cum virtute, sicut Philosophus consentire videtur[1]; et eo maxime, quoniam amicicia

Era giunto fin qui colla sua trattazione, quando si avvide che il Pizolpassi non aveva già chiesto se la carità fosse o no alla verità superiore; ma se l'amicizia dovesse stimarsi virtù più prestante che la verità non sia.

Condoni a lui, vecchio e quindi debole di memoria, l'involontario errore.

Del resto quanto premise sulla carità non è estraneo all'argomento.

È certo infatti che l'amicizia non può esistere senza verità, perchè è virtù ancor essa o almeno colla virtù vive.

25. cuius] M^2 G^1 quorum*; e probabilmente così avea scritto per distrazione il S. stesso.*

(1) Cf. Aristot. *Eth. Nicom.* VIII, viii, 4 e Cic. *De am.* XXVI.

solum inter bonos et sapientes viros esse potest; inter malos enim non amicicia, sed factiosa conspiratio dici debet. unum etiam, quod forte miraberis, audeo affirmare, cum vera amicicia non diligentis, sed dilecti gratia sit, eam non esse necessariam diligenti. nam si te diligam propter me, non est amicicia, sed quedam michi provisio. ametur quis propter se, ut amicicia vera sit, necesse est. redamatio quidem non est amicicie finis, sed solum eius officium, quem amamus. necesse nobis est in hac vita mortali, si consideremus indigentiam, amari, non amare, nisi quatenus propter amare velimus amari; quod quidem esset utilitatis aucupium, non virtutis, qualem amiciciam volumus, argumentum. nam quantum ad humane fragilitatis columen spectat, sufficit diligentium turbe, licet amicicie perfectionem, quod est difficillimum, non attingant, sufficit enim illa comunis amicorum frequentia, qua colimur et iuvamur, et illa caritas et amicicia, que propter utilitatem contrahitur nec tamen honestatis excellentiam detestatur. nichil enim preter intellectum, quod propter nos cupimus, virtus est. ad alium iusticia, que virtus omnis est, cunctis suis partibus ordinatur, et quelibet virtus a nobis appetitur, quoniam, ut moraliter loquamur, sole, sicut volunt, propter se diligende sunt. et quoniam nulla virtus sine iusticia vera vel perfecta dici debet, cuius proprium est ut sit ad alium, nulla virtus vera consumataque dici potest, cuius aliquis solum propter se ipsum optator sit. nec quem moveat, quod temperantia videatur ad se, non ad alium ordinari. nam moderatio non solum ad nos est, ut boni simus, sed ad alios, ut prodesse velimus exemplo nec alium, cum quo libido committitur, corrumpamus. quod et de fortitudine licet similiter affirmare. nec dicat aliquis, quod hec virtus ad alios de per accidens referatur. imperfecta quidem est virtus nec moralis dici potest, que, quod divinius est, non ad proximum ordinatur. imperfecte sunt igitur, si sint solum ad nos; sed directe sic ad nos, quod et proximum amplectantur virtutes, sive moderatio sive quecunque virtus sit, tandem vere et consumate sunt. non est igitur amicicia, sive passio sive virtus sit, omnino necessaria propter vitam, postquam ad alium ordinata est et ob amati comodum, non propter amantis emolumentum.

S' aggiunga altresì che la vera amicizia non consiste già nell'amare, ma nell'essere amati;

quell'amicizia, intende, la quale non ha nulla a vedere colla comune dilezione che il volgo suole confondere con essa,

ma è invece una virtù.

Niuna virtù difatti può dirsi perfetta e verace se non ha di mira invece che il nostro l'altrui bene; il che dee dirsi anche della temperanza e della fortezza, checchè possa a primo aspetto altri stimare.

Posto ciò, l'amicizia, sia dessa virtù o passione, non è necessaria alla vita;

maior ergo veritas est, dignior et magis necessaria quam amicicia; cuius rei declarationem postulasti; semperque tam amico quam amicicie preferenda, quoniam nichil deformius in amicicia quam relinquere studium et officium veritatis, quod nunquam nisi stultos 5 et vitiosos fugit, cum quibus et inter quos esse non potest amicicia vel glutinus caritatis. sapienti quidem et virtuoso nichil potest gravius esse mendacio, quoniam adeo malicie semper involutum est, quod nunquam possit conducere sapienti. quod si contingat amicos tuos in speculativis veritatibus dissentire, san-10 ctum est, ut inquit Philosophus, prehonorare veritatem (1) tandiuque monere, quoad possis, errantem, quod ipsum in lumen erigas veritatis, quod et in civilibus consultationibus et in omnibus vite partibus faciendum est. habenda tamen amicicie ratio, quotiens levi mendacio possit ingens gravissimumque periculum 15 inhiberi, si tamen citra mortalis culpe facinus id fieri possit; nunquam enim salutis eterne ratio deserenda est.

e quindi maggiore di essa, più nobile e più necessaria è a dirsi la verità, che sempre dee preferirsi all'amicizia.

Questa d'altro canto non può esistere che tra uomini sapienti e virtuosi ai quali nulla è più odioso della menzogna.

La verità è dunque da mandar innanzi all'amicizia,

benchè questa non debbasi per lievi cause abbandonare.

Nunc autem ad aliud, quod exigis, veniam. vis enim a me declarari quid rear ad Dei tribunal detestabilius: an usurarum avariciam, an rabiem taxillorum. ego quidem quid in illius censura 20 sit gravius michi plane confiteor non patere. puto tamen, quoniam ludus taxillorum nec novo nec veteri Testamento prohibitus reperitur, quod ego meminerim, graviorem esse fenebrem pravitatem, que contra Dei preceptum expresse committitur quaque venundatur tempus et contra naturam pecunia parere pecuniam 25 cohibetur. nam quod in aggravationem ludi merito detestaris, ex eo solitum oriri blasphemias in Deum cunctosque celicolas homicidiaque; adde, si placet, deceptiones et fraudes, deciorum falsificationes et alia multa, que videmus non causa, sed occasione ludi potius quotidie provenire; non est ludi natura, sed 30 cumulatio delictorum; nec a ludo per se, sed per accidens oriuntur. hic autem accidentalis processus in infinitum patet. nichil enim adeo turpe adeoque remotum inter vitia est, quod a vitiorum minimo non possit accidentaliter exoriri. nonne dura fenerato-

In terzo luogo vuole il Pizolpassi saper da lui se sia da giudicare maggior peccato l'usura o il giuoco.

Sebbene non abbia argomenti solidi a dirimere la controversia egli stima il primo più grave del secondo.

Tutte le tristi conseguenze del giuoco

non nascono dalla natura di questo, ma solo per accidente ne derivano;

ed altrettanti delitti provoca l'usura,

10. G^1 pehonorare 29. M^2 *per il primo* ludi *dà* ıudi

(1) Aristot. *Eth. Nicom.* I, vi, 1.

rum exactio deceptionesque plerumque tantum accendunt turbationis et ire, quod decepti gravatique tam in Deum blasphemiis quam in exactorem offensionibus multotiensque usque ad cedem et sanguinem efferuntur? non sunt igitur accidentalia vitiis ad aggravationem ascribenda, quoniam etsi rarius in uno quam in alio contingere videantur, nichil tamen ad vitii naturam pertinent.

sicchè non si può dagli effetti del vizio trarre materia ad aggravare il vizio stesso.

Vis autem a me, quo questionem ultimam tuam expediam, declarari, unde procedat quod hora brevissima temporis vel momento puberibus etiam quasi contra naturam canicies oriatur. quod quidem a me querere, cum infinitos medicos habeas, quorum professio de talibus perscrutetur, me parumper in admirationem movit, presertim cum scire possis cogitareque debeas hoc ad me nullatenus pertinere, nec id possit ab aliquo, licet physice peritissimo, demonstrari. quis enim scire potest secreta nature? quis Deo proximum naturalis agentis opificium qualiter et unde proveniat explicabit? coniectura procedimus in causas ab effectu. non est, crede michi, non est etiam apud sapientes rata secretorum talium certitudo. sufficit in ipsis Academicorum more dicere probabiliter quod occurrit, quoniam impossibile sit exploratam attingere veritatem. qua ratione dicit Philosophus in *Metaphysicis*: sicut nycticoracum oculi ad lucem diei se habent, sic et anime nostre intellectus ad ea que sunt omnium nature manifestissima [1]. qua Philosophi sententia etiam studiosi physices admonentur moderate presumere nec sibi perfectam rerum naturalium rationem attigisse, que consumate sciri nequeant, persuadere. verum, sicut vult Philosophus libro *De coloribus* et tertio et decimonono *De animalibus*, materia pilorum est humiditas quedam vaporosa atque fumosa [2], quam voce quasi greca periti medicorum aliquando *capnosam* vocant, licet quo-

In ultimo Francesco brama sapere per quali cause gli uomini possano prontamente ed in età freschissima incanutire.

Questa domanda l'ha stupito, perchè egli non ha mai fatto oggetto de' suoi studi siffatti argomenti, che rimangono del resto anche ai fisici imperscrutabili.

Mancando di certezza è quindi forza ricorrere alla congettura,

riconoscendo in pari tempo la propria impotenza a scoprir i segreti della natura.

Ma se, come vuole Aristotele, la materia donde i peli nascono è un'umidità fumosa

(1) ARISTOT. *Metaphys.* I, I, 12-14.

(2) Cf. ARISTOT. *De colorib.* cap. VI, 43 sgg.; *De animal. hist.* III, XI, 3 sgg.; *De animal. generat.* V, III-IV. Crediamo che colla citazione « decimonono *De animalibus* » il S. voglia alludere al quinto libro del *De animal. generatione,* seguendo la consuetudine del tempo che considerava i dieci libri della *Historia animalium,* i quattro del *De partib. animal.* ed i cinque *De animal. generatione,* come costituenti un' opera sola intorno agli animali.

rundam ignorantia capinosam dicat; cum capnos, bisyllabum grece, latine fumus sit. causa vero colorem faciens calor est digerens et aliquando desiccans illam humiditatem [1]. omnis enim pilus radicem habet in pelle et in radice viscosum quiddam, 5 quod corruptum caniciem gignit, calore, qui colorem facit, deficiente taliter, quod humiditatem illam nequeat regulare. nunc autem cum in subito quodam metu calor extrema deserat et mergatur intrinsecus, non est mirum si in illa revocatione caloris oborta frigiditas in humiditatem agens et ipsam corrumpens vel 10 desiccans, in instanti vel potius parvo et imperceptibili tempore non solam operam caloris, colorationem scilicet, desinere faciat, sed opus etiam eius, colorem videlicet, illa vehementia tollat et mutet; ut quod vel morbus vel senectus ipsa, que morbus est [2], per frigiditatem calore sepulto paulatim facit in tempore, mentis 15 impetu et repentino temporis haustu subitus rigor faciat in timore. vellem tamen hoc quereres a peritis, qui te quantum exigis edocerent. vellem et una tecum ipsos audire, quo discerem meque super hoc, quod parum dubitabile non reputo, declararem. tanta quidem vis timoris est, quod non solum commovet 20 animum, sed in corpore mirabiles gignit effectus, cum pallorem non solum efficiat, sed sudorem provocet, solvat ventrem, nervos enervet, cursum sistat, alas addat, sensus impediat, voluntatem mutet et multotiens ipsum auferat intellectum [3]; ut mirari non debeas, si pilorum molliciem mutet in colore per metum subito con- 25 ceptum frigiditas agens in humidum ipsumque corrumpens canumque faciat quod fuit nigrum. hec hactenus; que si fuerint tibi satis letor, imo letabor; sin autem ea minus probes, alium quere vel, si malis, rescribere non graveris.

Vale persuadeque tibi te a me amari. Florentie, tertio nonas 30 novembris.

e la cagione, onde il colore proviene, è il calore che dissecca quell' umidità,

è a credere che quando il calore scema, la forza dell' umidità, non più regolata, generi la canizie.

Ma poichè sotto l' impulso d' improvviso sgomento il calor vitale si ritira dalle estremità, può congetturarsi che l' umidità rimasta ad un tratto senza freno, produca repente quel fenomeno che di regola solo la vecchiezza o la malattia suole provocare.

Ma di ciò chiegga contezza a più esperti ch'egli non sia, pur rammentando come gli effetti della paura sull' uomo siano singolari e notabili tanto da render probabile cotesta spiegazione.

Spera di averlo appagato; ma se non fosse riuscito a ciò, o consulti altri o liberamente gli riscriva

e creda all' affetto suo.

14. M^2 frigitatem 18. G^1 paulum

(1) « Res autem siccior quae est in « corpore sunt pili: sunt enim ex va« pore fumoso qui elevatur. resolu« tum namque fuit quod in eo de va« pore mixtum erat et pura fumositas « congelata remansit »; AVICENNAE *Liber canonis in medicina*, Venetiis, MDLV, lib. I, Fen 1, Doctr. III, I, c. 5 B, F, 4.

(2) Cf. TERENT. *Phorm.* IV, 1, 574.

(3) Cf. ARISTOT. *Probl.* Sect. XXVII, §§ 1, 6, 7, 9, 10, 11; A. GELL. *Noct. Att.* XIX, VI.

III.

A Leongiovanni de' Pierleoni (1).

[M^2, c. 51 a; G^1, c. 29 a.]

Leoiohanni de Verleonibus de Perusio
cancellario domini Mantuani. 5

Firenze, 21 dicembre 1400?

L'opinione ch'ei nutre sul conto suo è troppo alta, se sincero fu nell'esprimerla,

Nimis michi tribuis, vir insignis, frater et amice karissime; nimis, inquam, michi tribuis. nimis altum, si non ficte scripseris, de me sentis, qui velis quod solum, ut ferme verbis

4. *Così* M^2 G^1*; ma questo scrive* Leo Iohanni

(1) Ben poco sul conto di questo personaggio ci apprende l'indirizzo preposto in M^2 alla presente; eppure nemmen di cotesto poco, al quale nulla possiamo aggiungere, ci è permesso di ammettere la completa attendibilità. Leon Giovanni de' Pierleoni è difatti detto qui perugino; ora le ricerche intraprese negli archivi di Perugia non soltanto non ci hanno fornito intorno a lui veruna notizia, ma provocarono in noi la persuasione che egli non abbia mai veduto nella città umbra la luce, essendochè niuna famiglia tra le perugine sia mai esistita che rispondesse al nome di Pierleoni; cf. S. Tassi, *De claritate Perusinorum*; Anonimo, *Blasone perugino*, manoscritti esistenti entrambi nella bibl. Comunale di Perugia. Al contrario tal cognome è ben noto come quello portato da una nobile casata riminese, già cospicua nel secolo xii e fattasi più celebre nel xv, parecchi individui della quale ai giorni del S. si resero chiari così in patria come fuori di essa. Fiorirono invero negli ultimi lustri del Trecento un Pietro Leone di Lobo de' Pierleoni, che resse nel 1388-89 la podesteria di Cortona (cf. Gori, *Symbolae litterariae*, Florentiae, mdccli, VIII, 121, 122, 130) e fu poi per sei mesi (15 nov. 1395-15 aprile 1396) esecutor di giustizia in Firenze (cf. Arch. di Stato in Fir., ms. Strozzi-Uguccioni 4, c. 134 b); un Andrea de' Pierleoni, dottor di leggi, assai stimato per la sua dottrina (cf. cod. Magliab. XXXV, 43); un Giovanni, ei pure giureconsulto, che venne nel 1391 chiamato ad insegnare nello Studio di Ferrara, donde passò più tardi a quello di Padova (F. Borsetti, *Historia almi Ferrariae gymn.*, Ferrariae, mdccxxxv, II, 7); ed infine un messer Raffolo, anch'esso versato negli studi del diritto, che servì a lungo i Malatesta nonchè Fr. Gonzaga; cf. R. Arch. di Stato in Firenze, *Signori, leg. e comiss., Rapporti d'oratori*, rapporto di L. Albergotti da Bologna, II, c. 8, 6-7 aprile 1397; lettera di Carlo Malatesta a Maso degli Albizzi dell'8 gennaio 1398 in cod. Magliab. VIII, 1487, n. 12; *Leg. e comm.* cit. II, c. 44 a, legaz. di L. Ridolfi in Romagna, 12 aprile 1403; Guasti, *Comm. di Rin. degli Albizzi*, I, 12 &c.; arch. stor. Gonzaga in Mantova, rubr. di Firenze, 5 magg. 1396; 14, 15 nov. 1404; rubr. di Bologna, 11, 14 febbr. (l'anno manca); *Copialettere*, lib. T, c. 48, 23 luglio 1401; nonchè altri documenti, dove appaiono nominati un Lolo, un Muziolo, un Giovanni (diverso dal già ricordato?) Pier-

utar tuis, me musis Iupiter enutritum reliquerit atque nostre Italie lumen unicum in poesi, que modo perierat, tam mirabiliter condonarit. egone nutritus musis, egone lumen unicum in poesi? nescis, care frater, ut video, quid sint muse; nescis profecto quid sit non intellecta poesis; equidem si scires quid hec sint, non ita facile pronunciares de re tanta sententiam. considera Martianum quid proprium velit quidque singularis officii cuilibet distribuat camenarum[1]; et cum illa didiceris, tunc; si tibi videtur et exploratum de me quantum oportet habueris; me musarum alumnum et poetice lumen voca. nam, ut cetera sileam, quis musarum novit officia vel, quod plus est, sic ad scientiam se componit, ut musarum natura disponit, ut non solum velit quod una musarum affert, dicta Clio, sed delectabiliter velit quod non solum pollicetur altera, quam Euterpen nominant, sed requirit? ut perseveret, quod opus tradunt esse Melpomenes; ut in fecunditatem germinet, quod volunt esse Thalie; ut fideliter iam percepta commemoret, quod prestare creditur Polymnia; ut de similibus in similia pergat, quod Erato perficit, sicut eius nomen grece traditur importare; ut discretionis super omnia que didicerit iudicium habeat, quod putant exhibere Terpsichore; ut habeat, quod ad iudicium sequitur, electionem bonorum et aliorum recusationem, que quasi divinum munus celestis prebet Urania; ut demum, quod ad Calliopen spectat, pulcre seu dulciter pronunciet et efferat que percepit? hec sunt iuxta traditionem Fulgentii novem musarum, quibus oportet poetam perfici, nutri-

dacchè dir lo volle alunno delle muse e rinnovatore della poesia, di cui niun raggio brillava più nella penisola.

Ma, affermando ciò, egli dà segno di non saper che siano le muse e la poesia.

Si volga di grazia a Marziano, e quand'abbia veduto quali uffici egli assegni alle muse, ripeta poi di Coluccio quanto già disse!

Chi difatti può aspirare a seguire fedelmente i precetti di Clio e d'Euterpe, a voler cioè in guisa da generare diletto,

a perseverare, come impone Melpomene, facendo prosperar l'opera iniziata sotto la scorta di Talia, rammentando, auspice Polinnia, le cose apprese, così da passar dall'une all'altre con Erato, senza obliare quel saggio giudizio e quella discrezione, che son doni di Tersicore, riuscendo infine, mercè Urania, a sceverar il buono dal cattivo, e coll'aiuto di Calliope dare forma eletta a quel che ha prescelto di trattare?

4. G^1 *invece del primo* nescis *dà* nescio 6. M^2 G^1 tantam 17. G^1 praecepta

leoni, tutti riminesi. Dall'esame di quanto concerne costoro noi saremmo quasi portati a congetturare che anche Leon Giovanni fosse da Rimini, parente di Raffolo, e forse in grazia sua accolto in corte di Mantova a coprirvi l'ufficio di cancelliere; tantochè nel « de Peru« sio » del codice si dovrebbe in tal caso riconoscere il frutto d'un'erronea lettura del copista. Vero è però che de' Pierleoni, oltrechè in Rimini, se ne trovavano a que' tempi anche a Roma, dove nel 1392 era chierico della Camera apostolica un « Thomas de Pierleonibus de « Urbe »; cf. THEINER, *Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis,* III, 71, n. XXII; sicchè ad una sicura conclusione riesce impossibile di giungere. Riguardo poi al tempo in cui la presente fu scritta non son minori le dubbiezze. E se l'assegniamo ancor essa allo scorcio del 1400 è in grazia del luogo che occupa in M^2.

(1) MART. CAP. *De nuptiis Merc. et Philol.* I, XXVIII.

Or s'egli stima che Coluccio abbia bevuto a sì vive fonti, lo dica poeta mirabile: ma affermerà cosa non vera.

Le muse ed i loro nomi designano del resto, oltre che quanto Fulgenzio dichiara, altre e grandi cose, le sette arti liberali e la stessa filosofia, scienza delle scienze.

Chi non possegga un' universale dottrina

e non sappia rivestire adunque la verità di leggiadre finzioni sotto metriche foggie non può dirsi poeta.

Nè la dottrina stessa è sufficiente se manchino le naturali attitudini e la spontaneità dell'estro.

Nulla invero havvi al mondo di più perfetto che la poesia; poichè non sottoponendosi ad alcuna facoltà nè disciplina

su tutte impera e di tutte si vale.

Opportuno testimonio di ciò è il libro di Marziano Capella, dove alle nozze di Mercurio e della Filologia

menta (1). dic me, si placet, his omnibus altum mirabilem emersisse poetam; sed cave ne falsitatis, ne mendacii dixerim, arguaris. scio quidem me non solum his non educatum epulis, sed prorsus a musis omnibus alienum. non enim solum illa, que vult subtili copiosaque ratione Fulgentius, sed etiam alia novem musis et ipsarum nominibus designantur. nam, ut omittamus cetera Martianique sententiam transeamus, quis est qui septem liberales artes, que musis ascribuntur, et ipsam philosophiam, scientiarum scientiam, norit aut cognoscere possit, quando quidem vel unius hominis vita uni soli proculdubio non sit satis? non potest, crede michi, musarum dici lacte nutritus qui noticia scientiarum omnium non abundat, qui divina et humana non callet quique, quod proprium est poete, metro nescit exprimere variisque rerum integumentis eleganter occulere veritatem. nec putes, carissime frater, poeticam tale quiddam esse, quod humana possit ratione comprehendi. divinitus enim infunditur et ex alto venit; nec aliquid minus mortalis hominis industria studioque paratur. nam certum est, ut inquit Cicero, ceterarum rerum studia et doctrina et preceptis et arte constare; poetam natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari (2); ut non deceat sic ad placitum aliquem credere vocareque poetam. nescio si quicquam maius et in humanis inventionibus sive perfectionibus poetica dici possit, imo scio certissime quod non possit. etenim cum ipsam nulla sententia vel facultas, veluti subiectum aliquod vel ad se pertinens presupponat, ipsa cunctis aliis utitur iure suo et sermonis imagine, tegminibus et figuris sententiarum, verborum et rerum cuncta pertractat per omniaque dominatur et currit, ut non possit aliquis verum officium prestare poete, nisi noverit omnia que sequuntur. vide novem libros Martiani Capelle, quorum duobus cum connubium tractasset Mercurii et Philologie, hoc est eloquentie, quam Mercurius significat, et rationis, quam Philologie nomen importat, quod ra-

22. G^1 humanibus *(sic)* 32. M^2 philogie

(1) F. P. Fulgentii *Mytholog.* I, xiv II, 346 sgg. e cf. le note all' ep. xxii del lib. VII; (2) Cic. *Pro Archia,* VIII.

tionis amor interpretatur, introducit septem artes liberales coniugii sacra virginum habitu celebrantes, et cuilibet ipsarum propriam tribuens cantilenam singulis voluminibus singulam proprietatem atque naturam breviloqua narratione depingit. quod volumen no-
5 vem distinctum libris admonet sine perfectione doctrine, quam ratio septem liberalium artium profitetur, verum non posse constare poetam. nam quid de physica loquar, quam heroico carmine Lucretium invenimus tractavisse? (1) quid etiam de sapientia dixerim, quam Socrates ampliavit, cum verissime scriptum sit:

chiama presenti le arti liberali, che narrano le proprietà loro.

Ma neppur esse bastano a formar il vero poeta,

quando gli facciano difetto le cognizioni naturali e filosofiche,

10 Scribendi recte sapere est et principium et fons:
Rem tibi Socratice poterunt ostendere carte? (2)

qua doctrina si poeta caruerit, omnino poeta non erit. et ne putes divinam scientiam, quam nostri theologiam vocant, Ethnici metaphysicen appellarunt, ad poeticam non spectare, memento
15 quod, sicut testatur pluribus locis Philosophus, primi theologizantes poete dicti sunt (3); quoniam huius artificis, quem poetam dicimus, proprie proprium est non solum divina celestiaque callere, sed ipsorum esse tum iocundum tum subtilissimum tractatorem; ut nimis sit et plus quam ab homine, licet erudito, prestari
20 possit, se poetam, quod michi nescio cur exhibeas, profiteri; ut nullo modo dicas in me velut antiquorum reliquias vatum et consortium remansisse. non enim dignus sum illorum annumerari collegio, qui remotissimus sum a musis et ab omnibus, quibus poetica constat poetaque perficitur, alienus.
25 Bene atque prudentissime igitur laudes meas ab initio moderasti. cum enim dixisses omne vulgus me quasi predicandum universi spectaculum celebrare, subiungis hac me opinione beatum, si digna ex animi integritate procedat. quod cum de

e la teologia stessa,

perchè la poesia deve spaziare non meno nel campo delle cose divine che delle umane.

In conseguenza non gli attribuisca titoli che non gli spettano e lodi che non merita,

mantenendosi in quella prudente circospezione di cui diè prova quando osservò che Coluccio dovea dirsi beato se la fama sua da

10. *M² G¹ omettono* et *dopo* est 12. si poeta] *M² G¹* suspecta 14. *M² G¹* metaphycem 21. *M² G¹ omettono* et 25. *M² G¹ omettono* igitur

(1) Si rileva da queste parole che neppur il S. ebbe cognizione del *De natura rerum* di Lucrezio, creduto smarrito fin al 1417, anno nel quale il Poggio ne rinvenne un antico manoscritto. Cf. Voigt, *Die Wiederbeleb.* 3 I, 241; De Nolhac, *Pétrarque et l'human.* p. 134.

(2) Horat. *Ep.* II, iii, 309-310.

(3) Cf. p. es. Aristot. *Metaphys.* I, iv, 5.

vera integrità d'animo provenisse

me dici posse non sentiam, placet et laudo, quod fame, que sit

Tam ficti pravique tenax quam nuncia veri (1),

Chè se chiudendo la sua lettera si fosse rammentato di quelle savie riserve, gli avrebbe risparmiato questo lungo discorso.

facile non accedas nec me pluris facias quam oportet. quod si moderationem eandem adhibuisses in fine, non fuisset michi tam longe orationis tractu opinionis tue impossibilitas detegenda. si 5 quid autem in me videris elucere laude vel admiratione dignum, non michi tribuas, precor, sed illi qui dedit et cuius sumus opificium quicquid sumus. me tamen, utcunque sim, ames velim teque persuadeas a me amari. vale felix et melior quam in fine feceris mei rerumque mearum considerator. Florentie, duode- 10 cimo kalend. ianuarii.

IIII.

A Francesco Zabarella (2).

[A, c. 7 b; M², c. 52 b; G¹, c. 31 a.]

Firenze, 21 febbraio 1401.

Domino Francisco Zebarello. 15

Non pensava di dovere, quando gli scrisse, discutere seco, tanto gli pareano inoppugnabili le dottrine che sosteneva.

Non putavi, doctor egregie, frater et amice karissime, cum tibi scripsi, mecum tibi fore certamen. adeo quidem cuncta que tunc disputavi verissima michi visa sunt, ut nunquam me

8. *M²* utrumque 9. *G¹* memor 15. *Così A M² G¹; ma A* Sebarello *ed al di sotto in piccoli caratteri* Collutius 18. *G¹ dà* disputavi *ripetuto.*

(1) Verg. *Aen.* IV, 188.

(2) Veggendosi giungere come risposta alla sua breve missiva di condoglianza l'ampia epistola che testè abbiamo letta (lib. XI, ep. xxiii, p. 408 di questo volume), nella quale Coluccio dalla contemplazion de' suoi lutti assorgeva con singolare serenità di spirito all'esame delle più gravi questioni che si fossero mai dibattute nelle scuole d'Atene e di Roma, lo Zabarella non potè starsi cheto, ma, scendendo nell'arringo, dove l'amico l'invitava, riscrissegli diffusamente (e la sua lettera forma l'App. XVIII), ringraziandolo delle lodi, di cui gli era stato cortese, ricambiandogliele ad usura ed insieme polemizzando secó sopra pressochè ogni punto della confutazione da lui istituita delle dottrine stoiche, accolte da Cicerone, intorno alla morte ed al modo con cui deve il saggio considerarla. A sua volta il nostro, avvezzo qual era a voler sempre riserbata per sè l'ultima parola nelle controversie letterarie o filosofiche da lui o da altri provocate, replicò al dottor padovano coll'epistola presente, documento davvero ragguardevole di quell'indomita energia, ond'era ancora animato a dispetto degli anni, delle fatiche, dei dolori.

super eis dubitaturum aliquo tempore cogitarem. sed cum alias sepe numero, tum ad presens nullam sentio tam exploratam veritatem, que disputationis violentia non possit in dubitationem adduci; quo minus admiror Academie studia, dum Grecia suis florebat philosophis, viguisse. que quidem philosophandi ratio iam primum a Socrate principium habens, ab Archesilao repetita, Carneadis studio et auctoritate tantum confirmationis accepit, ut per annos ultra trecentos in etatem ferme pervenerit Ciceronis, qui confirmat eam, ut eius utar verbis, in ipsa Grecia suis temporibus orbam esse [1]. plane quidem, sicut Arpinas ipse testatur, omnibus veris falsa quedam adiuncta sunt, tanta similitudine, ut in his nulla insit ratio iudicandi nec assentiendi nota [2]. volo tamen experirique iuvat nunquid tantum efficere disputando possim, ut doceam quod que iudicio meo verissime scripsi rata et irrefragabili ratione subsistant. que quidem si saltem ab his tuebor, que cum copiose tum subtiliter obiecisti, satisfactum abunde tuis replicationibus arbitrabor. prius tamen aliqua disseram, que narrasti; mox principale propositum luculenter atque distincte tractabo, ne contra veritatem solidam et invincibilem apparentiam reliquerim veritatis.

Ma una volta di più ha dovuto persuadersi che niuna verità esiste tanto certa che non se ne possa far argomento di dubbio, sicchè meno si stupisce delle disputazioni delle quali fu l'Accademia per più secoli in Grecia il teatro.

Ora ei tenterà di provare come siano inconcusse le opinioni che aveva enunziate, respingendo le obbiezioni dell'amico;

ma prima giudica opportuno di trattenersi alquanto sovra quello che Francesco gli scrisse.

Et ut ab his, que recepi, per ordinem inchoemus, cum amicus sis, ut scio, confiteris et scribis, decetne tantum meis laudibus immorari? volo maiorem in modum me colas. hoc patior, hoc permitto; non quod hoc cultu dignus sim,

E primieramente si duole ch' egli abbia fatto sì larga parte alle sue lodi. Cerchi l' amico di mostrargli in altra e miglior guisa il suo ossequio e la sua affezione,

Haud enim tali me dignor honore [3];

sed quia talis esse cupio talisque conor esse, quod maxime sim colendus. volo sine nominis invidia te voces amicum meque patiaris uti tecum simili vocabulo versa vice meque diligas amice

3. *A* posset 5-6. *M²* *G¹* *omettono* iam prim. 8. qui] *A* quoniam 9. *G¹* verb. ut., *ma cancellato* verb. *lo pospose.* 12. *A* assenteiendi 13. *A* poss. disp. 16. *A* abiecisti 17. *A* deseram 20. *A* relinq. 21. *A* *omette* ut 22. *A* *omette* sis 26. quia] *G¹* quod *A* coner

(1) Cf. Cic. *De fin. bon. et mal.* IV, II-VIII; *Acad.* I, IV-XIII &c.

(2) Cic. *De nat. deor.* I, V, 12; ma il testo dà per «sunt» «esse dicamus», per «ratio» «recta» e per «nec» «et».

(3) Verg. *Aen.* I, 335; ma il testo «equidem».

velim. ego te non solum diligam, sed, quod teste Cicerone divinius est, amabo [1]. sed quod me maiorem in modum colas ut sapientissimum, te dixisse, non miror solum, sed indignor et molestissime fero. egone sapientissimus, mi Francisce? nimis erras; imo me nimis errare vis; imo, fas sit vera loqui, de me ridicule nimis effaris; imo, si recte iudicas, nimis callide me derides. tune me audes sapientissimum appellare? nonne legisti apud Ciceronem nostrum sapientiam esse rerum divinarum et humanarum scientiam cognitionemque, que cuiusque rei causa sit? ex quo, sicut subdit, efficitur, ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat [2]. et quis es qui affectum habitu diffinitionis huiusmodi possis aut audeas affirmare? an de mente vegeta tua forsan excidit sapientiam intellectui vel, ut loquar expressius, intelligentie subordinari, cum illa sibi subiciat prudentiam, scientiam atque artem et ipsis omnibus perfectione quadamque divinitate, quam tria illa non capiunt, antecellat? septem sapientibus iactatrix rerum suarum Grecia gloriatur, quorum uni falsum testimonium accessit Apollinis falsi dei. Catonem, Acilium, Paulum Caiumque et Celium nominatim inter alios habuit sapientes Roma, eosque non per omnia nec universaliter, sed ex parte. nulli tamen Romano vel Greco datum est, ut sapientissimus vocaretur, preter Socratem, quem Apollo, ut aiunt, sapientissimum iudicavit, ut fert Cicero [3]. quo fit, ut hoc de me quod dicis tueri ratione non possis, nisique te putarem amore deceptum, nimis iam id michi molestum esset; nec te dicerem hyperbolice locutum, sed potius ironice derisiveque. sed cum hoc crimine te purget apud me tua de me nimis immoderata dilectio, cave quid alii de te sentiant, qui vix poterunt aliud te iudicare quam stultum vel, quod criminosius est, blandiloquum aut mendacem. quod me vero sicuti parentem venereris, quo-

poichè ei non è punto sapiente, come a lui piace affermarlo.

O non sa egli che cosa sia la sapienza secondo la definizione datane da Tullio?

E se il sa, come può credere che taluno arrivi a possederla?

Vero è che la Grecia ebbe sette sapienti, ed altri n'ebbe anche Roma,

ma niuno meritò, ove Socrate si eccettui, d'esser detto sapientissimo.

Ei potrebbe dunque credere che l'amico l'avesse così chiamato per schernirlo, se non sapesse come invece l'acciechi l'affetto.

6. *A* calides 11. *A* M^2 G^1 est G^1 *omette* qui 13. G^1 sapientie 15. *A dopo* prudentiam *dava* ſñciaꝫ *che fu espunto.* 16. tria] G^1 tua *A* antecellatur 18. *A* Apolonis 19. *A* Gaiumq.; *ma in margine la stessa mano annotò:* Caius - nominatum 23. *A* refert 25. *A omette* iam 28. G^1 potuerunt

(1) Cf. Cic. *Ad Brut.* ep. I; *Ep. ad div.* XIII, xlvii &c.

(2) Cic. *Tusc.* IV, xxvi, 57.

(3) Cic. *Academ. II,* I, iv, 16.

niam te natu maior sum; michi quidem februarius mensis, qui nunc agitur, annum septuagesimum attulit (1); letus accepto, non illa tamen ratione quam tangis. quando namque novimus nos quod michi non potueris magistrari? non quod me gradu precesseris
5 doctoratus, quanvis hoc non contemnendum sit, sed multarum rerum scientia, quam doctrina simul et ingenio comparasti. sim tibi, postquam vis, parentis loco cum etate tum veneratione: nunquam enim talem filium recusabo; tu me constanter velis in patrem. sed postquam, ut testaris, consiliis pater sum, imo
10 doctrina, imo salutaribus preceptis et institutionibus patrem ago, cum non tibi gloriam eloquentie, qua te mea epistola putas affectum, sed Deo tribuam largitori, quod eleganter dictum vis sicque faciendum esse confirmas; unde est quod tui oblitus et mei, Themistoclis exemplo (2), voces meas, ut dicis, plurimas et magnificas
15 laudum tuarum magni ducas et ad beneficium prestantissimum, veluti testaris, ascribas? unde est quod felicem tuam velis epistolam, quam ad me misisti, que tibi, sicuti triumphas, tantum claritatis et glorie compararit? unde sunt alia plurima que sequuntur? nonne vides te tibi, cum confidis Dei clementia tue
20 mediocritatis non fore prorsus inscium, contrarium prorsus esse? quanvis enim ad te reversus subdas, ut verba tua referam: at res tantas non tantum arrogare michi, sed vix etiam sperare ausim; laudes tamen non omnino negas tuas, sed confiteris potius et admittis. sed hec satis.

Non niega però, dacchè è tanto più vecchio di lui, d'essergli padre; chè egli mai non rifiuterà un siffatto figliuolo. Ma se gli è padre, ne ascolti i precetti e voglia riferire a Dio, che gli è stato largo di tanti e magnifici doni, le lodi ch'egli gli ha date, nè tragga motivo d'insuperbirsene, ma le ricusi.

25 Nunc autem ad id veniam quod impugnas, tecumque fraterne discutiam an illa Ciceronis et aliorum philosophorum in adhibenda merentibus consolatione remedia talia sint, qualia promittuntur; procedamque per capita tua, imo Ciceronis, ut videamus an verum sit quod tam argute defendis et tenaciter asseveras.
30 verumtamen, ut liberrime quod sentio tecum loquar, videre videor

Or venendo a quant'egli ha impugnato, discuterà seco se quelli che Cicerone ed altri filosofi affermano rimedi al dolore tali veramente possano considerarsi; e nel far ciò seguirà l'ordine de' suoi ragionamenti, che forse

2. G^1 nuper *A omette* agitur M^2 G^1 septuagenarium 7. tum] *A* cum 9. *A omette* sed 13-14. *A* Temistodis 15. *A* M^2 magno 16. *A* velis tuam 17. G^1 triumphus 18. G^1 comparavit – sicut 21. at] G^1 ac 22. *A omette* michi 23. M^2 G^1 tantum 26-27. *A* inadhib. 30. M^2 G^1 *omettono* ut liberr.

(1) Cf. le note all'ep. XIII del lib. IX, pp. 107 e 109 di questo volume.

(2) Cf. VAL. MAX. op. cit. III, IV, ext. 1.

istitui egli piuttosto per pompa di dottrina che per schietta persuasione di sostener il vero. Aveva egli detto esser la morte un male di natura, non di colpa,

sebbene a ciò contraddicano i filosofi pagani che stimano la morte il maggior bene che toccar possa all'uomo.

te potius ad ambitionem disputationis ostentationemque respexisse quam ad veritatem. diximus, quod et verissimum arbitror, mortem malum esse nature, non culpe. dixerit Silenus licet hominibus optimum esse non nasci proximumque quam primum mori [1]; dixerit et alter, ut Gentilium more, Gentilium referens 5 verba, loquar: singulari deorum munere factum esse, quod anime vincula, corpora videlicet nostra, fuerint mortalia, non eterna [2]; nunquam tamen efficient mortem non esse malum; plusque valebit apud me christiane veritatis et divinarum Scripturarum au-

Ma costoro credevano alla metempsicosi;

ctoritas quam illorum deliramenta, qui fingebant animas stellis in- 10 sitas et eternas ab eterno creatas in corpora nostra descendere:

> Quas omnes, ubi mille rotam volvere per annos,
> Letheum ad fluvium deus evocat agmine magno,
> Scilicet immemores supera ut convexa revisant
> Rursus et incipiant in corpora velle reverti; 15

ut ille ait [3]. quod si verum esset, vera sine dubio forent illa

i Cristiani credono invece che Dio abbia creato l'uomo immortale, a sua immagine, e che solo l'invidia del nemico abbia spezzati i supremi decreti.

que somniant. nunc autem scimus quod creavit Deus hominem inexterminabilem, et ad imaginem sue similitudinis creavit illum [4]; invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum [5]. status enim hominum ad immortalitatem erat sine medio primordialiter 20 ordinatus, quod nobis interrupit transgressio primorum parentum;

Sicchè ove stimar si dovesse un bene la morte, sarebbe naturale concludere che Dio non avrebbe creato l'uomo, e creandolo non l'avrebbe destinato a viver immortale.

ut si foret optimum non nasci vel quam primum mori aut omnino nos esse mortales, ut illi determinant, Dei bonitas, que vidit esse valde bona quecunque fecit [6], prorsus hominem non plasmasset, non immortalem ab initio statuisset nec perfectos composi- 25 tione corporis et anime post resurrectionem immortali fore beatitudine perpetuos voluisset; ut quicquid ceca Gentilitas sibi contemnendo mortem de bonitate resolutionis huiuscemodi, que mors

7. *M²* viricula *(sic)* 8. *A* nōq̄ 12. *G¹ omette* Quas omn. 13. *A* adf 17. *A* sumniant 19. mors] *A* mox 20. *G¹ omette* sine medio 23. nos] *A* non *G¹ omette.* 24. *A omette* non 26. *A omette* post 27. *A* quidquid *corretto in* quicq. ceca] *M²* ceu *che G¹ omette.*

(1) Cf. Cic. *Tusc.* I, XLVIII, 114.

(2) Probabilmente allude a Seneca, che chiama così spesso il corpo «vin«colo» dell'anima.

(3) Verg. *Aen.* VI, 748-51; ma nel 1° v. il testo per «quas» dà «has»; nel 3° «super» invece che «supera».

(4) Cf. *Genes.* I, 27.

(5) Cf. *Sap.* II, 24.

(6) Cf. *Genes.* I, 31.

dicitur, blandiatur, germana tamen veritas, quam mutare non possumus, et divine maiestatis auctoritas, que rebus omnibus antecellit, reputant ipsam malum esse et immortalitatem corporum corruptionis statui preferendam. dixit enim Dominus ad Adam: ex omni ligno, quod est in paradiso, ad escam edes. de ligno autem, quod est scientie boni et mali, non edebis. qua die autem manducaveritis, moriemini (1). vel ut habet nostra translatio (2): ex omni ligno paradisi comede. de ligno autem scientie boni et mali ne comedas. in quacunque enim die comederis, morieris. et quis dixerit Deum pro inobedientie transgressionisque peccato mortem velut in penam et supplicium statuisse, si mala non foret? malum est sine dubio mors, sed, ut alias diximus, non culpe, sed pene (3). moraliter autem mors nec bonum nec malum est; in natura vero penitus malum, utpote privatio boni vite. vita quidem actus et ens quoddam est, cuius privatio, mors, est sine dubio non bona, quia nullum ens est, sed privatio quedam entis et boni, que malum indubitanter est. verum contra me Stoicos, Ciceronem, Senecam et alios multos statuens, inquis istos nolle malum aliquid esse nisi vitium, nec bonum nisi virtutem. scio Ciceronis et aliorum Stoicidarum hanc perpetuam esse sententiam, cui, sicut vis, me ipsum scribentem pluries inhesisse qui mea legerit poterit reperire. hanc etenim cum illis semper tenui teneoque sententiam si de morali bonitate vel malicia sermo sit. nunc autem mors obita bene bona moraliter bonis est; male vero suscepta, malum est malis. nam, sicuti alias tibi scripsi, qui gloriam suam intendit pro patria pugnans aut moriens, non pugil est patrie, sed sue captator glorie (4). sed quid, precor, ad mortis asserendam bonitatem virtus aut vitium?

La verità divina ci sforza dunque a dire un male quello che era ai pagani un bene.

Iddio difatti minacciò Adamo di morte se avesse gustato del frutto proibito.

Or chi vorrà sostenere che la morte non sia un male, se Dio se ne volle giovare a punire il peccato del primo uomo?

La morte è dunque un male di pena; e se non è tale moralmente, tale naturalmente dee dirsi.

Ora lo Zabarella replica con Cicerone, Seneca e gli Stoici che solo il vizio è male e solo la virtù è bene e aggiunge che tale opinione Coluccio stesso ha più e più volte tenuta.

Nè questo egli nega oggi, quando di bontà morale o di malizia si tratti.

Ma che c'entra la virtù o il vizio quando si tratta di stabilir se la morte è un bene o non invece un male?

5. *A omette* est *e scrive* adescam 6. *A* edetis *e per* autem *dà* aut 7. G^1 velut 12. *A* foretur, *ma le due ultime lettere vennero cassate.* 14. *A* instatura *(sic)* 22. mea] M^2 in ea 23. si de] *A* fide 25. G^1 sicut

(1) *Genes.* II, 16-17. È questo il testo della « versio antiqua »; ma non senza parecchie varianti, le quali lasciano adito al sospetto che Coluccio abbia tratto la sua citazione dall'opera di sant' Agostino, *De Gen. contra Manich.* lib. II, c. 1 in *Opera*, to. III, part. 1, col. 195; cf. SABATIER, *Biblior. sacror. lat. vers. ant.* I, 15.

(2) Cioè la « vulgata nova ».

(3) Cf. p. 417 di questo volume.

(4) Cf. p. 415 di questo volume.

Difatti se niun bene havvi dalla virtù in fuori, esser non può tale la morte, che non è nè una virtù, nè dipende dalla volontà, donde provien l'atto virtuoso,

si enim nichil bonum nisi virtus, mors ipsa bonum esse non potest. non enim est virtus, que quidem est habitus, sed privatio; nec voluntarium aliquid de per se, quod est de ratione virtutis, haud aliter quam exortus, qui quidem a voluntate non pendet. mori quidem velle possumus, sed voluntas sola non sufficit ut 5 moriamur. virtus autem sic voluntarium quiddam est, quod

quantunque per opera d' altra potenza e virtù ed atto virtuoso si compiano.

ipsa voluntate sola perficitur. nam, licet actus virtus seu virtuosus ab alia potentia perficiatur, attamen quod virtus sit vel

Ogni atto di virtù o di vizio quindi è buono in quanto esiste e concorre o meglio precorre nel produrlo Iddio,

virtuosus a sola provenit voluntate. actus enim quilibet tam vitii quam virtutis bonus est, quoniam aliquod ens est et ad ipsum 10 Deus concurrit, imo, quo rectius loquar, efficiendo precurrit. precurrit etiam et cooperatur ad formam specimenque virtutis.

il quale però non concorre all' atto di malvagità, che è il peccato, perchè questo non ha causa efficiente, ma deficiente.

ad deformitatem autem actus, que peccatum est, cum ipsa sit nichil, penitus non concurrit. nullam enim habet illa causam efficientem, sed deficientem et quicquid labis deficiendo ab eo, 15 quod lex eterna iubet, cui non Deus, sed homo debitor est, contrahitur, corruptione voluntatis, que nec modum servet vel finem non intendat debitum, perpetratur. non igitur, ut tua fert ratio, mors est bonum, quoniam non est virtus, quam solam asseris

Inoltre secondo Aristotele il bene può essere di tre specie, sia che rifletta l' animo, ovvero il corpo,

esse bonum. denique triplex bonum a Philosopho diffinitur, 20 sicut tria sunt, quibus merito commendamur (1). bonum quidem quod honestum et virtus est, animum respicit, qui subiectum est honestatis atque virtutis. bono vero delectabili respondet corpus. vera quidem anime delectatio virtus est, sicut delectatio corporis

o i beni terreni.

est voluptas. bono vero, quod dicitur utile, respondent opes seu 25

Ma la morte non può assegnarsi a veruna di queste specie di beni.

divitie et cetera que circa nos sunt subiecta fortune. mors autem sub bonorum istorum aliquo de per se nequit, si quis recte consideret, numerari. velim doceas igitur quam boni rationem

Sicchè, ove si abbandonino le stoiche arguzie, ne consegue che la morte sia un male di natura, buona nell'ordine morale per i buoni,

mors habeat, quam cum, ut arbitror, reperire non possis, dic mecum, obsecro, dimisso Stoicorum supercilio, mortem naturaliter 30 malum esse, moraliter vero bonam, si contingat bonis, quibus

2. *A omette* est *innanzi a* virt. 5. *A reca* non *aggiunto in interlinea.* 7. *A* virtutis G^1 sive 8. *A* virtutis 10. G^1 aliquid 18. *A omette* tua 21. G^1 commendamus 25. *A* voluntas 27. *A* inquit 31. G^1 bonum

(1) Cf. Aristot. *Eth. Nicom.* I, v, 1.

omnia cooperantur in bonum, malamque malis, quibus, dum mali fuerint, nichil potest accidere nisi malum; mementoque Philosophum velle mortem esse terribilium ultimum, et non bonis, sed malis homines deterreri [1]. et ne putes me solum que terribilia sunt mala dicere, audi Philosophum in Ethicis: timemus autem, scilicet terribilia. hec autem sunt, ut simpliciter dicere mala, propter quod et timorem determinant expectatione mali. timemus igitur omnes mala, puta malam opinionem, inopiam, egritudinem, mortem. et paulo post: terribilissimum autem mors: terminus enim [2]. vel ut habet alia translatio: et timemus quidem res timorosas, et hec sunt universaliter mala, et propter hoc diffiniunt timorem, dicentes quod est suspitio mali incidere apti aut cuius timetur incidentia, ut est mala fama aut paupertas aut privatio amicorum aut mors [3]. hec princeps philosophorum in Ethicis. clama, si placet; clamet et omnis Stoicorum scola; potior est michi veritas, que patet ad sensum, quam opinio, ne dicam deliratio, Stoicorum, qui virtutem invisam et invidendam talem esse volebant actusque virtutum qualis et quales in hac carne fragilitateque mortalium sit impossibile reperiri. maior est auctoritas aristotelica Peripateticorumque moderatio quam illa severitas, imo duricies et inaccessibilis ratio Stoicorum. malum est equidem sine dubio mors timendaque prius quam veniat; horrenda cum venit et postquam venerit non irrationabiliter lacrimanda, nisi vite preterite ratione spes non stulte concepta persuaserit illam mortem esse translationem in vitam, non in secunde mortis gradum, quo infelix anima sit perpetuo crucianda. nec obicias, ut longo tue orationis tractu facis, vite mee, quam omni ex parte virtuosam argumentis probas, huic nostre sententie formulam et institutionem. nulla quidem

pei quali tutto coopera in bene, e dannosa ai malvagi, ai quali nulla può accadere che malvagio non sia.

Aristotele stesso poi definisce la morte l'ultima delle cose paurose

Or dica Francesco ciò che vuole; gridin pure gli Stoici, infatuati d'una introvabile virtù, donde sarebber venuti atti che ripugnano alla fragilità umana; egli stima di maggior peso l'autorità di Aristotele e de' Peripatetici e giudica con loro la morte un male, siffatto che a renderlo men tremendo giova soltanto la credenza nell'esistenza futura, quando si possa sperarla però fonte di gioia e non di perpetui tormenti.

Nè si indugi egli a dimostrare virtuosa la vita sua.

2. *A* accedere G^1 mementque *(sic)* 7. *A* expectationem 10. G^1 habeat 12. *A omette* hoc 20-21. G^1 *per* moderatio *aveva scritto* laudatio, *che cancellò.* 25. G^1 ullam *cancellato e sostituito con* illam 27. *A* rationis tractatu

(1) Aristot. op. cit. III, vi, 6.

(2) Aristot. op. cit. III, vi, 2 sgg. in cod. Ambros. D, 103 sup., c. 15 b.

(3) Riguardo alla seconda versione dell'*Ethica Nicomachea* qui citata ed oggi forse smarrita veggasi la nota all'ep. x del lib. IX, p. 95 di questo volume.

Non disputa seco della virtù nè mette in dubbio se essa debba o no preferirsi a tutto; ma la virtù che ha a partir colla morte?

Del resto a lui non sembra che sia vero il dire, come fa Francesco, che anche nell' ordine morale niun bene v' ha all' infuori della virtù.

La beatitudine infatti che è il fine della virtù, non è virtù; eppur è un bene e più prezioso che la virtù non sia.

E non è un bene la tranquillità e la felicità dell'umano consorzio, a cui mirano le virtù politiche e la giustizia legale?

Non la sola virtù moralmente è un bene, giacchè e quelle accennate

e l'amicizia stessa, benchè non sia una virtù, sono però un bene esse pure.

E le cose create da Dio non sono forse tutte, visibili o invisibili, buone secondo la sacra lettera?

Del resto ricordi come Cristo abbia in dolorosa agonia bramato d' evitare la morte.

michi tecum est contentio de virtute, quin bona sit et omnibus preferenda. plane quidem bonam fateor et humanis rebus omnibus anteponendam. sed quid hoc ad mortem? an quia bona sit virtus, bonam sequitur esse mortem, quam clare constat non esse virtutem? nam quod pro disputationis tue fundamento ex 5 Stoicorum sententia sumis, nichil videlicet bonum esse nisi virtutem, etiam loquendo moraliter et bonum intelligendo secundum ethicam rationem, michi, licet asseras, non videtur. beatitudo quidem, que finis est virtutis, sine dubio non est virtus. bona tamen est prestantiorque virtute. pax hominum politicaque se- 10 curitas, ad quam ordinantur omni ex parte virtutes politice legalisque iusticia, nonne bona est meliorque virtute? denique virtus habitus; operatio vero secundum virtutem non habitus est, sed actus. et quid? nunquid talis operatio moraliter bonum non est? nec te nec aliquem hoc crediderim negaturum. non ergo 15 sola virtus etiam moraliter bonum est, quandoquidem virtutis operatio, pax hominum securitasque politica beatitudoque proveniens ex virtute, sic bona sunt, quod ea virtutis diffinitio non comprehendat. nam quid de amicicia dicam, que multorum sententia meoque iudicio virtus non est, sed passio? nonne bonum 20 est, non virtus, sed virtutem consequens et, ut inquit Philosophus, cum virtute? (1) et ut in hoc aliquando concludam et a moralibus discedamus, cuncta que videmus et invisibilia, que non subiacent sensibus, et omnia penitus que Deus fecit; cum scriptum sit: et vidit Deus omnia que fecerat valde bona (2); licet virtutes 25 non sint, esse bona tuis delectatus Stoicis denegabis? denique vide, si placet, humani generis salvatorem quam ardenter optaverit paratum mortis calicem declinare, quam devote supplicaverit, ut ab eo calix iste transiret; quanta cum animi mesticia dixerit: tristis est anima mea usque ad mortem (3); qualique su- 30

1. *A, espunto* contentio *scritto dapprima, sostituì* contemptio 3. *M²* anteponenda *A* de morte 14. *M² G¹ omettono* non 19. *A* quidem 21. *A* consequuens*; ma il secondo* u *è espunto.* 24. *A* subiciant 29. *A* ille 30. *A omette* mea

(1) Aristot. op. cit. VIII, I, I.
(2) *Genes.* I, 31.
(3) S. Matth. XXVI, 38; s. Marc. XIV, 34.

per future passionis meditatione sudore sudaverit (1). an illa bonitatis omnis et sapientie ac fortitudinis plenitudo rogabat et optabat sanguineoque sudore manavit propter mortem, que non sit malum, ut contendere velle videris, an potius quoniam mor-
5 tem sciebat, qui errare non poterat, gravissimum esse malum? nec possumus de illo dicere quod secunde mortis periculum formidaret. dixerat enim: venit princeps mundi huius et non invenit in me quicquam (2); nec poterat in illa divinitatis copula, qua Christus erat deus et homo, resurrectionis sue gloriam, quam
10 antea predixerat, ignorare. cumque dixisset flenti supplicantique Marte: resurget frater tuus (3); ductus tamen ad sepulcrum infremuit atque flevit, insinuans amicorum mortem amicis non irrationabiliter lacrimandam (4). vade nunc et dic cum Stoicis solummodo virtutes bonum esse. dic mortem non solum non
15 esse malam, sed bonam; non metuendam, sed optandam; non habendam horrori, sed delectationi; non flendam, sed potius contemnendam. stabit contra te natura, stabit et Christi, si cetera deficere videantur, exemplum; et hoc idem ipsa sensibilitas affirmabit et procul erunt scrupulosa quidem illa, ut mea verba replicem,
20 atque sophistica et que, transacto verborum strepitu, nichil rationis et solidi derelinquunt (5). nam cum mors sensibiliter malum sit, nunquam extorquebit apparentia rationis quod ipsa sit bonum; et ex illa bonitatis opinione, cum falsa sit, morientibus aut eis qui superstites fuerint nunquam continget vere consolationis
25 remedium provenire.

Or perchè colui che in se stesso racchiudeva ogni bontà, sapienza e fortezza temesse cotanto il morire, fa mestieri che male gravissimo lo giudicasse; eppur ei non paventava la seconda morte nè ignorar poteva la propria risurrezione.

E non tremò fors' anche e pianse in cospetto del sepolcro di Lazzaro? Or dica pure Francesco esser la morte un bene, che dee accogliersi con animo lieto e meglio con dispregio, che con lacrime: avrà contrarii Cristo e la natura, nè riuscirà mai a conseguire che sopra tali basi si fondi un motivo di conforto tanto per chi muore quanto per chi sopravvive.

Satis, ut arbitror, luculentissimis verisque rationibus demonstratum est mortem nedum esse malum, sed dolendam; et ob id primum Ciceronice consolationis caput ad id quod promittit nullatenus pertinere. vult enim, quoniam mors malum non sit, non

Dimostrato così che la morte è un male e si dee deplorar come tale, cade il primo argomento di consolazione addotto da Cicerone;

1. G^1 *per* sudore *dava* amore, *che poi cancellò.* 2. *A* bonitas 6. G^1 non 9. *A* quam *per* qua 10. antea] *A* anna G^1 *omette* que *dopo* supplic. 12-13. *A* irracionabilem 13-14. *A innanzi a* solumm. *dà* sulo *espunto.* 16. *A* horiri *(sic)* 24. G^1 fuerunt 26. *A per* ut *dà* et 28. *A* Cicerone *(sic)* - pmittit consolat.] G^1 orationis

(1) S. Luc. XXII, 44.
(2) S. Iohan. XIV, 30.
(3) S. Iohan. XI, 23.
(4) S. Iohan. XII, 33.
(5) Cf. p. 417 di questo volume, dove però scrive « derelinquant ».

giacchè è vana cosa il dire che nulla è bene se non la virtù e nulla male ad eccezione del vizio.

Nè d'altra parte può dirsi sfornito di valore l'argomento, già messo innanzi da lui, che la morte è stabilita come pena per chi pecca appunto perchè è un male.

esse dolendum morientibus aut amicis propinquisque defunctorum. nam, quod et tu probare conatus es, nichil bonum nisi virtutem et nichil malum preter vitium, quibus consolationem Ciceronis defendere satagis, vides simpliciter vel, ut expressius loquar, universaliter verum non esse nec extra moralitatis ambitum veritatem de morte precipue continere. nec verum esse putes id quod obiecisti, quo verbis utar tuis, nichil urgere quod dixi mortem, si malum non esset, nunquam pro supplicio leges inflicturas. et ne sine ratione dictum sit, subdis: legibus namque afficiuntur improbi; nobis de bonis et sapientibus sermo est: tum et ipsis improbis mors infligitur non tam quo nequicia plectatur quam quo coerceatur. hec verba tua sunt, pauculis immutatis, que sic repetii, ut errorem recognoscas tuum. et dic, precor, mi Francisce, nunquid non vides sic mortem malum esse nature sensuque penosum, quod bonum sit iusticie culpeque, quam quis admiserit, punitionem? scio quod

Oderunt peccare mali formidine pene (1),

nec timere penam, nisi quoniam malum sit recusabileque natura; nec timendam esse mortem eo quod sit satisfactio culpe, sed quoniam, ut sepius dictum est, malum sit evidentissima ratione nature, ut illa tua solutio non meam tollat, sed confirmet potius rationem.

Passando al secondo punto, Coluccio aveva osservato che non reca lenimento al dolore causato dalla morte delle persone a noi care il pensar che essa è comune a tutti, perchè non a tutti tocca in identiche condizioni.

Sed videamus, obsecro, quo pacto tollas que contra secundi capitis consolationem dicta sunt queve uberius dici possunt. dixi quidem, licet humane condicionis sit hominem semel mori, meditationem tamen huius rei consolationis officium non implere, cum non equaliter vite longitudo vel brevitas omnibus sit taxata. quo fit ut, licet comunis moriendi condicio nemini specialiter sit lugenda; par equidem omnibus est; vite tamen inequalitas et lacrimas rationabiliter moveat et merorem (2). quid autem contradixeris quaque ratione tollas obiecta, si placet, adverte. primo

1. *A* dolendam 8. *A innanzi a* leges *dava* moriens, *che fu espunto.* 9. G^1 *omette* et - subdis 10. M^2 G^1 *omettono* de bonis 13. *A* cognoscas 15. quod] G^1 quam 16. *A* punitivum 21. *A omette* confirmet 25. *Dopo* tam. *A dà un* I *cancellato.*

(1) Horat. *Ep.* I, xvi, 52. (2) Cf. p. 418 di questo volume.

quidem Terentianum illud obicis, quod vulgo ferunt, diem adimere egritudinem hominibus [1]. et quid hoc, oro te, ad id quod obieci? num hoc addit aliquid meditationi mortis aut eximit dolori, quem concepimus ex properatione moriendi? adimit, fateor, egritu- 5 dinem omnem tempus; lacrima quidem, ut aiunt, nichil arescit velocius [2]. nam quod addis anticipatum habere aliquid ante cladem cogitatione, ne quis inparatus sit sub adventu fati, nonnichil forsitan opitulari potest. difficile tamen est prestare, cum res nos tangit factis, quod lectione nobis persuasimus vel quod nos 10 consolatores alios admonemus. differt enim hec meditatio mortis ab ipsius moriendi presentia quantum a cruento certamine gladiatoria vel exsanguis peritia dimicandi. tota quidem excidit eius artis ratio, cum res instantem pervenerit ad congressum. tunc procul illi saltus, feriendi doctrina facilisque et cauta declinando- 15 rum ictuum promptitudo. respondent in talibus voluntati cogitationes et procul existente periculo facile cuncta sibi promittit audacia spondetque virtus, que, cum ad rem perventum est, veluti decoquens prestare non potest. et quid? credisne Nestorem post primum seculum totque transacta bella, tot rerum vertigines 20 totque procerum et heroum mortes, nunquam sibi persuasisse se Antilochum genuisse mortalem et in aliorum mortibus suam et filii condicionem non multotiens cogitasse, qui talis fuit, quod ille rex regum Agamemnon non decem Aiaces, ut Troiam vinceret, sed sex Nestores exoptabat? [3] attamen in illius senectutis 25 experientia, in illius sapientie cane lumine, Nestor, qui,

magno si quicquam credis Homero,
Exemplum vite fuit a cornice secunde;
Felix nimirum, qui tot per secula mortem
Distulit atque suos iam dextra computat annos,

A ciò obbietta lo Zabarella che il tempo addolcisce ogni afflizione.

E sta bene; ma questo riflesso come giova a render meno acerbo il pensiero che si dee morire?

Giacchè il dir com' egli fa che meno punge una sventura che giunge aspettata di quel che faccia una inattesa,

non è argomento di valore; come la meditazione assidua della morte di fronte all'incomber di essa non dà maggior soccorso di quello che in una mischia dia a chi combatte per la vita la sua valentìa di schermidore.

Cred' egli forse che Nestore, cui il fato concesse vita sì lunga, non avesse pensato mai in mezzo a tante vicissitudini, di cui fu spettatore, che doveva morire e che mortale era Antiloco suo?

Eppur quel sapientissimo come si disperò dinanzi al rogo dove ardeva il figliuolo!

1. *Sopra* diem *un'altra mano in A scrisse:* tempus 2. *A* oro hoc 3. *A* nunc 7. *A* quids *A* M^2 G^1 impar. *A* adventum 9. *A premette* non *a* tang. 11. *A* aci-ruento *corretto in* a cr. 12. *A dà* eius *due volte, ma espunto la prima.* 13. M^2 G^1 oratio 14. G^1 tanta 16. *A* G^1 permittit 17. *A* quem 20. *A* errorum 21. *A* antiloquum 28. *A* nimrum *cancellato e corretto.* *A* M^2 G^1 per tot 29. M^2 G^1 dextera

(1) Cf. Terent. *Heaut.* III, 1, 522:

aut illum falsum 'st quod vulgo audio
Dici, diem adimere aegritudinem hominibus.

(2) [Cic.] *Ad Herenn.* II, XXXI, 50.

(3) Cic. *De senect.* X.

Quique novum totiens mustum bibit: oro, parumper
Attendas, quantum de legibus ipse queratur
Fatorum et nimio de stamine, cum videt acris
Antilochi barbam ardentem: nam querit ab omni
Quisquis adest socio, cur hec in tempora durat, 5
Quod facinus dignum tam longo admiserit evo (1).

In realtà gli Stoici si ripromisero sempre dalle dottrine loro troppo più che esse potesser mantenere, sicchè aureo detto fu quello di Antonino

crede michi, plus sibi Stoici de philosophia blandiebantur quam possit efficere semperque michi placuit aureum Antonini Pii verbum. cum enim Marcus Antonius, qui postea rerum gubernacula consecutus gessit imperium; cum Antonius, inquam, qui 10 philosophiam professus est tam opere quam doctrina, suum educatorem mortuum fleret et ab amicis ac aulicis inhiberetur ostentare pietatem, interpellavit illos Antoninus. dixit enim, ut apud Iulium Capitolinum legitur: permittite illum, ut homo sit. neque enim philosophia vel imperium tollit affectus (2). quod sentiens 15 ac probans Cicero dixit: quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem et hominem, sed inter hominem et truncum aut saxum aut quodvis generis eiusdem? et subdit: neque enim isti sunt audiendi, qui virtutem duram et quasi ferream quandam volunt. hec Cicero; locum nosti, cogito, ubi scilicet 20 de amicicia disputat (3). tu vero, mi Francisce, nimis Stoicis inniteris, qui, ut idem ait Arpinas, eam sapientiam interpretantur, quam adhuc nemo consecutus mortalis est. quibus illud Tullii nostri dixerim: sibi habeant sapientie nomen et invidiosum et obscurum (4). ego quidem, ut verum fatear, nunquam preter 25 eruditionem illa tam magnifica in aliquo vidi vel michi blanditus sum assequi posse. desine, precor, igitur, mi Francisce, nec putes hanc mortis meditationem sic mentes hominum pre-

non poter la filosofia nè la potenza soffocare gli affetti.

E del resto, come Cicerone aveva già notato, che differenza vi sarebbe tra un bruto, un sasso ed un uomo, se questi fosse al par di quelli insensibile?

Non voglia dunque Francesco aspirare cogli Stoici ad una sapienza, che non è di questo mondo,

che niuno ha mai posseduto e nessuno ha mai sperato di possedere.

4. *A* Antioloqui*; ma l'* o *fu espunto, e poi dà* iam 5. *M*[2] Quisque 6. *A* facimus 7. *G*[1] tibi 8. *G*[1] possis *A* Antonii 9. *A non dà che* M 13. *A M*[2] Antonius *A omette* enim 14. *A* permitte 22. *A dava* Andreas, *ma fu espunto e sostituito* Arp. *M*[2] interpretatur

(1) Iuven. *Sat.* X, 246-255; ma nel v. 8 il testo per «nam» dà «quum», nel 9° «socius» per «socio», «duret» per «durat».

(2) Iul. Capitol. Antonin. Pius, X, 5.

(3) *De amic.* XV, 48.

(4) *De amic.* V, 18.

munire, quod eius adventus non moveat, quod possibile sit in amicorum mortibus non moveri, nisi, quod Ciceroni nostro non videtur, possit omnem humanitatis vim de nostris mentibus extirpare. nec dicas ab assuetis non fieri passionem, si talia sint que naturaliter vim habeant commovendi, sed illud potius, que naturaliter inserta sint prorsus aliter non assuescere. quis enim currendi frequentia, quantacunque fuerit, possit efficere ut non defatigetur, non anhelet et sudet? quis tam crebro poterit vulnerari, qui feriendi consuetudine discat effusione cruoris non deficere, non dolere? vide, precor, Hecuben. potuitne tot suorum mortibus aut patrie cladibus decennio illo luctuoso perceptis aliquando non dolere? an potius tandem, Polydori sui cede comperta, in illius doloris excessu se vertit in rabiem et oculos invisi merentisque regis, sexus immemor, violenta manu defodit, et tandem consuetudine lamentandi quasi latrans, in canem fingitur esse conversam? (1) quid de Niobe referam? duodecimne natorum successivis funeribus, ut tradit Statius, tradiderat et Homerus, vel quatuordecim, ut vult Naso, minus in ultimo doluit quam in primis? (2) an non potius tunc obriguit et lacrimosum in lapidem versa est? et quid? credisne meditando discere quod nunquam excogitate rei presentia noticiaque vel experientia potuit edocere? nunquam enim sine doloris amaritudine perditur quod delectabiliter possidetur. lege veracis hystorie libros et invenies sanctorum patrum longissimos et inconsolabiles luctus; nec unquam lugendi consuetudine merores et lacrimas defuisse, quandoquidem sanctissimus rex David flere super hostem et perfidum filium Absalonem etiam largissime non pepercit (3). sed dic, queso, quod genus est hec premeditatio

Non sarà in realtà possibile mai mirar senza timore l'appressamento della morte o contemplare ad occhi asciutti l'agonia de' propri cari.

Certo delle cose che si ripetono sempre si fa l'abitudine; ma può la morte collocarsi tra esse?

Chi si abitua a correre così da non sudare o anelare?

E chi è così assuefatto a sopportar ferite da non gittar sangue o soffrire a nuove percosse?

Quel che dei fisici dicasi dei dolori dell' animo. Ecuba, dopo tanti strazi patiti, latrò siccome cagna per la morte di Polidoro, ultimo figlio suo.

E Niobe impietrò dopo la morte del più giovine tra i dodici suoi nati.

L'esperienza non giova dunque a render meno amara la perdita di ciò che siamo lieti di possedere.

E le sacre istorie al par delle favolose son piene dei lutti de' patriarchi, inconsolabili e profondi; e Davide pianse perfino Assalonne ribelle.

1. *A* possibible*; ma il* b *soverchio fu espunto.* 6. naturaliter] G^1 non aliter 7. *A* curriendi 9. *A omette* qui 11. *A omette* decennio - perceptis 13. *A* illis 16. *A* conversa - duodicim 18. minus] *A* nimis 21. *A* dicere*; ma l'*s *fu aggiunto in interlinea.* M^2 quid 27. *A* Absolon.

(1) Cf. Ovid. *Met.* XIII, 423 sgg. e Cic. *Tusc.* III, xxvi, 63.

(2) Cf. Stat. *Theb.* VI, 118; Hom. *Iliad.* XXIV, 602-604; Ovid. *Met.* VI, 182-83 e cf. 191-92. V. anche l'ep. x del lib. V; II, 54.

(3) Cf. II *Reg.* XVIII, 33; XIX, 1-4.

La medicina che Francesco vuol apprestare è adunque fonte di dolore piuttosto che rimedio.

Certo la meditazione della morte può in qualche parte farne meno pungente la venuta; ma non è capace di scemarne l'orrore, perchè produce essa stessa agitazione di spirito e tristezza,

medicine? certe que plus meroris incutiat quam refrenet. fixa quidem cogitatio mortis, ut aliquid tibi concedam, forte facit ut minus graviter doleamus. nescio tamen an hoc concesserim, cum isti motus taliter perturbent rationis et rectitudinis harmoniam, quod nimis difficile sit moderationis frenum quantum expedit 5 adhibere. verum, quia non potest fixa, vera et efficax ad mortem haberi precogitatio sine dolore et maxima mentis agitatione, nescio si minus afferat quam detrahat passionis. longus equidem meditationis et multi temporis cruciatus dolori momentaneo passionique subvenit transeunti. nec feras super hoc repente sententiam. 10

come mostra l'esempio di Cristo, che sudò sangue nella dolorosa meditazione dell'imminente suo fine.

memento Christum, omnium philosophorum maximum, et cui non possit aliquis hominum comparari, sicut supra memini, dum de morte cogitat, in sudorem sanguineum resolutum, nec mentis tacuisse tristiciam. dixit enim: tristis est anima mea usque ad mortem; ut si dolorem hunc mentis debite metiaris, plus egritudinis sit in premeditatione mortis et morte, quam improvisa 15

Sicchè il pensare alla morte non la rende meno paventosa; e n'offron prova anche i tiranni, sempre perseguitati da tetre paure.

secum mors excitare valeat vel afferre. putasne quod minus sit affligi quotidie super morte et mori, quam si de morte non cogitans moriaris? metuunt tyranni mortem in cibis, metuunt in palatio, formidant in curia et expavescunt in foro nec in somno 20 custoditisque thalamis tuti sunt. nulli credunt nullique confidunt. putasne minus graviter istos mori, quia de morte cunctis temporibus cogitaverunt? crede, mi Francisce, quoniam illi

mors gravis incubat,
Qui notus nimis omnibus 25
Ignotus moritur sibi,

S'aggiunga che le passioni dell'animo non possono trovar rimedio in ciò che allevia quelle del corpo;

e se le une saranno mitigate dalla meditazione, le altre non ne trarranno giovamento.

ut ille ait (1), istos de morte pungentius laborare. quibus accedat velim aliud esse passionem, que motus est animi, sicut timor atque tristicia, et aliud esse passionem corporis, cuius iniuria dolor sensibilis commovetur. hoc enim nec meditatione nec consue- 30 tudine tolli vel imminui certum est; illud autem, quicquid promittat philosophia preceptis illis consolandi, non tollitur, sed

6. G^1 exhibere 7. *A* acogitatione 8. G^1 enim 9-10. G^1 passionive 12. M^2 *omette* possit G^1 *aggiunge* potest *dopo* comparari 24. *A* incumbat 31-32. *A* permittat

(1) SEN. *Trag.* Thyest. 401-403.

tempore vel alia potius ratione sedatur. nec michi videtur quod his, que contra naturam sunt, qualis est mors, aliqua nos applicare valeat meditationis, quanvis diutine, consuetudo, quo sine tristicia vel merore sit que nobis commovet ipsa natura. quod autem 5 in consolationem adducis iuvenem secum loqui: senectutem non intuebor, sed quot senes fame diuturnitate superabo; quid vere consolationis, precor, affert? fuit hec Gentilium occupatio, famam querere nichilque pulcrius celebritate longevi nominis reputare. cuius rei cupiditas adeo sine freno moderationis efferbuit, 10 ut hanc nominis sui memoriam etiam sacrilego scelere procurarent; sicut legitur de illo, qui Diane Ephesie singulare fanum et excellentissimum templum incendit, quo nomen suum memoria tanti facinoris in posteros perveniret. absit a recte sentientibus tam stulta cogitatio. non enim est, ut ille ait, priorum memoria 15 apud nos nec erit nostrum in novissimo (1). absit et a nobis christiane sentientibus talis error, ne de nobis hoc cupientibus etiam pro operibus, que virtutis sunt, dicatur evangelicum illud: amen dico vobis, receperunt mercedem suam. (2) non est vivendum nec laborandum nobis ad famam, forte non etiam ad vitam eter- 20 nam, sed solum actus nostri in Deum, qui finis est omnium, dirigendi. qui finem alium sibi proponit, etiam si beatitudo sit, recte, quicquid faciat, nunquam agit. ad ultimum crede michi, Francisce, has philosophie pompas, hec magnifica verba talia semper fuisse, que cum maxima promitterent, ea nullo modo pre- 25 starent. sed inquies: tot philosophi, tot viri sapientissimi, tot duces totque principes moralibus preceptis non solum mortem non recusaverunt, sed ipsam maximo contemnentes animo promptis affectibus vel susceperunt illatam vel, oblata tum causa tum occasione, sibi voluntarie consciverunt. verum enimvero caveas 30 velim, quoniam omnes illi vel pavidi consternatique metu, rebus desperantes suis, vel pudore perplexi vel imminentis mali magni-

Or la morte essendo contro natura, invano si cercherà raddolcirne, precogitandola, l'asprezza.

E nemmen il pensiero di vivere mercè nobili fatti nella memoria de' posteri può giovare a ciò; perchè ai pagani era lecito ricercare in questa speranza un conforto,

ma essa è indegna d'un cristiano;

a cui non è concesso affaticarsi per conseguire la fama e forse neppur la vita eterna; unica sua meta dovendo essere infatti Iddio.

Nè gli obbietti che uomini insigni, filosofi e guerrieri, fecero un tempo senza timore getto della vita loro: perchè se bene osserva in pressochè tutti i casi il timore o la vergogna

1. *A* hec *e dopo* videtur *dà* et 2. *A* aliquas 3. *G*[1] *omette* meditat. *e dà* que 7. *A* consolatione 9. *A M*[2] afferuuit 15. *A dopo* nov. *dava* die, *che fu espunto.* 17. *A* virtus*; ma in interlinea venne aggiunta l'omessa sillaba* ti *M*[2] evangelium *A* euuangelium 20-21. *G*[1] digerendi 22. *A* quidcquid - michi crede 24. *M*[2] quod

(1) *Eccle.* I, 11. (2) S. MATTH. VI, 2, 5.

o l'avvicinarsi di qualche male maggiore ebbe virtù di spingerli a cercar nella morte una fama eterna.

Così attesta sant'Agostino de' Romani;

tudine territi, putantes se gloriose mori perpetueque fame moriendo mereri preconium, sponte, sicut legitur, moriebantur mortemque spernebant. nec hoc meum est. audi divum Aurelium Augustinum. librorum enim quinto De Civitate Dei sic inquit: veteres igitur primique et Romani, quantum eorum docet 5 et commendat hystoria, quanvis ut alie gentes, excepta una populi Hebreorum, deos falsos colerent et non Deo victimas, sed demoniis immolarent, tamen avidi laudis, pecunie liberales erant, gloriam ingentem, divitias honestas volebant; hanc ardentissime dilexerunt, propter hanc vivere voluerunt et pro hac etiam mori 10 non dubitaverunt; ceteras cupiditates huius unius ingenti cupiditate presserunt. hec Aurelius (1). nec credas hanc affectionem solummodo Romanorum fuisse. plane quidem omnium Gentium fuit. corrupta quidem natura, principii sui oblita, se dirigit in aliud quam in Deum, que si ab initio in sui status 15 dignitate mansisset, ad illum nos recte duceret et in finem debitum inclinaret. trahimur ergo sensibus, qui sunt instrumenta corrupte nature; trahebantur et illi tanto magis quanto minus Deum verumque finem omnium agnoscebant. sed super omnia trahebantur gloria, qua sibi quandam eternitatem celebritatemque 20 nominis assecuturos se fore blandiebantur. nec philosophia nec aliquid aliud fecit ipsos contemptores mortis patientissimosque dolorum et egritudinis; que, sicut diffinit Cicero, recens opinio est mali presentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur (2); nisi gloria. et hec obiectionibus tuis respondisse 25 satis sit.

ma de' Romani soli non fu propria questa generosa follia: tutti i Gentili la divisero, perchè, ignorando Dio, volsero le facoltà loro ad intenti diversi dai veri

e soprattutto si lasciarono sedurre dal fantasma della gloria;

sicchè questa sola, non la filosofia nè altre cause, li rese sprezzatori dell'esistenza.

Della consolazione suggerita poi da Solone come portar potrebbe giudizio diverso da quel che ne diede?

Quid autem pro consolatione Solonis, quam invidentis dixi, non se consolantis esse, replicas, mi Francisce? dic, precor: nonne summe malignitatis est in doloribus suis aliorum malis et doloribus consolari? nescio videre consolationis huiuscemodi ra- 30

4. *A* librorumque 5. *A omette* et 7. *A omette* et *M*[2] *dà* Deo *aggiunto in interlinea da altra mano.* 17. *A* declinaret 24. *A* dimitti 26. *A* est 27. *A* Qui 28. *G*[1] *omette* esse 29. *M*[2] *omette* et 30. *G*[1] *aggiunge* que *dopo* doloribus *e dà* huiusmodi

(1) S. Aug. *De Civ. Dei*, V, xii; le parole «laudis - volebant» son poi cavate da Sall. *Cat.* XXVII.

(2) Cic. *Tusc.* IV, vii, 14.

tionem. dolebone minus urbe Roma genitus filium meum apud Cannas cum tot civium millibus cecidisse, quam illa felici pugna, qua duce Pompeio Mithridates debellatus est, ubi viginti solum milites et centuriones duos romanus desideravit exercitus, cum 5 hostium quadraginta millia cesa fuissent? (1) ego vero crediderim, si sequi voluerimus rationem, que genus mortalium naturali quadam societate devinxit, quod non solum nostris angemur incomodis, sed universis, qui cum nostris perierint vel perituros esse videbimus, compatiemur nec proprium dolorem aliena ca- 10 lamitate levabimus; et cum dolentibus non poterimus non dolere nec continere lacrimas, cum alios videbimus lacrimantes, atque in extraneo fletu non consolabimur, sed in nostri potius luctus pungentem memoriam reducemur. nec neges quod quotidie videmus ad sensum, quod et fecit antiquitas quodque nec adhuc po- 15 tuit ratione, monitis vel exemplis etas iunior temperare. vide penes Statium quid Lycurgo quidve coniugi prosit Eurydice corona deflentium, et invenies in illo congressu relaxata frena lamentis et uberiores lacrimas exundare (2). vide penes eundem in tot heroum turba, quibus muliebris pietas iusta persolvit, etiam 20 occiso Creonte, de quo debuerunt exultare, gaudere consolarique, quam inconsolabiliter cuncte dolebant et in quantam rabiem ardentis Capanei se iaciens rogo processit Evadne (3). dolorem nec extinguit nec minuit, crede michi, dolentium turba, sed fovet, commovet, auget. quod si facit deflentium presentia, facere 25 debet et cogitatio, que representat menti quicquid sensus potest accipere receptumque tradere fantasie sensuique comuni, quod exinde postea capiat intellectus. an non recordaris cyrenaicum Hegesiam tanta miserationis vehementia mala vite mentibus audientium infixisse, quod ille fuerit a Ptholomeo vetitus

Chi abbia perduto un figlio proverà forse minor dolore sapendo che ha avuto molti compagni di sventura invece di pochi?

In realtà i dolori altrui in luogo di molcerli non fanno che inasprire i nostri

e crescer lutto al lutto.

Ed anche qui soccorrono notevoli esempli;

tra cui basti ricordar Licurgo ed Euridice, cantati da Stazio

ed insieme con essi Evadne.

E come la compagnia di chi piange aggiunge esca al dolore, così lo rende più acerbo la meditazione delle sventure, talchè le querele di Egesia da Cirene contro la triste sorte riserbata ai mortali eran di tanta efficacia sopra l'animo degli uditori

3. *A dà* et *dopo* est 4. *A dà* desideravit *ripetuto; ma poi espunto la seconda volta.* 7. G^1 angeamur 10. G^1 potuerimus 13. *A* reducemus 19. *A* errorum *e* mulilebris *; ma l'* l *superfluo fu espunto.* 20. *A* creunte 25. *A* representant 26. *A* sensique 27-28. *A* M^2 cyreniacum 29. *A* vetititus*; ma il* ti *soverchio espunto.*

(1) Cf. Eutr. *Brev.* VI, xii, a. u. 685.
(2) Stat. *Theb.* V, 605-660.
(3) Id. ibid. X, 827 sgg., 920; XII, 768 sgg.; 800 sgg.

da indurre parecchi di loro a togliersi spontaneamente la vita.
Vero è però che forse alcuno rinverrà conforto in quello che ad altri aggraverebbe il dolore; come muover soleva a riso Democrito quanto strappava ad Eraclito le lagrime.

disputare, quoniam multi sibi voluntariam mortem conscirent postquam disserentem illum philosophum audivissent? (1) sed forsitan contingit in animis quod videmus in corporibus evenire; ea siquidem medicina letalis est uni, quam alter saluberrimam experitur et idem aliquid ab uno sumitur avide, quod alter non 5 spernit solummodo, sed abhorret; quo minus admirere si

de sapientibus alter
Ridebat, quotiens a limine moverat unum
Protuleratque pedem, flebat contrarius alter (2).

forte sunt quibus illa medeantur et placeant; credo similiter 10 multos esse qui molestissime ferant et ad doloris exaggerationem recipiant hec, que tu vis ad allevationem egritudinis pertinere, quando quod deflebat unus sapientum, ut scripsit Aquinas, Democritus ridebat. et hec satis ad secundum hoc caput, quod sic a consolationis officio iudicio meo, ni fallor, abhorret, quod, ve- 15 luti secundum caput legis Aquilie, taliter recessit ab usu quod quid contineret omnino nescitur (3); sic meretur ab huius rei ratione penitus exulare.

E questo basti intorno al secondo punto; chè del resto ormai è tal foggia di consolazione affatto disusata.

Solo deesi avvertire che se Solone suggeriva di cercare conforto ai propri ne' lutti altrui, non fe' così Paolo Emilio, che volle invece ricadessero sopra di sè le sventure che minacciavano il popolo romano.

Verum Solon remedium doloris invenit dolentem in dolentium coronam, velut in theatrum quoddam, inducere, quo visis 20 dolentibus ad sui doloris patientiam hortaretur (4). non autem sic Emilius Paulus, qui de duorum filiorum morte, quorum unus quarto ante suum triumphum die, alter post illud honoris triduo decesserunt, se non luctibus aliorum consolatus est, sed reipublice felicitate. inquit enim ad populum: cum in maximo pro- 25 vectu felicitatis vestre, Quirites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Iovem optimum maximum Iunonemque reginam et Minervam precatus sum, ut si quid adversi populo romano immineret, totum in meam domum converteretur. quapropter

4. *A* eadem uni] *A* vini 9. *A reca due volte* contrarius 11. *A* exagregacionem 14. *A* deridebat*; poi* quod *cancellato e corretto in* hoc *e così* sic *mutato in* quod 17. *A* nesciret 20. *A omette* in 24. se] *A* sed 26. *G*¹ qui 27. *G*¹ moliletur

(1) Cf. Cic. *Tusc.* I, xxxiv, 83.
(2) Iuven. *Sat.* X, 28-30; ma nel 2° v. per « a » il testo dà « de » e nel 3° per « alter » « auctor ».
(3) Cf. *Institut.* IV, iii, De lege Aquilia xii: « Caput secundum legis Aquiliae in usu non est ».
(4) Cf. Val. Max. op. cit. VII, ii, ext. 2.

bene habet. annuendo enim votis meis id egerunt, ut potius casum meum doleatis quam ego vestrum ingemiscerem [1]. et quid? credis hunc virum consolationem habiturum fuisse, quod Solon voluit, in luctibus aliorum?

Certo a lui non avrebbe recato conforto coi suoi argomenti Solone!

5 Sed veniamus, obsecro, ad tertium illud caput, quod, iudicio meo, plus habet forsitan rationis, cum videlicet admonemur frustra confici merore summam esse stulticiam, cum intelligamus nichil omnino posse proficere. nam mortuos flentibus id dici potest quod apud Terentium legitur:

In terzo luogo si afferma esser somma stoltezza abbandonarsi al dolore quando questo non reca verun profitto,

10 Ille reviviscet iam nunquam [2].

at ego contra hoc dicebam: desperatio rei, quam amiseris, auget aggravatque dolorem. hoc est enim quod gravius pungit coquitque vehementius non temporaliter scilicet rem, quam defleas, sed perpetuum amisisse [3]. nunquid hoc non est verissimum, mi 15 Francisce? dolebisne minus si discedat a te filius vel amicus nullo tempore rediturus, quam si post aliquot annos speres eum, quanvis longum abierit, reversurum? non crediderim quod hoc neges, licet contradictionis avidissimus videare. quis enim tam amens, qui non hoc sine contentionis obstaculo fateatur? 20 et quid? finge, si placet, filium amici tui prelio, de quo paucissimos evasisse fama sit, interfuisse teque consolatorem adesse patri. nonne consolationis statum fundabis in eo, quod sperare possit eum non esse mortuum, sed vel evasisse post modicum temporis reversurum aut relatum in captivorum numero vivum 25 esse iubebisque sperare meliora? nonne, licet de morte sis certus, quam illum videas ignorare, tacebis gravius et eternum damnum et spem fovebis suam, nec permittes, abutens ignoratione sua, de salute filii desperare? an eris ei mortis, de qua sit dubius, affirmator? non crediderim, ne turbatum atque mestum vehe-30 mentius turbes et efficias mestiorem. ut his exemplis et ratio-

mentr' egli osservava che appunto accresce cordoglio il pensiero dell'irreparabilità della sventura sofferta.

Or come si può metter in dubbio la verità di cotest' asserto?

Non cuoce forse meno il lasciar un amico se si conserva la speranza di rivederlo?

E se qualcuno ignora la sorte di un proprio figlio combattente,

si addurrà a consolarlo la certezza che è spento o non piuttosto la speranza che ancor viva?

E se la morte è sicura si paleserà tosto o si terrà piuttosto celata con inganno pietoso?

2. *A omette* meum *e dà* vestro 3. *A* consolantem *G*[1] quam 16. post] *A* potes 17. *A* credideram 18. *A* condictionis 22. *A* sperarem 27. *A* suas *corretto in* suam 28. *G*[1] sis 29. *A* mestus

(1) Val. Max. op. cit. V, x, 2.
(2) Terent. *Hecyra*, III, v, 465.
(3) Cf. p. 419 di questo volume, rr. 15-18.

La speranza insomma lenisce i dolori; mentre la disperazione li aggrava.
Giacchè la voluta indifferenza con cui i mercanti apprendono i naufragi delle merci loro non è che una prova della cupidigia onde son pieni, la quale pensa a riparare con nuovi lucri i danni toccati.

nibus pateat spem gravissimos allevare dolores et contraria ratione consequens esse desperationem etiam levissimos aggravare. nec dicas mercatorum exemplo submersis ponto mercibus sapienter eos pronunciare solitos: de alio cogitemus. non enim se consolantis est illa vox, sed avaros continuantis affectus; non 5 abolentis iacture damnum, sed se dirigentis ad lucrum. etenim, ut inquit Satyricus:

Ploratur lacrimis amissa pecunia veris (1);

Anche non vale a recar conforto l'eccitare chi duole a riconoscere l'irreparabilità della sua disgrazia.

ut non credas illa verba consolationis esse, sed consilii, nec respicere preterita, sed considerare futura. nec te non confessum 10 iri puto consolatorem, qui ratione tertii capitis dolentem aliquem alloquetur, in hoc offendere posse, quod sine remedio dixerit casum esse ferendumque quod reparari non queat et stultum esse, ut tu ipse dicis, in murum caput vel in stimulum calces (2). nam

Da questo pensiero null'altro proviene che nuovo argomento d'afflizione.

tametsi quibusdam persuadeant hec, gravius vero dolentibus, dum 15 ea vel animadversa considerant vel cum ea, si forsan non cogitent, admonentur, quasi puncturas adiciunt; non levant, sed addunt pondus et altius penetrantes impatientie iaciunt funda-

Deriva difatti ad un ammalato conforto dalla speranza di guarigione,

menta. dic michi, Francisce, egrotat amicus gravique correptus morbo grabatulo detinetur. accedunt medici, explorant naturam 20 hominis, vite consuetudinem, complexionem, etatem et demum qualis egritudo sit iudicant et discernunt. iubent sperare salutem.

onde questa speranza si suole alimentar in lui anche se è del tutto infondata;

nonne gratulabundus hortaberis et letus infirmum? sin autem mortem predixerint aut infirmitatis longitudinem et incurabilitatem cum suspitione moriendi, nonne responsa subticens spemque 25 vultu simulans (3), finges oppositum, ne dolorem adicias patienti?

ma nè Cicerone nè Seneca nè gli Stoici tutti potrebbero per consolarlo dimostrargli essere incurabile il male di cui soffre,

vellem te tunc videre, carissime mi Francisce, vellem adesset omnis Stoicorum turba; vellem adesset Cicero; vellem esse presto Senecam Cordubensem, ut viderem quod sumeretis in consolatione principium qualeque faceretis super certitudine mortis 30

2. *A* gravissimos alevare*; cancellato per sostituirvi* levissimos agrevare *(sic)* 6-7. *A* et ut enim inq. 10. G^1 se 13-14. G^1 stulte *e pone* esse *dopo* dicis 14. *A omette il secondo* in 16. *A* forte 27. G^1 nunc 30. *A* faceritis

(1) Iuven. *Sat.* XIII, 134.
(2) Cf. Terent. *Phorm.* I, ii, 77-78.
(3) Cf. Verg. *Aen.* I, 209.

incurabilitateque vehementis illius egritudinis fundamentum. interrogarem egrotum et eius necessarios, qui adessent, quid est quod plus gravet, magis pungat et violentius moveat; scio responsuros illud magis affligere, quod videant nullum esse remedium et incurabilem esse morbum. crede michi, si dolens impatientie frena remiseris, nullum te curabit eloquium nec auferet sanabitque dolorem. et ut omnia simul, veluti quodam epilogo, comprehendam, quod tempus his consolationibus adhibebis? ante quam urgeat dolor? respondent, fateor, ut predixi, voluntati cogitationes et procul existente periculo facile cuncta sibi promittit audacia spondetque virtus, que, cum ad res perventum est, veluti decoquens prestare non potest. et quoniam turbationis instante tumultu non auditur ratio nec possumus verbis pacem mentis assequi, cum contra stat, urget et furit dolor, vanum est velle tunc aliquem consolari vel eum, qui preter rationem angitur, agere ratione; quanvisque contra dolorem Posidonius, ut refert Cicero, clamet: nichil agis, dolor, quanvis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum (1); sufficit tamen ut rationis impediatur auditus illa molestia, que mentem ad se trahens perturbat eius intuitum nec recte sinit et libere iudicare. quod tametsi minus corporeus efficiat dolor, efficacissime tamen perficit dolor mentis, qualis est qui provenit ex morte nostrorum. post dolorem autem si vel proficiant consolationis illa precepta et in doloris remedium admittantur, virtus est temporis, non vis et efficacia consolantis philosophice rationis. cumque tempus sine preceptis illis per se solum etiam impatientissimos curet, quod ratio recentis tempore passionis non potest efficere, negari non potest, quisquis illarum rationum videatur effectus, non vi sua, sed tempore provenire. mea vero consolatio, que solum in Deo est, qui cuncta gubernet, quique benigne suaviterque cuncta disponat sa-

perchè così per l'infermo come per i congiunti suoi la certezza della imminente fine sarebbe causa di patimenti maggiori.

Del resto quando Francesco appronterebbe le sue consolazioni? Prima che il dolore si manifesti esse sono superflue, perchè l'animo è franco.

Ed allorchè poi questo è sconvolto dal rammarico, i conforti non giovano più, perchè la ragione è impotente a frenarne i moti incomposti

E quand' infine la procella s' è acquetata, riescon inutili siffatti rimedi a conseguir quanto il tempo da se stesso suole arrecare.

La sola e vera consolazione è dunque da cercare in Dio,

1-2. G^1 interrogerem 3. *A dava* vehementius *innanzi a* mov. *cancellato per sostituir dopo di questo* violentius 8. G^1 adhibetis 15. *A* M^2 cum 27. *A* temporum rationis*; ma* rationis *fu espunto per sostituirvi* passionis 27-28. *A* qquis*; l'* s *aggiunto in interlinea.* 28. G^1 affectus 29. qui] *A* que 30. M^2 G^1 gubernat quique] *A* quodq. M^2 quod *(?), ma omette* que *A* disponit

(1) Cic. *Tusc.* II, xxv, 61.

esso e prima e nel momento del dolore e dopo di esso può darci solo forza e costanza.

Da lui si debbon di più accettar i mali come si accolgono i beni;

e sopportarli con rassegnazione, sapendo che egli non vuole se non il nostro vantaggio.

Questa fiducia nella bontà divina rende tollerabile il pensiero della nostra fragilità; fa considerar senza importanza che si muoia prima o poi:

anzi divengono mercè sua degni d'invidia coloro che più presto scambiano coll'eterna l'esistenza terrena;

e toglie ogni orrore all'irreparabilità della morte, perchè anche questa ci appar come voluta da Dio e quindi necessaria.

Basti ormai intorno a questo argomento quanto ha scritto sin qui.

Francesco vegga da sè quel che gli pare da accogliere.

pienterque, imo sapientissime cuncta provideat, ante tempus addiscitur, sentitur in tempore; post tempus autem experientia previa fideique constantia roboratur. in eo quidem, de cuius manu tot suscepimus bona, patienter suscipere debemus et mala; tantoque magis, quoniàm ipse solus novit, non solum ex malis 5 nature vel fortune, sed etiam ex malis culpe, quia summa bonitas est, elicere bona, ut nec mortem nec alia que flere solemus, licet mala sint, ferre lugubriter vel cum molestia debeamus, sed illam bonitatem, que nichil facit nisi bonum et bene, nostrarum mentium oculis intuentes, non stulte vel male damnare quod 10 fecerit, sed sapienter atque benigne tolerare, quia fecit. metuenda potius sunt, imo tremenda, si qua permulcent, ne sint esca diaboli neve sic nos capiant atque delectent, quod omnium bonorum auctoris faciant oblivisci. hec consideratio divine bonitatis facit, ut nemini molesta sit humana fragilitas atque condicio nulliusque 15 sit pretii vel momenti tardius aut citius mori, cum vite finem esse constet ad illud summum principium revenire, quo fit ut morientibus gratulandum, non compatiendum sit et illis magis qui compendiosiore vite tractu velocius rapti sunt. quoniam quicquid illa bonitas efficit; facit etenim omnia; non potest esse 20 dissimile facienti nec esse penitus nisi bonum. non etiam debet quod irreparabile Deus esse voluit nos movere, quoniam certa debeat esse nostra cecitas, quod Deus, si bonum esset, talia fecisset hec, quod restaurandi possibilitas non deesset. que cuncta, si recte ponderaveris, optime quidem probata sunt apud philoso- 25 phos, quos tanti facis, et in consolationibus illis non desiderari non possunt. et hec nunc sufficiant ad ea que rescribere placuit, ingerendo michi necessitatem latius illa que scripseram disputandi. tibi autem et musis, ut ita loquar, tuis determinationem omnium derelinquo. quod autem conaris ostendere Ciceronem 30 et alios veram in Deo consolationem esse, nescio tamen quibus mediis, putavisse, tale quidem est, ut tecum nolim disserere, sperans quantum id veritate careat te nullatenus ignorare.

7. *A* deflere 10. *A* oculos *corretto in* oculis *e* stultie *corretto in* stulte, *dopo il quale dà un* t *cancellato.* 11. G^{I} quod 13. *A* quia 16. *A omette* mori 19. *A* tractatu 24. G^{I} hecque *A* restauranda 28. *A* ingrer. - necessitudinem *e in margine:* aliter necessitatem 29. autem] *A* tamen 32. M^{2} G^{I} *omettono* mediis G^{I} nol. tec.

Si magister Antonius, ad quem responsum et tractatum ordinaveram De tyranno, vivit et presto est, tradas, precor, eidem, ut scripsi. sin autem decessit, ut scribis,

metasque dati pervenit ad evi (1),

5 cupio receptum esse in gloriam, quam optamus (2); et hoc casu vel etiam si non esset in partibus, tecum sit; hoc tamen pacto, quod revideas corrigasque, sique foret ibi quippiam intolerabile vel absurdum, remittas atque rescribas, ut ad tui iudicii regulam et correctionis formam in sue nativitatis scripturaeque principio reducatur. 10 in omnem tamen eventum volo potius latere quam edi. tu tamen rei consule, quod bonum est in oculis tuis. vale, nec me posthac ad similis necessitatis articulum, precor, urgeto. Florentie, nono kalend. martias.

Se maestr' Antonio per cui scrisse il *De tyramno* è vivo ancora, voglia trasmetterglielo: se poi non è più tra i viventi, oppure s' è allontanato da Padova, ritenga lo Zabarella il suo libro, ma lo corregga e glie ne comunichi il suo giudizio e ne faccia quello che gli pare opportuno.

V.

15 A ser Castellano d' Utinello Castellani da Siena (3).

[M², c. 62 b; G¹, c. 45 a.]

Castellano Utinelli de Senis.

Firenze, 13 marzo 1401?

Vir egregie. scribit michi compater meus ser Iacobus Manni, vir quidem optimus cuique cuncta debeo que debere potest 20 amicus amico, quod a me tibi desideras responderi dicitque

Ser Iacopo Manni, ottimo amico suo, gli scrive ch'ei brama aver da lui risposta

6. *A dà* etiam *cancellato*. 8. *A* scribas 17. *Così M² G¹*.

(1) Verg. *Aen.* X, 472.

(2) Intorno ad Antonio d' Aquila veggansi le note all' ep. xxiii del lib. XI, p. 422 di questo volume.

(3) Tra que' nostri buoni notai del secolo xiv, soliti a ricercar negli studi uno svago alle fatiche spesso ingrate della lor professione, andrà annoverato d' ora innanzi anche colui al quale la presente è diretta. Nato in Siena da un Utinello di Cenni di Castellano da Monticiano (Val di Merse; cf. Repetti, op. cit. III, 569 sgg.), di famiglia popolare, ma non ignobile, Castellano non doveva avere ancora raggiunto, quando volle e riuscì ad entrare in rapporto col S., i trent' anni, perchè soltanto nel 1393 egli aveva superate le prove necessarie per trovar posto nel collegio de' notai, come risulta dall'atto originale dell'elezion sua, che si legge tra le matricole de' notai nell'Archivio di Stato di Siena (C, 7, 79, *Univers. de' notari, Matric.* 1341-1535, c. 118 a) ed è del tenore seguente:

In nomine Domini amen. anno Domini millesimo .ccclxxxxiii., indict. secunda, die .xvi. mensis decembris. ser Castellanus, filius Utinelli Cennis Castellani de Monticiano, civis senensis, ut dixit, presentatus per ser Iacobum Iohannis Fachalume notarium, civem senensem, coram sapientibus viris ser Galganum (*sic*) Cerboni et ser Blaxium (*sic*) Pacis Massi, duobus ex consulibus

di due lettere che gli inviava; una sola però gli è giunta,

quod duas michi tuas litteras transmittebat[1]. ego vero solum unas accepi, datas Senis idibus februarii, quas de manu cuiusdam cursoris in introitu presentis mensis traditas letus legi et in tui

2. *M² G¹* unam

universitatis Iudicum et Notariorum civitatis Senarum, presens (?) et avertenter se submisit universitati Iudicum et Notariorum civitatis Senarum et pro supposito et submisso dicte universitati haberi voluit et iuravit in manus dictorum consulum ad sancta Dey evangelia, corporaliter manu tattis (*sic*) litteris, offitium et ministerium notarie bene et legaliter exercere bona fide et sine fraude toto tempore vite sue in civitate Senarum et alibi ubique locorum et stare et parere mandatis dominorum consulum dicte universitatis presentium et futurorum et observare omnia statuta et ordinamenta dicte universitatis, fatta (*sic*) et que fient in futurum et omnia facere que tenetur et debet; pro quabus (*sic*) omnibus se solempniter obligavit &c. et pro eo ser Iacobus Iohannis predictus se solempniter obligavit eius precibus et mandato. et solvit ser Iohanni Gori camerario pro parte sue approbationis .III. libr. d.

Et ego Iohannes Gori notarius senensis et nunc notarius et camerarius dicte universitatis de predictis fui rogatus.

Or come avvenisse che dopo esser stato così regolarmente ammesso a far parte dell'università de' notai nel 1393, la sua nomina non riuscisse approvata dal Consiglio generale dell'università stessa se non cinque anni dopo e precisamente il 13 luglio 1398 (cf. *Matr.* cit. c. 122 A), mal sapremmo spiegare. Fatto è ad ogni modo che appunto in codest'anno noi lo vediamo figurare per la prima volta nelle deliberazioni del concistoro come notaio del capitano del popolo e coadiutore del cancelliere del comune (Arch. di Stato in Siena, *Deliber. del concist.* 196, settembre-ottobre 1398) e che d'allora in poi negli atti pubblici il suo nome fa ad ogni tratto ricorso. Così addì 10 ottobre dell'anno medesimo egli è tra i cittadini eletti «ad faciendum «cernas notariorum civitatis et vicar. «terrarum et locorum civitatis Sen.»; ed il 23 dello stesso mese vien scelto ad eleggere il nuovo podestà; *Delib.* cit. 196, cc. 23 A, 32 A e cf. c. 28 A. Nel dicembre è estratto tra i «popola«res» del terzo Città, che dovranno far parte per il venturo semestre del Consiglio generale (*Delib.* cit. 197, c. 61 B) e nel gennaio 1399 vien riconfermato «coadiutor consistorii et notarius ca«pitanei populi» (*Delib.* cit. 198, c. 1 A), del quale ufficio appare rivestito anche nel bimestre successivo; *Delib.* cit. 199, c. 1 A. Nell'aprile però, dovendosi inviare dai Senesi un'ambasceria a Venezia «pro pace tractanda», si delibera d'aggiungerle come notaio Castellano (*Delib.* cit. c. 10 B); il quale, partito il 16 del mese stesso, non ritornò in patria che il 9 settembre, avendo nel viaggio prestati parecchi servigi al comune, che nell'ottobre rimborsar gli fece le spese da lui sostenute; *Delib.* cit. 202, c. ultima. Appena restituitosi in Siena riassunse il solito ufficio di coadiutore del cancelliere per i mesi di novembre e dicembre (*Delib.* cit. 203, c. 1 A); ma sulla fine del bimestre ottenne licenza di recarsi fuori di città per quattro giorni senza perdita dello stipendio (*Delib.* cit. c. 18 B, 20 dicembre): e di più riescì estratto «ad officium «assessoris». Infine nel maggio-giugno del 1400 conseguì «prima vice», com'egli stesso scrive, il grado di notaio del concistoro e, tutto lieto di questa dignità, ne stese gli atti con molta eleganza calligrafica, premettendo ad essi un'ampollosa invocazione alla Trinità, che porge nuova testimonianza delle sue velleità letterarie; *Delib.* cit. 206, L i b e r s e r C a s t e l l a n i U t i n e l l i C a s t e l l a n i, n o t a r i i c o n s i s t o r i i. Il 28 maggio poi la sorte volle di nuovo favorirlo,

(1) V. nota 1 a p. 481.

stili suavitate, licet, ut arbitror, iuvenis sis etate, videns aliquid non mediocris ingenii temporibus nostris emergere, sum plus quam scribere valeam consolatus. scribis et tu michi pluries litteras, quas nunquam me recepisse commemini, destinasse. et 5 ut ad ea que desideras, teste ser Iacobo, veniam, non expedit, ut respondeam, interponere mediatorem. ipsa quidem epistola tua sufficienter impetrat quod exoptas. iocundius tamen, fateor, est michi viro, quem summe diligo, morem gerere tibique simul, sicuti postulas, respondere. principio quidem risi mecum, quod 10 scribens me non singulariter, ut unus sum, sed pluraliter quasi turbam et populum alloquaris. dic, obsecro, Castellane, nunquamne tibi de me cum nostro ser Iacobo sermo fuit? multotiens puto. tunc ultra: nonne tunc singulari numero me designas? quod si pluralis hec allocutio pulcri moris vel exhibitio 15 sit honoris, cur te tuo debito presentem meque privas absentem honore, quem presentem alloquens exhiberes? iniustus es michi, si mereor, quod aliquando tali me dedigneris honore(2); si vero non mereor, turpe tibi, qui in assentatoris modum illo me cures afficere tuorum verborum lenocinium audientem. velim ergo me- 20 mineris me simpliciter, imo veraciter unum esse discasque, quod

bastevole però ad ispirargli buona speranza nel suo ingegno nascente.

Non ricevette mai alcuna lettera sua prima di quella a cui risponde; ma non era necessario ch' egli ricorresse ad altri per ottenere un riscontro, sebbene più grato torni a lui poter far cosa accetta insieme a Castellano ed al Manni.

Ma perchè scrivendogli adopera egli il « voi » ?

Si vale egli forse del plurale se parla con altri di lui oppure usa il singolare?

Or perchè nello scrivere muta tenore?

Si rammenti che egli è uno e non più

facendogli nell'estrazion degli uffici toccar quello di vicario e capitano di Radicondoli; *Delib.* cit. c. 31 B.

Ritornato l'anno appresso a Siena Castellano riebbe la carica di notaio del concistoro per il novembre-dicembre (*Delib.* cit. 215, c. 1 A); carica di cui, per non diffonderci più oltre in siffatte spigolature, lo troviamo ancora rivestito nel 1406, 1407, 1409, 1410, 1411, 1413, 1414, 1415, 1417, 1418; dopo il qual anno il suo nome non ricomparisce più tra quelli de' notai dei priori. Da ciò non devesi però arguire ch'egli avesse cessato di vivere, perchè un atto del 31 maggio 1424, conservato nell'arch. Generale, n. 662, ci dimostra com'egli al contrario continuasse ancora ad esercitare la profession sua. D'altri rogiti da lui dettati o come semplice tabellione o come notaio dell'università de' Giudici e Notai (della quale fu anzi un de' consoli nel 1407) non occorre che facciamo adesso parola.

Non ci è noto se Castellano menasse moglie e n'avesse figliuoli. Ne ebbe bensì Paolo suo fratello, che fu padre di un Leonardo, il quale nel 1463 scrisse quella raccolta di prediche di san Bernardino, ch'ora si conserva nella Comunale di Siena: cf. L. BANCHI, *Le pred. volg. di s. B. da Siena,* Siena, 1880, Introd. p. XIV sg.

Riguardo al tempo a cui la presente spetta, non abbiam altro da dire senonchè, fondandoci sul luogo assegnatole in M¹, la ascriviamo al 1401.

(1) Per l'intervento del Manni veggasi l'epistola seguente.

(2) Cf. VERG. *Aen.* I, 335.

e non parli perciò di lui in modo diverso da quel che è conveniente;

ma lasci da parte siffatte inezie e non violi le regole della grammatica per onorarlo.

non aliter de me loqui te deceat quam ad me, nec unquam sine peccati macula mendacium dici posse. quod si feceris, ut debes et opto, non mecum ulterius his ineptiis abuteris, nec soloecismum, honoris exhibendi gratia, mecum loquendo committes, sed congrui rectique sermonis elegantiam observabis(1). quod si 5 posthac in isto, quem non duco parvum errorem, perstiteris, saltem ulciscar iniuriam denegando responsum. plus enim michi placet nuda veritas quam assentatio phalerata.

Or per venire a ciò che egli scrive dee dapprima rifiutare le lodi eccessive di cui l' ha fatto segno affermandosi felice di esser nato in tempo in cui cotanto poeta fiorisce.

Nunc autem ad tua scripta revertar. et omissis que nimis alte de me sentiens in laudes accumulas meas; que, cum falsis- 10 sime sint, nec decet nec expedit ventilare; quis te gratulari ferat, quod natura, sicut ais, omnium artifex, te tanti vatis tempore nasci voluit et vixisse, quasi sim felicitas quedam et nostri seculi sospitator? quis te ferat, inquam, hoc dicere vel sentire?

O forse Castellano ha voluto nascondere il vero pensier suo sotto simile iperbolico elogio?

verum tu te forte videns hoc esse falsissimum, adumbrata qua- 15 dam falsitate, si sciens id feceris, vaferrime callideque falsum, ut est, advertere recte sentientibus reliquisti. dicis enim hoc voluisse naturam, quam non agere voluntarie, sed necessario physica ratio vult et sanctissima theologia. si de nature voluntate pendet enim hoc, quod gratularis et gaudes, cum eius rei 20 nulla sit voluntas, totum id quod asseris sequitur esse falsum. sin autem, ut potius reor, modus ille loquendi fortuito tibi, dum scribebas, occurrit, scias volo te in verum, dum falsum scriberes, incidisse. inexpugnabilis equidem veritas est et quam sit impossibile sic occulere, quin emergat; in ignis quidem 25

Comunque sia di ciò, rispetti la verità e nulla affermi che ad essa contraddica.

modum cum obtegitur aut emittit flammas aut fumat. tu veris assuesce, precor, nichilque fingas, etiam ut verum asseras, quod sit falsum. nulla quidem maior pestis esse potest in vita quam habitus falsitatis atque mendacii.

Chiede egli adunque come si spieghi che Boezio dopo aver fatto dalla filosofia allontanare le muse, volendo con ciò significare che abbandonava le forme poetiche per le filosofiche,

Et ut ad id quod petis veniam, dicis Boetium a Philosophia 30 reprehensum propter elegiacum carmen nugis scenicis et amatoriis aptum sermonibus inceptum stilum voluisse relinquere dicta-

23. G^1 recurrit 26. G^1 *omette* aut - flammas

(1) Sull' avversione del S. per il «voi» abbiamo già largamente discorso altrove; cf. lib. VIII, ep. x; II, 405.

menque ad stilum philosophicum retorquere moxque velut inconstantem et varium usque in finem operis quod dimittendum decreverat resumpsisse. hec, ni fallor, dubitatio tua est. sed dic, queso, ubinam stilum quem inceperat damnavit seque dimissurum esse professus est? an quia Philosophiam introduxerit musas scenicas increpantem: sed abite potius Sirenes usque in exitium dulces; cogitas Boetium stilum metricum abiecisse? non consideras que mox Philosophia ipsa subiunxit: meisque eum musis curandum sanandumque relinquite? [1] nunquam enim carminum vides eum amisisse propositum, quandoquidem se curandum musis philosophicis reservabat. nam de carminis varietate quid attinet dicere, cum de poetice ratione sit nunc uno metri genere nunc pluribus uti? respice T r a g i c u m; considera comicos Plautum atque Terentium; vide Flaccum in O d i s; vide super omnes Martianum Capellam, quem maxime Boetius imitatus est [2]. adde, si placet, M. Valerium Martialem, adde Sidonium nostrumque cultissimum Claudianum [3], vide Catullum; adde, si tibi videtur, Ennodium; et, ut ad antiquiores redeam, Ausonium Maximum [4], sique recensendum inter poetas iudicas, adicias et Alanum [5], Prosperum atque Prudentium. nullum istorum invenies stilum uniformiter statuisse; Vulterranusque noster Persius sic incepit, ut finito prooemio ad incepti carminis elegantiam non rediret. quorum auctoritas a varietate carminum et prosarum intermixtione debet, etiam te iudice, plus quam abunde criminatum defendere Severinum, qui siquidem monitus a Philosophia taliter dimisit scenicas illas meretriculas, quod ille chorus increpitus deiecit humi

abbia non pertanto continuato per tutta l'opera sua a mescolar i versi alla prosa.

Ma qui è da fare una distinzione: se la filosofia scaccia dal capezzale dell' afflitto suo discepolo le muse sceniche,

vuol per altro affidare la cura di consolarlo alle proprie camene.

La varietà delle forme metriche adoperata da Boezio è poi conforme all'uso de' poeti, e basti citare Seneca, i comici, Orazio e singolarmente Marziano Capella; cui si possono poi aggiungere Marziale, Sidonio, Claudiano, Catullo, Ennodio, Ausonio, e, venendo più giù, Alano, Prospero, Prudenzio,

a tacere di Persio.

Or se tanti illustri poeti hanno mescolato le forme metriche tra loro o colla prosa,

come si potrà accusar Boezio d'aver fatto altrettanto?

6. G^1 *dopo* abite *dà* ab *che poi fu cancellato.* 8. M^2 G^1 cum 9. G^1 curandis *corretto poi in* curandum 18. G^1 Aufinium

(1) Boet. *Phil. cons.* I, 1, 35.

(2) Affermazione questa un po' audace, sebbene non contraddetta dalla cronologia.

(3) Chiama « noster » Claudiano, perchè anch' egli, come tutti gli scrittori fiorentini del Trecento, credeva suo compatriota il poeta alessandrino; cf. Hortis, *Studi sulle op. lat. del Bocc.* p. 410.

(4) Ausonio si chiamò veramente « D. Magnus Ausonius ».

(5) L'indole severamente filosofica dell'opera maggiore di Alano, l'*Anticlaudianus,* rende incerto il S. se al teologo di Lilla possa spettare il titolo di poeta o non piuttosto quello di filosofo.

mestior vultum confessusque rubore verecundiam limen tristis excessit (1). et quando vel ubi reperies per totius libri tractatum ipsum Boetium ad id genus carminis cum simili querimonia redivisse? ut non videam quid levitatis auctori gravissimo possit imponi, quanvis multos viderim ignorantes increpationem illam musarum ad ignominiam poetice revocare, parum considerantes verbum illud: meisque eum musis curandum sanandumque relinquite; quod quidem ab omni calumnia poesim vindicat et tuetur. etenim eadem Philosophia cum dixisset: adsit rethorice suadela dulcedinis, que tunc tantum recto calle procedit, cum instituta nostra non deserit cumque hac musica laris nostri vernacula nunc leviores nunc graviores modos succinat (2); musicam dixit propter poeticam, cui proprium est carminibus semper uti. quod autem philosophia poeticam impleat, audi quid huius scientie precepta tradens Flaccus monet. docens enim,

D' altronde ei non torna mai a parlare delle muse scacciate,

le quali non vogliono già rappresentare la poesia, in genere, come taluno falsamente crede, ma soltanto quella che è lasciva e corrompitrice.

La vera poesia invece reca aiuto efficace alla filosofia, come ne dà prova Orazio;

> Unde parentur opes, quid alat formetque poetam,
> Quid deceat, quid non, quo virtus, quo ferat error (3);

subinfert:

> Scribendi recte sapere est et principium et fons:
> Rem tibi socratice poterunt ostendere carte (4).

comune quidem est tam rethorice quam poesi, ut tunc tantum recto calle procedant, cum philosophie, hoc est sapientie, instituta non deserunt; ut, sicut vituperandum est poema, quod philosophie precepta non redolet, et

> versus inopes rerum nugeque canore (5),

sic laudandum quod iuxta philosophie rationem carmen compositum est. nam cum prodesse velint aut delectare poete (6), quod solum ad delectationem spectat, si sit passionibus excitandis accomodum, quale quidem erat primum illud Boetii carmen, a

sicchè, come quando da essa si discosta è degna di biasimo,

merita lode allora che ne calca le orme.

Non deve infatti la poesia mirar solo a dilettare, ma anche ad istruire

7. M^2 G^1 cum 9. G^1 absit 19. M^2 G^1 *omettono* et *dopo* est

(1) Boet. *Phil. cons.* I, 1, 40.
(2) Boet. op. cit. II, 1, 29.
(3) Horat. *Ep.* II, iii, 307-308.
(4) Id. ibid. 309-310.
(5) Id. ibid. 322.
(6) Id. ibid. 333.

Philosophia merito reprehenditur et in ipsius etiam poetice laribus debita vilipensione sordescit; sicut e contra

e quando un poema riesce a mescer l'utile col piacevole,

> Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
> Lectorem delectando pariterque monendo.

5 de quo quidem poemate mox inquit:

> Hic meret era liber Sosiis, hic et mare transit
> Et longum noto scriptori prorogat evum (1).

è degno di lunga e gloriosa esistenza.

hec satis ad quesitum. ergo vale et sic me diligas, ut tibi persuadeas te a me amari. Florentie, tertio idus martii.

10

VI.

A SER IACOPO MANNI (2).

[M², c. 64 B; G¹, c. 47 B; R¹, c. 7 B.]

Ser Iacobo Manni.

Firenze, 14 marzo 1401?

RECEPI, frater et compater optime, declamationem illam et dili-
15 genter vidi, nec scio quid hinc vel inde quod ad rem pertineat addi possit. preoccupasti, non prebuisti materiam declamandi.

Ebbe la declamazione mandatagli e la rivide accuratamente; ma non saprebbe che cosa aggiungervi.

2. *M² G¹ omettono* e contra   13. *Così M² G¹ R¹.*   15. *R¹ omette* ad

(1) HORAT. *Ep.* II, III, 343-346.

(2) Dicemmo già, illustrando l'epist. XVIII del lib. IX (p. 135 sgg. di questo volume), come malgrado quel suo affetto per Firenze, che nel 1380 l'aveva indotto ad eleggerla quale « perpetua stanza » per sè nonchè pei propri eredi, ser Iacopo Manni verso il 1396 si fosse ricondotto in Siena. E qui, presso i suoi concittadini, ei non tardò a procacciarsi un'autorità non scarsa, della quale rinveniamo le prove nelle numerose ed importanti cariche da lui sostenute dal 1397 in poi. Il 1 ottobre di quell'anno egli apparisce difatti tra i nove del terzo Città chiamati a consiglio dalla Signoria « circa « modum dandum nove pissidi regi« minis civitatis Senensis » (Arch. di Stato in Siena, *Delib. del concist.* 190, c. 14 B); ed il 26 del mese stesso tra i cittadini eletti « super provisionibus « condendis circa baliam refirmandam « seu de novo creandam »; *Delib.* cit. c. 21 B. A quel che pare la borsa di ser Iacopo era a questi tempi così ben guarnita da permettergli di prestar denari al comune; giacchè il 23 luglio '98 i priori deliberavano solennemente che la camera di Biccherna avesse facoltà di pagargli, non prima però del venturo agosto, cento fiorini d'oro « ex « denariis quos dicitur apparere in dicto « libro [memoriali generali] ipsum de« bere habere et scriptis (*sic*) esse sibi »; *Delib.* cit. 195, c. 17 A. Niuna me-

Egli però non riesce a comprendere come possa affermarsi che solo per i pazzi e gli scemi v'è felicità in terra.

verum nescio videre rationem, que moveat illos dicere solum fatuis et dementibus bonum esse [1]. si nichil, ut aiunt, curant quicquid eis contingat prosperi vel adversi, si non desiderant opes, non

raviglia pertanto che l'importanza di ser Iacopo andasse crescendo e che addì 3 settembre entrasse nel numero de' sapienti del concistoro; l'8 ottobre, non potendo Meo di Giovanni Giuntini recarsi a Firenze ambasciatore coi sette suoi colleghi, fosse a costui sostituito (*Delib.* cit. 196, cc. 5 B, 21 B); che il 28 novembre ei trovasse per volontà de' priori luogo anche tra i nobili e prudenti cittadini, eletti in sapienti per lo Studio; *Delib.* cit. 197, c. 17 A.

Nè meno affaccendato intorno al pubblico bene ci appare l'anno appresso, fecondo per Siena di così grandi novità, quali furono la sua sottomissione al Visconti e la guerra mossa a Firenze. Quel che del Manni ci raccontano i documenti basta invero a renderci persuasi com'egli, deposto ormai ogni residuo dell'antico attaccamento per Firenze, trascinato dalla passione politica, che acciecava i suoi compatrioti, si fosse dato anima e corpo al partito di coloro che in odio alla potente ed invisa vicina s'acconciavano a tollerare la perdita della libertà, a farsi schiavi del duca di Milano. Eletto de' sapienti del concistoro per il terzo Città nel primo bimestre (*Delib.* cit. 198, c. 1 A), egli riprende lo stesso ufficio ne' mesi di maggio e di giugno; anzi il 13 maggio appar nominato tra i cittadini cui s'affida di provvedere « circa augmentum introituum « et expensarum diminutionem »; *Delib.* cit. 200, c. 6 B. Pochi giorni dopo (26 maggio) ei si reca con Giovanni Bandini ambasciatore a Gherardo d'Appiano, certo per congiurare ai danni della comune nemica, Firenze; e non appena tornato (1 giugno) vien proposto dai priori come altro degli ambasciatori al Visconti; ma nello scrutinio del Consiglio del popolo il suo nome è respinto; *Delib.* cit. 200, c. 11 B, e cf. c. 45 B. La sorte però s'incarica di compensarlo undici giorni appresso, perchè, fattasi l'estrazione del nuovo ufficio per i mesi di luglio e d'agosto, egli riesce eletto in capitano del popolo; *Delib.* cit. c. 13 B; cf. 201, c. 1 A.

Era quello un momento grave per Siena. La fazione favorevole al Visconti potevasi ormai dir padrona della città, dove i commissari ducali avevano già messo il piede, maneggiando a modo loro ogni cosa; Andreino Trotti, senatore, Guido da Bagno, Bernardo da Strada, ecco i veri signori gli altri, i Senesi, « sanza costoro po « cho o niente possono fare », scriveva sfiduciato il 22 giugno Silvestro di Michele Nardi, ambasciator fiorentino, ai priori, che avevano tentato di combattere fino all'ultimo l'influsso del Visconti; Arch. di Stato di Firenze, *Signori, Legaz. e Comm.*, *Rapporti d'oratori*, II, c. 30 B. Date queste condizioni, il Manni dovette mostrarsi nella dignità sua duttile strumento de' ministri di Giangaleazzo, i quali cercavan ogni modo di soffiare nel fuoco e provocare un'aperta rottura tra Siena e Firenze. Nè ci fu d'uopo di molta fatica per riuscirvi; chè il 29 settembre, deposti gli infingimenti ed il diplomatico riserbo, la Signoria fiorentina, in risposta alle accuse mossele da Pietro da Candia, l'arcivescovo milanese, oratore in Siena del suo padrone, scagliava contro i Senesi quella fiera epistola, una delle più vibrate che sian scese dalla penna del S., la quale

(1) V. nota 1 a p. 487.

honores, non torquentur invidia, non voluptates querunt nec irritantur aliis quibus sui compotes delectantur et ob hoc gaudent, gaudent profecto bruta, gaudent arbores lapidesque, qui talia nec

Se non si commuovono per alcuna delle cose che ne' sani sogliono eccitar tanta commozione, e per ciò godono, godono nell' istesso modo i bruti, le piante e le pietre.

1. R^1 nec *dinanzi a* volupt. 2. G^1 suis

comincia: « Iam per ultra decennium, « vos Senenses, nullis veris aut iustis « causis contra Florentiam dedignati, « tyranno nequam Ligurie voluistis « temerariis ausibus adherere... ». E non senza rammarico certamente il S. avrà dovuto inscrivere in fronte a questa bellicosa invettiva il nome del suo vecchio amico!; cf. cod. Ambros. B 123 sup., c. 226 B, Epistola Collucii ad Iacobum Mani (*sic*) civem senensem.

Ritornato nel settembre semplice cittadino, il Manni non cessa per questo d' impiegarsi con zelo in pro del comune. Il 5 settembre egli viene eletto « ad conferendum et pratican- « dum cum commissariis domini ducis « Mediolani »; il 16 proposto una seconda volta come ambasciatore al Visconti; ma per la seconda volta dal Consiglio generale lasciato in disparte; *Delib.* cit. 202, cc. 3 A, 7 A. Il 2 novembre lo rivediamo de' sapienti del concistoro; ed il 12 del mese successivo i priori a Giovanni Bandini ed a Mino Cicerchia, incaricati di deliberare intorno alle grazie da chiedersi al duca, ai capitoli da lui mandati ed alla risposta da fargli, aggiungon terzo ser Iacopo; *Delib.* cit. 203, cc. 2 A, 15 B. Stabilito definitivamente il dominio visconteo col 1 gennaio 1400, ser Iacopo ci ricomparisce dinanzi rivestito pur sempre di varie e delicate incombenze; così il 2 luglio è de' Dodici; il 21 dello stesso mese trova luogo nella commissione de' tre notai, « qui sic electi teneantur « et debeant invenire et in puncto re- « ducere omnia et singula iura, que « comune Sen. habet et habere videtur « in quibuscumque terris et locis, que « occupate et detente fuissent a qua- « cumque persona, loco et collegio, « occasione et ratione quacumque »; *Delib.* cit. 207, cc. 4 A, 15 B. Anche nel settembre si ricorse ai suoi lumi « pro scrutinio capse masse ci- « vitatis », e nell' ottobre per inquisire sopra certa congiura scoperta in Asinalunga; *Delib.* cit. 208, cc. 4 A, 5 A. Il 6 novembre è tra i cittadini chiamati a risolvere il grave problema di scemar le spese ed aumentare le entrate; *Delib.* cit. 209, cc. 5 B, 6 A. Col 1 gennaio del 1401 ha posto di bel nuovo ne' sapienti del concistoro; l' 11 è nominato de' quattro destinati « pro faciendo mitti in libro Caleffi « scripturas comuni pertinentes, ut eis « videbitur »; ed il 29 gli viene affidata un' ambasceria presso i Lucchesi; *Delib.* cit. 210, cc. 3 A, 13 A.

In mezzo a tante brighe ser Iacopo, c' è quasi da stupirsene, trovava ancora il tempo d' occuparsi di studi e non solo incoraggiava a coltivarli i giovini di buona indole, come ad esempio il Castellani, da lui messo in relazione col S.; ma, secondochè ci apprende quest' epistola, che noi assegniamo, basandoci sul luogo che essa tiene in M^2, al 1401, piacevasi a comporre egli stesso delle scritture, che poi sottoponeva al giudizio del suo vecchio e glorioso amico, del quale gli odî politici tra le due città, a gran pena raffrenati dopo la « finta e mala » pace di Venezia, non gli impedivano di coltivare con premura affettuosa la relazione.

(1) Il Manni aveva, per quanto si può ricavare da queste parole del S.,

E poichè la parte più eletta dell'uomo è l'intelligenza, che permette di primeggiare a chi la possiede sovra gli altri, non si dovrà giudicarne la perdita il peggiore dei mali?
Può forse dirsi un bene il non curarsi di nulla?
La bontà degli atti umani dipende dall'atto della volontà e della ragione, cioè dal libero arbitrio; or se i pazzi non l'hanno, non possono aver bene.

Ma è poi vera questa loro asserta indifferenza?
Non hanno per lo più invece smodate brame? Non forse gli uni ardono d'ambizione, gli altri d'avarizia, altri ancora di lascivia,

sicchè i loro desiderî escono dai confini del possibile,

sentiunt nec cognoscunt. cumque mens optima pars hominis sit eiusque vigor hominem super hominem evehat, nonne contra quod pessimum est homini dici debet amentia, que quibus contingit iumentis equiparat (1) eosque sub hominis rapit statum? quod si non malum homini, sed pessimum dementia est, quomodo potest affectis hoc vitio bonum esse? an nichil curare propter stulticiam bonum est? non certe. bonitas enim actuum humanorum ex actu voluntatis et rationis, qui liberum arbitrium est, pendet, quod quidem cum amentia nequit esse. si non cupiunt opes, si non ambiunt honores, si non ardent invidia, si voluptatibus non irritantur amentes; quod tamen omnino non credo; non ex electione provenit vel virtute; quamobrem bonum esse non potest. quid, si negaverim illa que dicunt et pro suo fundamento pretendunt? nonne, si contra perstiterint, edocebo cunctos ferme qui desipiant summum pontificatum aut imperium vel excellens aliquod dominium somniare, vel in illa mentis extasi magnas aiunt sibi deberi pecunias vel ad alicuius pulcerrime mulieris vel maxime domine concubitum vel ad summos civitatis honores quasi debitos evocari? mirum est videre taliter desipientium fantasias quamque tenaciter imaginationes affirment suas, ut dicere necesse sit ipsos nedum illa concupiscere, sed tam ardenter optare, quod extra veri sensus latitudinem evagentur. unus reginam somniat Orientis (2), alter nescio quam fatarum, alter asserit Sanctum Spiritum sibi loqui. quicquid tamen delirent

2. R¹ non no *(sic)* 15. R¹ decipiunt 16. R¹ ment *(sic)*

dettata una declamazione in cui prendeva in esame l'opinione di taluni, che, precorrendo Erasmo, tessevano l'elogio della pazzia.

(1) Cf. *Psalm.* XLVIII, 13 e 21.

(2) O vi sia qui una vaga allusione a que' fantastici racconti, cui Antonio Pucci, scrivendo l'*Historia della reina d'Oriente*, aveva qualche decennio prima data veste poetica? Non è impossibile infatti che le sue stanze fossero giunte all'orecchio di Coluccio, recitate da qualcuno di que' « canterini », che, stipendiati dal comune, rallegravano gli animi de' priori seduti a mensa; cf. *Le poesie sulla natura delle frutta e i canterini del comune di Firenze nel Trecento* in *Giorn. stor. d. lett. ital.* 1892, XIX, 55 sgg. Coluccio era spesse volte invitato a questi pranzi; e nelle *Deliberazioni dei signori e collegi* occorre frequentemente la « licentia » accordatagli d'intervenirvi. Cf. così *Sign. e coll.* 26 luglio, 29 luglio 1389; 12, 14, 19, 22 marzo 1391 &c.

vel ad aliquem principatum vel ad maximas pecunie summas vel ad optatum concubitum, sicut asserunt, ordinatur. non dicant igitur: nichil curant, nichil ambiunt, nichil optant.' si quid enim talium eis propones, ad illud currunt et tanto vehementius quanto
5 magis, ruptis moderationis frenis, sine consideratione vel ordine in quicquid cupiunt rapiuntur. et hec quidem ad illa que postulas sufficiat rescripsisse.

pur aggirandosi però sempre intorno ad oggetti ben determinati? Non si può dunque affermare che nulla curano e nulla desiderano; chè anzi bramano con ardor tanto maggiore quanto più manca il freno della ragione.

Respondi amico tuo, qui longe magis affectu scientie quam habitu rescriptionis officium promeretur (1). tibi vero placet ges-
10 sisse morem, et ipsum ad meliora volui calcar adiciens exhortari. vale. Florentie, secundo idus martii.

Rispose all'amico suo lieto di far cosa grata a lui e d' incoraggiare un giovine più degno di lode per l'amore alla scienza che per dottrina.

VII.

A Leon Giovanni de' Pierleoni (2).

[M^2, c. 65 A; G^1, c. 48 B.]

15 Leoni Ioanni de Verleonibus.

Firenze, 27 marzo 1401?

Fortiter et argute resistis, vir insignis, frater et amice karissime. dicis enim, cum velim poetam omnium scientiarum divinarum humanarumque rerum habere noticiam, impossibile prorsus esse quenquam reperiri poetam. quod quidem, sicuti
20 verum est, sine contradictione concedo. nullum etenim arbitror ad consumate rationis apicem unquam extitisse poetam, sicuti

A quanto affermò Coluccio, dovere il vero poeta conoscere ogni cosa divina ed umana, egli ha risposto non essere possibile trovare alcuno che a tali condizioni risponda; ed ha detto il vero, giacchè ancor egli crede che un siffatto poeta non abbia esistito mai,

7. *R^1* sufficit 15. *Così M^2 G^1.*

(1) Allude al Castellani, cui la precedente è diretta.

(2) All' ep. III di questo libro in cui il S., ricusando il titolo di poeta, attribuitogli dall' amico, aveva sommariamente descritte, tutte le rarissime doti, le quali sole, a suo giudizio, potevano rendere uno scrittore degno del nome che più dura e più onora, il Pierleoni s' era affrettato a rispondere che, ove le affermazioni sue dovessero venir prese alla lettera, sarebbe forza concludere niun vero poeta essere mai esistito; opponendosi la fralezza dell'umana natura al conseguimento d'un così eccelso ideale. Nè ciò vuol adesso negare Coluccio, il quale colla presente si compiace invece d' accumulare nuovi argomenti in sostegno della sua alquanto paradossale asserzione.

come mai non si è veduto un perfetto sapiente, un uomo intieramente buono, un duce senza difetti, uno scienziato omnisciente.

nullum sapientem, nullum etiam bonum virum, nullum ducem perfectissimum, nullum in aliqua scientia sic summum, quod non possit ulterius penetrari. nullius adhuc facultatis omnis veritas reperta est, nimisque verum est illud Sidonii:

> Verum si cupias probare, tanta 5
> Nullus scit, michi crede, quanta nescit [1].

E che? stima egli forse che Virgilio sia in ogni cosa irreprensibile? Molti invece e di molte accuse lo fecero bersaglio;

ed è già segno d'imperfezione l'esser oggetto di biasimo. Così, a cagion d'esempio, sbagliò il poeta, mettendo Erifile tra le vittime d'amore,

et quid? credisne in omnibus irreprehensum aut irreprehensibilem fuisse Virgilium? de multis et a multis criminatus est, et sicut in quampluribus iure defensus, sic nonnulla fuerunt incorrectioni felicis E n e i d o s imputata. nolo super hoc insistere 10 sufficiatque quod imperfectionis est scire quod de pluribus accusetur. nam, ut omittam cetera, quis excusare possit Virgilium inter

> quos durus amor crudeli tabe peredit,
> Eriphylen, 15
> Crudelis nati monstrantem vulnera,

sebbene a torto altri gli abbia rimproverato anche di averla detta «mesta»; il che invece si può difendere.

retulisse? [2] non enim amore periit Eriphyle, sed avaricia, que scilicet Grecorum ducibus ituris ad Thebem virum latitantem, recepto, sicut optabat, Hermiones ornamento, prodidit et infaustum aurum plus quam coniugem diligens indicavit. nam qui, 20 teste Servio, audeant vituperare Virgilium, quod mestam dixerit Eriphylem, cum eam potuerit legere non mestam, sed stygeram, hoc est nocentem, meo iudicio moventur inique [3]. nam licet nocentissima fuerit vivens, mortua tamen, qualem Maro designat, crudelis nati monstrantem vulnera, non inepte describitur esse 25 mesta; quanvis proprie m e s t u s sit qui natura et mente, non casu, tristis efficitur, a qua mente dicitur m e s t u s atque m e s t i c i a [4]. quod autem nullus unquam poetarum nec etiam Virgilius

È lecito dunque affermare che nemmeno Virgilio fu

(1) Sid. Apollin. *Carm.* IX, 342-343.

(2) Verg. *Aen.* VI, 442, 445-446.

(3) Cf. Serv. *Comm. in Virg. Aen.* VI, 445, ed. Lion, I, 382: « Vituperatur sane Virgilius quod m o e s t a m « dixerit, quam στυγερὴν legit, i. e. nocentem [apud Homerum, *Od.* Λ, « 325]... Immo vero odio dignam « et invisam; nam στυγῶ est o d i o « h a b e o e t i n v i s u s s u m, licet « moesta sit a Styge ».

(4) Papias, *Lexic.* s. v. m o e s t u s: « Moestus naturaliter: tristis vero casu. « sunt enim natura animi & mentis: « unde metus, moestus ».

consumate perfectionis poeta fuerit, non minus audeam affirmare, quam de sapiente Cicero noster sentit. scribit equidem in libro De amicicia, cum Catonem Fannius dixisset, quia multarum rerum usum haberet, quod multa eius in senatu et in foro vel provisa prudenter vel acta constanter vel responsa acute ferebantur, quasi cognomen habuisse in senectute Sapientis: subiecit Lelius: sed, ut michi videtur, non recte iudicas de Catone: aut enim nemo fuit, quod quidem magis credo, aut si quisquam, ille sapiens fuit (1). nunc autem, cum tot et tanta de poeta loquerer, quot alia scripsi pridem epistola, non de poetarum aliquo, sed de poete perfectione teneas me sensisse. nam, ut ad Virgilium redeam, si quisquam unquam poeta fuit, ipsum non poetam solum, sed poetarum principem esse pronuncio, nec aliquem Grecorum excipio, non ipsum etiam Homerum, licet tota reluctet Grecia. nam, ut dulcedinem omittam sermonis, de qua iudex esse non possum, inventionis tamen elegantia, rerum et sententiarum maiestate et ipsa profunditate scientie nescio si Virgilio nostro Meonium vel aliquem alium anteponam. causentur licet Greci multa Virgilium ab Homero aut etiam ab aliis mutuasse et hoc firment taliter, quod astruant nullo modo talem fuisse Virgilium si non preextitisset Homerus, non credam ex hoc minorem reputari debere Maronem. sic enim Homerica sumpsit, ut sua faceret; sic et multa posuit atque fecit, quod dici nullo modo possint Homeri nec minora sint quam que videatur, ut arguunt, assumpsisse. sentio tamen alium recte, nisi fallor, tam latiali quam greco preferendum Homero, si latine potuisset, sicut materni sermonis elegantia, cecinisse (2). nullum tamen consumate perfectionis habitu certum est poeticam imbibisse. non igitur tribuas michi, precor, quod vides nullis etiam peritissimis contigisse. quod autem sentire videris sine rerum omnium cognitione constare poetam, vide, precor, unde deducas. sed dicis: Cicero, quem allegas, ceterarum, inquit, rerum studia et doctrina et preceptis et arte constare,

perfetto poeta, come Cicerone ha detto che non esistette mai un perfetto sapiente.

Ma quand' egli mostrò di esigere tante qualità dal vero poeta, parlava teoricamente; perchè, ove il discorso cada su Virgilio, egli è d'avviso che non solo sia stato poeta, ma il principe de' poeti, non inferiore ad Omero,

sebbene i Greci affermino che da Omero molto abbia tolto; anzi dicano che se il cantor d' Achille non avesse esistito, non sarebbe stato tale quale fu quello d' Enea.

Ben fiorì più tardi un altro poeta, che avrebbe potuto superar Omero e Virgilio, se avesse poetato latinamente con tanta eleganza, quanta ne mostrò nel parlare materno.

Ma il Pierleoni sostiene che il poeta possa esser tale senza possedere cognizion piena di ogni cosa e si fonda su quel luogo

31. M^2 diducas

(1) Cic. *De amic.* II.

(2) L'allusione a Dante è chiarissima; cf. del resto l'ep. x del lib. XI, p. 371 di questo volume.

di Cicerone, dove questi dice che in tutti gli altri studi si giunge alla meta mercè la dottrina, i precetti e l'arte, ma che il poeta è tale per virtù della natura, parla quasi per divina ispirazione ed è aiutato dalle forze della mente e dell'animo.

poetam natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari (1). et subdis: hoc si sane intellexisse videor, frustra natura valet, nisi mentis viribus excitetur. et cum subintulisses poeticam divinam rem esse oportere, post plura concludis: quare non modo natura, sed mentis viribus et animi 5 integritate, ut agat, ut exercitio inveniat, ut inventa componat, dicetur, nec ex facili fateor, sed sine omnium cognitione constare poetam. hec omnia tua sunt, ut ex verbis Ciceronis hec videaris inferre vel, ut rectius loquar, inferri posse, tibimet, sed irrationabiliter meo iudicio, persuasisse. 10

Or è qui da fissar bene il valore dei termini adoperati da Cicerone ed innanzi tutto chiarire che cosa intenda con le parole « caeterarum « rerum studia », giacchè messo in sodo il significato di « caeter »,

Principio quidem non est hoc nomen c e t e r, c e t e r a, c e t e r u m adeo taxativum, quod in omnibus excludat partem exceptam. nam si dixeris: cum cetere gentes studiose sint, Attici eloquentia pollent; nec Atticos intelligimus hoc modo loquendi studiosos non esse nec gentes alias eloquentia non valere. sic 15 cum dixit Cicero: ceterarum rerum studia et doctrina et preceptis ac arte constare, poetam natura ipsa valere, non intelligimus artem aliquam in aliquo reperiri, invita Minerva, idest, ut inquit Cicero, adversante repugnanteque natura (2), sed poetam maxime natura pollere. denique nomen istud c e t e r, quando fit ab ipso 20 exceptio rei, que suo non conveniat et subiciatur substantivo, cum exceptive non ponatur, non significat aliud quam universale nomen omne. qua ratione cum dicitur c e t e r a r u m rerum studia, quid potest intelligi, nisi c u n c t a r u m rerum studia? sic cum Maro noster scribit: 25

si conchiuderà che Cicerone nel luogo citato vuol indicare « tutti » gli studi e non già « taluni » di essi.

Cetera dum legio campis instructa moratur (3),

quoniam proprie legio peditum est, c e t e r a dixit, idest omnis. appellatione quidem legionis, que a legendo, hoc est eligendo dicta est; fiebat enim semper auspicato factoque delectu (4); non possunt equites contineri, quoniam ordo certus erat et eorum 30 quilibet consignatum equum stipendio publico retinebat. an

(1) Cic. *Pro Archia*, VIII.
(2) Cic. *De off.* I, x.
(3) Verg. *Aen.* IX, 369.
(4) Cf. Papias, *Lexic.* s. v. l e g i o; Balbi, *Catholic.* s. ead. v. &c.

putas Tullium latuisse quod post ipsum laudabiliter scripsit Flaccus:

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quesitum est?

5 credis et ipsum ignorasse quod sequitur:

ego nec studium sine divite vena,
Nec rude quid possit video ingenium: alterius sic
Altera poscit opem res et coniurat amice? (1)

Come Cicerone poteva infatti ignorare quel che Orazio scrisse poi: essersi cioè dubitato se la poesia fosse resa degna di lode dalla spontaneità o dall'arte ed al quesito doversi rispondere che l'una non può recare utili effetti, ove l'altra non le si faccia compagna?

crede michi sic ista Ciceroni nota fuisse, quod dicens poetam 10 natura ipsa valere, non eum intellexit sola constare natura, sed etiam doctrina, preceptis et arte. quibus accedat velim, quod poetam Cicero dixit non constare natura, sed valere. preceptis enim licet et arte poeta constet, natura solum excellit. quod adeo verum est, ut dixerit Naso noster:

Sicchè quand'egli affermò che la natura fa il poeta, non intese certo asserire che gli fossero inutili l'arte, la dottrina, i precetti;

15 Ennius ingenio maximus, arte rudis (2).

unde et Cicero eadem oratione, qua dixit verba, que superius ventilata sunt, inquit: cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quedam confirmatioque doctrine, tum illud nescio quid preclarum ac singulare solere existere (3). aliunde deducas 20 velim igitur quam a Cicerone sine rerum omnium cognitione constare poetam. cum enim de oratore dixisset: ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus (4); tandemque velit oratorem de omni re posse dicere, quam 25 conclusionem longa disputatione probavit, post omnia dixit: est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior multisque ornamentis socius ac pene par. in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circunscribat aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et 30 copia vagari qua velit (5).

come testimoniano gli altri luoghi della stessa sua orazione, dove scrive che degno coronamento proviene alle doti di natura nell' uomo dalla dottrina;

ed insiste sulla necessità che l'oratore, per acquistar fama di grande, possegga piena cognizione d'ogni cosa eccelsa e dell'arti tutte;

notando insieme come l'oratore ed il poeta abbiamo moltissimi punti di rapporto tra di loro.

20. *M*[2] quod

(1) HORAT. *Ep.* II, III, 408-411.
(2) OVID. *Trist.* II, 424.
(3) CIC. *Pro Archia*, VII; taluni testi dànno « conform. » e non « confirm. ».
(4) CIC. *De orat.* I, IV, 20.
(5) CIC. op. cit. I, XVI, 70.

Ma lascinsi pur da parte le sentenze altrui e si venga all'esame della ragione su cui tali asserzioni si fondano.
Ha la poesia per ufficio di rivestir di forme figurate il vero, velandolo d' ingegnose invenzioni, sicchè nulla vi ha che il poeta grazie a codesto artifizio non possa trattare.
Ogni cosa divina o umana, speculativa o contemplativa, morale o naturale, scientifica o artificiale, cade dunque nel dominio della poesia.
Or come si può rettamente esprimere ciò che si ignora?

Sed omittatur omnis auctoritas et ad rationem, qua fundantur talia, veniamus. sermocinalis scientie pars est poetica, cuius proprium est metrico dicendi genere figuratoque sermone in cortice verborum unum ostendere et aliud sumendo res aut verba pro rebus aliis atque verbis medullitus importare; et nichil est quod poeta non possit hac commutatione verborum et rerum suis carminibus pertractare. cuncta que dici possunt igitur sunt materia poetarum sive divina sive humana sint, sive speculabilia sive contemplativa, sive naturalia, que physica dicunt, sive moralia, que dicuntur activa, sive scientifica sive artificialia, ut nichil quod dicibile sit ab ambitu poetice materie possit excludi. nunc autem quomodo possumus recte dicere que nescimus? probabilius autem, neque tamen verum, ut Tullius inquit, quod Socrates dicere solebat, omnes in eo quod scirent satis esse eloquentes; illud verius neque quenquam in eo disertum esse posse quod nesciat (1). patiare, precor, et ne relucteris apertissime veritati; nullum verum et consumatum esse grammaticum, qui rerum et scientiarum atque artium omnium terminos nesciat, quique congrue non possit eloqui quicquid quecunque scientia disputat et in arte quacunque dicitur et versatur; nec oratorem, qui cuncta non potest apposite dicere, quo persuadeat; nec poetam, qui nescit sic omnia commutare, quod unum ornate fingat et aliud secundum veritatem latenter intendat. nec dedignetur ipsa philosophia quod Deus rerum omnium conditor non recusat, poetice scilicet, in quantum est dicibile commutatione, quam hec ars adhibet, subiacere; nec excludas a professione poetice leges et medicinam et mechanicarum etiam omnium rationem. plane quidem debet verus poeta leges agnoscere. sine noticia quidem legum, que volunt intempesta nocte diem incipere (2), quomodo dixisset Virgilius:

torquet medios Nox humida cursus
Et me sevus equis Oriens afflavit anhelis? (3)

Chi potrà dirsi perfetto grammatico, quando non conosca i termini di tutte le cose e di tutte le scienze e non possa parlare di ciò che ogni arte ed ogni scienza contiene; o perfetto oratore, quando non sappia dir tutto in guisa da persuadere; o perfetto poeta, ove non riesca a rivestir qualsiasi cosa di siffatte forme che nascondano sotto un figurato ammanto la realtà?
La filosofia pertanto al pari della giurisprudenza, della medicina, delle arti meccaniche, non deve aver segreti per il poeta.
Forse che a Virgilio mancò la cognizione delle leggi?

1. *M² G¹* omittantur 20. *Per* dicitur *sarà forse da leggere* discitur *M²* orator 21. *M²* poeta 27. *M²* rationes

(1) Cic. *De orat.* I, xiv.
(2) Cf. Macrob *Sat.* I, iii, 10-15, ov'è citato questo stesso luogo virgiliano.
(3) Verg. *Aen.* V, 738-39.

et quoniam non licebat habere senatum nisi templo, quod captatis auguriis factum esset, que ab augurio dicebantur augusta (1), quomodo sine legum scientia dixisset idem Maro:

> Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis
> 5 Urbe fuit summa

et cetera que sequuntur? (2) quomodo tandem subintulisset:

> Hoc illis Curia templum? (3)

mille locis, carissime Leo Iohannes, poetas invenies precipueque Virgilium secundum leges carmina verbaque carminibus inseruisse 10 ex legum abditis et institutis, ut non putes perfectum poetam, qui cum possit intelligi, tamen nequeat inveniri, legali scientia non egere. cumque iuris prudentia sit divinarum atque humanarum rerum noticia, iusti atque iniusti scientia, quis negabit ad poetam hec omnia pertinere? non reminisceris Flaccum nostrum, cum 15 docet quid chorus facere debeat, sicut videmus in Senece tragediis, specialiter precepisse: ille, scilicet chorus,

In mille luoghi all'opposto ei dimostra di averle approfondite, sicchè non può un perfetto poeta mancar di tale cognizione.

> dapes laudet mense brevis, ille salubrem
> Iusticiam legesque et apertis ocia portis? (4)

ut non reputes ambitiosum atque superfluum quod leges velim 20 ad poete perfectionem, quod quasi deridens asseris, pertinere. nam quid de medicina dicam, cuius speculatio physica quidem est, que pertinet ad poetam? operatio vero non debet veris perfectisque poetis, si recte sentias, ignorari. nam, ne multa recenseam, volens Maro vulneratum Eneam poetice liberare, cum 25 sagittam dixerit ossibus inhesisse, sine peritia medicine quomodo scisset inter omnes herbas adhibere diptamum, cuius proprium

E lo stesso è a dirsi della medicina, nella quale Virgilio, come le opere sue dimostrano, fu pure versato,

7. *M²* Haec

(1) Papias, *Lexic.* s. v. augustus: « augustus, quasi avigustus ».
(2) Verg. *Aen.* VII, 170-171.
(3) Verg. ibid. 174.
(4) Horat. *Ep.* II, III, 198-199.

est barbatas sagittas evellere vulneratosque tali molestia liberare?[1]
quomodo dixisset Ovidius:

come la conobbe Ovidio.

> Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
> Sanabit nulla vulnera cordis ope[2];

quomodo dixisset et illud: 5

> Tollere nodosam nescit medicina podagram,
> Nec formidatis auxiliatur aquis[3];

et quis intelliget hoc ultimum carmen sine scientia medicine, qua noverit quos rabida momorderit bestia, cum eo crescente veneni vi perductus fuerit egrotans, quod aquas abhorreat et formidet, 10 nullo modo posse curari? et quis nisi postquam hoc, quod dixi, cognoverit, intelliget cur quos rabidus dentibus vulneraverit canis lymphaticos appellemus? et quoniam mechanicas etiam attigisti, dic michi, nonne Vulcanum clipeo troiani ducis intentum legens apud Virgilium fabrum opus suum rationabiliter prosequen- 15 tem videre videris?[4] sic et nautice profitetur Maro noticiam, cum divine scripsit:

Nè è a dire che a Virgilio sia mancata neppure la cognizione delle arti meccaniche, perchè egli sa descrivere acconciamente le opere fabbrili, le fatiche de' naviganti,

> iubet ocius omnes
> Attolli malos, intendi brachia velis:
> Una omnes fecere pedem pariterque sinistros, 20
> Nunc dextros solere sinus

et cetera que sequuntur[5]. nunquid in Georgicis se diligenter agricolam atque pastorem tandemque fabrum lignarium, cum docet qua ratione fieri debet aratrum[6], et plurimarum rerum artificem non ostendit? denique, si diligenter consideres, oportet 25 oratores oportetque poetas varias personas induere, dum dicunt et scribunt, et scire se prorsus omnia non per omnia solum, sed omnibus exhibere. non dubites igitur verum perfectumque poetam esse non posse, nisi sit talis, qui rationem cunctam rerum, que dici possunt aut fieri, quam scilicet oporteat quicquid dicat 30

le operazioni degli agricoltori, de' pastori, de' falegnami.

Or poichè e poeta ed oratore debbono assumere caratteri svariati per trattar d'ogni cosa, non esiti il Pierleoni a riconoscere che il vero poeta dev'essere fornito d'ogni scienza;

12. M^2 G^1 ravus 26. G^1 oratorem - poetam

(1) Verg. *Aen.* XII, 411-424.
(2) Ovid. *Ex Ponto* I, iii, 21-22.
(3) Ovid. ibid. 23-24.
(4) Cf. Verg. *Aen.* VIII, 443 sgg.
(5) Verg. *Aen.* V, 828-831.
(6) Cf. Verg. *Georg.* I, 169-177.

observet, perfecte non calleat, aut qui, cum ad id quod nesciat perventum sit, non sit alterius artis vel scientie discipulus, non poeta, cui si rerum cunctarum noticia scientiaque vel ex parte defuerit, non poeta simpliciter dici potest, sed participatione quadam; sicut beatos esse dicimus, qui non per omnia vere et rationabiliter beati sunt, sicut solus est Deus, sed etiam illos, qui partem in aliquam beatitudinis sunt recepti.

chè, se a tanto non giungerà, sarà solo in parte degno del nome di poeta.

Credo satis clarum effecisse quod dubitas et miraris. vale igitur felix et mei memor, queve tibi pridem scripsi nuncque scribo non relegas solum, sed decoquas et nichil, ut arbitror, tibi dubium remanebit. communi domino, quem tota mente veneror, me quantum in te fideliter, quantum in me est humiliter recommenda. iterum vale. Florentie, sexto kalendas aprilis.

Gli pare d'aver chiaramente provato quanto incerto e dubbioso dall'amico era giudicato.

Egli mediti sopra di ciò e lo raccomandi al suo signore.

VIII.

A Tommaso Fitz-Alain arcivescovo di Canterbury (1).

[L^2, c. 40 A; M^2, c. 28 A; G^1, c. 2 A.]

Reverendissimo patri et domino domino Tome de Rondello episcopo Canturiensi.

Reverendissime in Christo pater et nobilissime domine mi. multa vellem, imo tecum haberem, si facultas adesset et occupationes sinerent, ventilare. sed quoniam meus non sum,

Firenze, 4 aprile 1401.

Ben vorrebbe, se gliene soccorresse l'agio, trattenersi a lungo con lui,

17. *Così L^2; M^2 G^1* Domino Thomasio de Rondello Archiepiscopo Canturiensi. 19. L^2 pat. in Chr. 20. L^2 *omette* adesset

(1) A torto avevamo supposto a p. 360 di questo volume che Tommaso Fitz-Alain potesse trovarsi ancora in Italia, quando il S. gli diresse quell'epistola, che è la VII del lib. XI. Ci era infatti sfuggito di memoria che gli storici inglesi raccontano aver Tommaso nell'estate del '99 seguìto Enrico di Bolimbrocke, duca di Lancaster, in Brettagna, essersi seco lui imbarcato a Vannes con scarso seguito, approdando dopo pochi giorni alle coste d'Inghilterra e precisamente a Ravenspurn (Yorkshire). Il magnanimo prelato assistette quindi personalmente agli inizi di quella rivoluzione, che fu chiamata a buon dritto la più avventurosa di quante il rivoluzionario regno inglese avesse mai vedute; e godette lo spettacolo, che dovè tornargli certamente ben gradito, della solenne deposizione di Riccardo, avvenuta a Londra il 29 settembre, e dell'incoronazione d'Enrico. Ritor-

ma per ora appagar non può nè la propria nè la bramosia dell' arcivescovo.
Forse lo farà più tardi: intanto si congratula seco del suo felice ritorno, della riacquistata sede
e spera che nulla avrà perduto e che i terribili avvenimenti dopo il suo passaggio compiutisi gli siano ad utilità ridondati.
Gli raccomanda poi di mostrarsi magnanimo, dimenticando le offese già ricevute.

michimet morem gerere nec cupiditati forsan reverentie tue satisfacere non possum. quod autem differre nolim et moram non recipit id attingam; alias, cum expeditior ero, que cogitabam edisseram. interim autem gratulor quod ad tuam ecclesiam sis restitutus atque receptus et quod in regnum tam facili labore 5 reversus fueris; spero tibi tua salva fuisse et quoniam bonis omnia cooperantur in bonum, quicquid postea novitatis emersit, quod magnum terribileque refertur, non ambigo in tui status augumentum et columen evasurum. unum continere non possum, quod nobilissimum et altum vindicte genus est parcere sepiusque ce- 10 dibus et sanguine suspitiones et pericula crescere quam auferri; cuius rei vobis exemplo sufficiat rex depositus et extinctus. hec nunc satis. alias, cum firmitudinem rebus partam scivero, latius conabor attingere.

Appunto perchè confida nella sua longanimità,

lo prega d' esser indulgente verso Antonio Mannini

Nunc autem, cum optime nature sit quammultos salvos velle 15 quotquotque potueris tum parcere tum prodesse, nec dubitem benignitatem tuam hac moderatione in illius tue felicitatis cursu semper usum, velim, obsecro, quod Antonium de Manninis, vi-

1. M^2 G^1 tue rever. 7. L^2 M^2 G^1 cooperentur 8-9. M^2 augmentum 15. M^2 G^1 *omettono* cum 16. L^2 dubito 18. L^2 Maninis

nato in seguito a cotesti grandi ed insperati rivolgimenti più possente di prima, rientrato in possesso dell'arcivescovado carpitogli, il Fitz-Alain diede prova della nobiltà dell' animo suo, facendosi intercessore presso il nuovo re della grazia di Roggero Walden, che avevagli tolto il seggio di Canterbury non solo, ma impetrando altresì all' avvilito rivale la sede episcopale di Londra, suffraganea della propria. Cf. Wharton, *Hist. de episc. et decan. Londinens. et Assavens. a prima sed. utr. fund. ad a. 1540*, Londini, 1695, p. 149 e Gams, *Ser. episcop.* p. 194. Egli è quindi credibile che pari generosità abbia dimostrata anche coll' umile strumento, di cui il Walden s' era giovato per conseguire in corte di Roma i suoi fini, quell'Antonio Mannini cioè, del quale il buon Coluccio si è fatto qui difensore.

Sulla data della presente ecco quanto possiam dire. Che essa sia posteriore al 14 febbraio del 1400 ce ne dà chiarissimo segno l' allusione alla sorte di re Riccardo, il quale perì quel giorno in Langley e, secondochè ne corse fama, di morte violenta. D' altra parte nell' ultima epistola, che ci rimanga scritta dal nostro all' arcivescovo inglese, la quale spetta al 27 gennaio 1403, si allude alla presente in guisa da lasciar credere ch' essa fosse stata scritta parecchio tempo prima. Sicchè, tenendo altresì calcolo delle parole con cui Coluccio accenna alle condizioni ancor turbate del regno, ci par da concludere che essa spetti sicuramente alla primavera del 1401.

cinum et fratrem meum, in tuum servitorem acceptes, foveas et iuves (1). et si forsan aliquis, ut invidentium mores sunt, aliquando suggesserit vel, quod non crediderim nec te decet, in

suo vicino ed amico.
Che se qualche maligno gli rammentasse, oppure a lui stesso tornasse a memoria

1. *M*[2] tui 2. *G*[1] *omette* et

(1) Da Alamanno di Zucchero, detto Mannino, che nel 1349 dimorava in Firenze sulla piazza dei Peruzzi (quart. di S. Croce, pop. di S. Remigio, gonf. Leone nero), e da Lisa di Chiaro Barducci nacque tra altri figli un Giovanni, il quale dopo aver coperte in patria parecchie onorevoli cariche, morì nel 1372, lasciando in poco agiate condizioni di fortuna i suoi cinque figliuoli: Alamanno, Luigi, Niccolò, Salvestro ed Antonio; cf. Dell'Ancisa, op. cit. FF, cc. 402 b, 405 a; HH, c. 644 b; MM, c. 385 a-b &c. È quest' ultimo che il S. chiama suo amico e vicino, perchè abitava anch' egli sulla piazzetta de' Peruzzi, ove sorgevano le case de' Mannini, colui del quale adesso daremo qualche notizia.

Nato nel 1370, squittinato per la maggiore nel 1391, Antonio Mannini dev' essere a buon dritto annoverato tra quegli avventurosi, arditi e bizzarri mercanti fiorentini, de' quali siam soliti veder in Bonaccorso Pitti estrinsecato il tipo più completo. Impaziente della povertà in cui egli ed i suoi erano caduti, non appena ebbe conseguita la parte sua dell' eredità paterna (i fratelli Alamanno, Salvestro e Luigi erano con miglior consiglio rimasti uniti), il giovine si diè a trafficare in lontani paesi, tentando per più modi la sorte, ma sempre con scarso successo. Quand' incominciò a rumoreggiar la procella onde il trono di Riccardo II doveva andare travolto, egli era in Inghilterra e quivi, spintovi forse dalla necessità, ma fors'anche dal suo spirito avventuroso, si mescolò con poca prudenza alle lotte intestine, recandosi perfino in curia di Roma ad intrigare in servizio dell'usurpatore del seggio di Tommaso Fitz-Alain, senzachè, mentre attendeva agli interessi altrui, gli riuscisse d'accomodare i proprî; chè anzi egli stesso in quella sua relazione, di cui terremo or ora parola, fa datare dal 1399 appunto le « gran perdite e innumerabili tribola« zioni avute ». Se andavan male difatti in mezzo alle turbolenze, che strappavano a Riccardo II la corona ed a Roggero Walden la mitra, gli affari del Mannini in Inghilterra, non camminavano meglio in Italia; dove nel 1402 lo troviamo avviluppato negli impicci d'una lite da lui promossa presso la curia romana contro l' abbate di Raggiuolo, ch' egli accusava d' essersi impadronito de' suoi beni, sollevando le proteste de' Fiorentini, i quali in pro dell' imputato scrivevano a Bonifacio IX lettere sopra lettere (R. Arch. di Stato in Firenze, *Miss.* reg. 24, c. 73 a, « Pape », 11 maggio; c. 77 a, « Pape », 9 giugno; c. 78 b &c.) e mandavano in curia appositi ambasciatori, perchè ne perorassero la causa.

Dall' Inghilterra, dov' egli, passata la burrasca e ricuperata, mercè l' intervento di Coluccio, la grazia di Tommaso, si trovava ancora nel 1403, e dove anzi l' aveva raggiunto il fratello Alamanno, Antonio ritornò alcun tempo dopo in Firenze e quivi sposò, seppure il matrimonio non era avvenuto da tempo, Maddalena di Giovanni Salterelli, che gli partorì un figlio, cui impose il nome dell' avo. Ma la bramosia di « risuscitare e rilevare sè e « la sua casa », non gli lasciava pace; sicchè nel 1410 ei partiva di bel nuovo per la Gran Brettagna e di là per l' Ir-

esser stato il Mannini mandato in corte di Roma a procurarvi l'intrusione nella sede di Canterbury del suo rivale, voglia egli perdonargli.
La volontà del re e degli avversari di Tommaso costrinse a ciò Antonio, il quale, se avesse disobbedito, correva pericolo di scontarne il fio e quindi mirò, non a nuocere a lui, ma a giovare a se medesimo.
Lo compatisca dunque e gli renda la sua grazia.

memoriam forte redierit, quod in romanam curiam missus fuerit procuraturus intrusionem eius, qui tuam occupavit ecclesiam, hoc non velis eidem ad culpam ascribere nec id ad offensionem vel iniuriam reputare. urgebat enim regis iussio et emulorum factio, quibus se obsequiosum non reddere quid fuisset, nisi su- 5 spectum cum maximo rerum suarum periculo se prebere? et si, quod moris est, illis temporibus, sicut plures alii, se nimis forsan ingessit, non nocendi proposito, sed intentioni providendi suis utilitatibus imputato. summa mei desiderii est, quod ipsum digneris oblitterata preteritorum memoria cum benignitate reci- 10 pere non excusatum solummodo quod tempori cesserit, sed in servum. in quo dici non posset quantum michi tua sublimitas complacebit. hec hactenus.

Termina assicurandolo che l' assenza non ha scemato l'affetto ch'ei nutre per lui

Nunc autem teneas velim me tui propter absentiam non esse oblitum, sed tuam dilectionem adeo menti mee tenaciter inhe- 15

1. *M*[2] *G*[1] fuit 2. *M*[2] *G*[1] eccl. occup. 4. *L*[2] *dà* et *per* vel *M*[2] *G*[1] iussio reg. 7. *L*[2] quid 8. *G*[1] intentione 14. *L*[2] *omette* autem *M*[2] *G*[1] non esse propt. abs.

landa, dove l'attendeva una singolare avventura. Trovandosi nella state dell'anno seguente a Dublino « quasi abbandonato da ogni huomo... e sanza « consiglio o conforto e speranza d'a« vere se non la grazia e misericordia di « Dio », la venuta d'un cavaliere ungherese, che era diretto a visitare il purgatorio di S. Patrizio, indusse lui pure a fare il simigliante. Del suo viaggio, della discesa nel pozzo famoso, de' travagli che vi sopportò, ritornato tre mesi e mezzo dopo a Dublino egli dettava a Corso Rustichi, altro mercante fiorentino domiciliato a Londra, una curiosa relazione, che fu pubblicata or fa qualche anno nel *Giorn. stor. della letter. ital.* VIII, 145 sgg.; cf. altresì XVII, 57 sgg. Notevole è in essa, a tacer d' altro, la ferma persuasione che il Mannini manifesta d' aver, sfidando i pericoli di quel pauroso pellegrinaggio, vinta l' avversità che lo perseguitava e conseguita da Dio la promessa di certa felicità, sicchè invitava la moglie ed il fratello Salvestro a raggiungerlo in Irlanda, dove avrebbero ricuperato il loro « stato e « onore ». Niuno de' suoi si mosse però e fu ventura, perchè egli stesso, svanita bentosto ogni illusione, stimò saggio partito restituirsi a Firenze, dove arrivò dopo tre anni d' assenza il 12 ottobre del 1413. Se dopo d'allora ritentasse altri viaggi non sappiamo, perchè il fonte da cui sono attinte le precedenti notizie, un *Libro di ricordanze* di Salvestro ed Alamanno Mannini, conservatoci disgraziatamente solo in estratti dal senator Carlo Strozzi (cod. Magliab. XXV, 595, c. 423 sgg.), nulla più ci narra sul conto suo. Solo ci è noto da altra parte che morì nel 1431, e che i suoi discendenti, passati più tardi nel Friuli, vi ebbero, secondo attesta il Salvini, *Cron. di B. Pitti*, p. 125, titolo di conti e di nobili veneziani.

sisse, quod nullis temporibus de memoria te deponam. tu michi semper ades: tu fac, ut apud Terentium perditus optat amans,

Dies noctesque me ames; me desideres;

de me cogites, in me speres, mecum totus sis,

5 Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus (1).

affetto che non verrà mai meno.

Tommaso lo contraccambi con pari ardore

Ceterum te oro, ut libros Musice sacri doctoris Aurelii Augustini, si modus est, habeam (2). et vale.

e gli procuri i libri di sant'Agostino *De musica*.

Fuit michi contentio cum medico quodam super nobilitate legum et medicine. si videre placebit nugas meas exemplari 10 faciam atque mittam (3). tu modo quod vis rescribe. iterum vale, pater et domine mi, cunctis reverentie cultibus honorande. Florentie, secundo nonas aprilis.

Se gradisse vedere il suo trattato sulla nobiltà della legge e della medicina s'affretterà a mandarglielo.

VIIII.

A Giovanni Malpaghini da Ravenna (4).

15 [L3, c. 25 A; N1, c. 51 B; Mehus, par. I, ep. xviii, pp. 73-82, da L3.]

Firenze, 13 maggio 1401?

Iohanni Malpaghino de Ravenna viro doctissimo.

Non scripsi, vir egregie, quo te provocarem ad scribendum. scimus et sciunt omnes, qui te veneramur quique nomen audiverunt tuum, te non modernis solum excellere, sed inter

Non ebbe l'intenzione di provocarlo scrivendogli a dar saggio della mirabile facondia per cui, sollevandosi sui moderni, suole secondo l'universal consenso

3. L^2 *omette il primo* me 5. G^1 quoniam 6. M^2 G^1 oro te 6-7. L^2 Agustini 16. *Così* N^1*;* L^3 *Me* Iohanni Malpaghino de Ravenna*; ma Me* Ioanni 18. *Me* venerantur 19. N^1 tuum aud.

(1) Terent. *Eun.* I, ii, 193, 196.

(2) La stessa richiesta aveva già il nostro rivolta nel 1396 a Giovanni di Montreuil, che non era stato capace d'appagarla; cf. lib. IX, ep. xx, p. 146 di questo volume. Ma il Fitz-Alain possedeva il libro e durante la sua dimora a Firenze gli aveva promesso di mandargliene una copia; cf. l'ep. vi del lib. XIII.

(3) Così fece difatti; cf. l'ep. vi del lib. XIII.

(4) Ometto di deliberato proposito in queste illustrazioni ogni discussione relativa al periodo della vita di Giovanni, che è anteriore alla sua dimora in Firenze, dove, com'è ben noto, egli apparisce quale maestro di rettorica nello Studio l'anno 1397. Tutto quanto si è venuto difatti scrivendo sul di lui conto, dopochè risultò definitivamente dimostrato come nulla avess'egli a partire coll'altro Giovanni, figliuol di maestro Conversino (cf. lib. VIII, ep. x;

più d'ogni altro approssimarsi a Cicerone; poichè chi d'indurlo a ciò si prefiggesse non men pazzo sarebbe da riputare delle figlie di Pierio

priscos Ciceronem propius accessisse. ea quidem facundia copiaque et maiestate dicendi exundas, ut non minus insanum sit te ad dicendum irritare, quam insaniere quondam Pieri Thessali filie de

II, 404), non ha in alcun modo giovato a chiarirne le vicende giovanili. È anzi accaduto, fatto bizzarro!, che quanto più viva ed intensa cresceva la luce intorno al Ravennate, che fu famigliare del vecchio Francesco da Carrara e cancelliere del Novello, tanto maggiori s'addensassero le tenebre sovra l'enimmatica figura di colui che per un pezzo dagli storici dell'umanesimo ci è stato presentato come il più compiuto tipo del «maestro vagante»; mentre, a farlo apposta, quel poco che ci è sicuramente noto di lui condur ci deve a definirlo in guisa affatto diversa; come chiamar puossi invero «vagante» chi, a restringerci dentro indiscutibili termini, per vent'anni almeno, chè tanti ne corsero dal 1397 al 1417, non allontanossi mai da Firenze? Ma era destino che la bramosia di sciogliere un problema irritante spingesse più d'uno ad affermar del Malpaghini cose, le quali, esaminate in oggi con ponderata freddezza, non possono apparire agli occhi nostri se non del tutto infondate.

Noi staremo dunque paghi a tentar qui di stabilire la data dell'epistola presente, la quale, attesa la scarsità de' documenti atti ad illustrarla, vanta per la biografia del Malpaghini una capitale importanza. E per far ciò ci varremo delle ingegnose ricerche istituite da Th. Klette, *Iohann. Conversanus u. Ioh. Malpaghini von Ravenna* in *Beiträge zur Geschichte u. Litteratur der italienisch. Gelehrtenrenaissance*, I, Greifswald, 1888; sebbene, gioverà dirlo subito, non tutte le conclusioni del dotto tedesco ci sembrino ugualmente accettabili.

Un documento ben noto, dopochè il Gherardi (*Statuti* cit. par. II, p. 369, n. cv) l'ebbe tratto alla luce, ci apprende come il 19 settembre 1397 i signori ed i collegi eleggessero con insolita solennità di procedimento «virum inextimabilis eloquentie mirabilisque doctrine dominum Iohannem magistri Iacobi de Malpaghinis de Ravenna... ad legendum atque docendum publice in Studio florentino artem rhetorice, sicut hactenus fecit, ac etiam ad legendum unum autorem hystoricum, moralem aut poetam, quolibet anno, et ea facienda que laudabiliter hactenus egit in lecturis suis et Studio prelibato, pro tempore et termino trium annorum proxime venturorum». Or di qui si rileva in maniera evidente, o io m'inganno, che Giovanni non incominciava allora a legger pubblicamente rettorica nello Studio fiorentino, ma che negli anni immediatamente precedenti al 1397 vi aveva già tenuto quella cattedra, sulla quale il voler de' signori lo ricollocava. Si dovrebbe quindi concludere che già nel '95, se non prima, il Malpaghini era stanziato in Firenze; ma tale non è l'avviso del Klette, il quale, fermo nella credenza che Giovanni nel '95 fosse a Muggia, come sostenne il Sabbadini (cf. *Giorn. stor. d. lett. ital.* 1885, V, 156 sgg.), è costretto a ritenere che le allusioni fatte nell'elezione del 1397 alle antecedenti «letture» del Ravennate debbansi riferire ad un tempo molto, ma molto anteriore, del quale nulla sappiamo. Noi non siamo invece di quest'opinione, vuoi perchè non stimiamo che la epistola del Vergerio a quel «Giovanni da Ravenna», che si trovava nel '95 a Muggia, sulla quale si fonda il Klette, sia diretta al Malpaghini, vuoi perchè, quand'anche a lui fosse rivolta, non saremmo ad ogni modo sicuri che

cantu musas vincere cupientes[1]. quid autem, ut veniam ad ea que scribis, oportuit, facundissime vir, me monere, ne maledicis fidem prestem? quid necesse fuit in ipsos tam abundanter

che vollero gareggiar colle muse. Non occorreva quindi ch' ei l'ammonisse di non prestar fede ai maledici

1. *N*[I] ad ea ven.

spetti al '95, essendo le date apposte nei codici alle lettere del Vergerio troppe volte corrotte e prive d'attendibilità. Or tolto di mezzo questo preteso ed inesplicabile soggiorno del Malpaghini in un angolo deserto dell'Istria, rimane assodato che, chiamandolo a legger rettorica nello Studio nel settembre del 1397, la Signoria non faceva se non riconfermarlo in una carica, di cui era già da tempo rivestito.

Vivendo nella città medesima in cui Coluccio viveva, il Malpaghini non aveva certo dovuto tardar molto a stringersi secolui d'amicizia. Corsero quindi per parecchio tempo tra il cancelliere fiorentino ed il professore ravennate cordialissimi rapporti, finchè non sopraggiunsero a turbarli de' maldicenti, i quali persuasero al Malpaghini che il S. aveva cangiato i propri sentimenti a suo riguardo. Impetuoso e violento di natura Giovanni, senza darsi briga d'appurare la verità di coteste dicerie, cessò dal visitare l'amico, si diè anzi cura di sfuggirlo e finì col richiedergli bruscamente un volume che il S. gli aveva domandato in prestito per trarne copia. Quando ciò avvenisse non ci è noto. Il Klette opina che la rottura tra Coluccio e Giovanni si fosse effettuata nel 1401 e così ragiona. Il S. in quest'epistola sua riporta alcune frasi d'una lettera scrittagli poco innanzi dal Malpaghini, in cui questi parlando di se stesso dice: « Cum viderem in familiaritate nostra « rationem omnem iocunditatis ac be« nivolentie... expiravisse, contraxi, fa« teor, pedem meque in hanc solitudi« nem et habitationis et vite tanquam « in arcem tutissimam contuli, putans « immanitati fortune vim ipsam se« viendi nullo pacto securius aut fortius « subtrahi posse quam fuga civilium « occupationum et populi vitatione » (cf. p. 508 sg.). Ma, continua il KLETTE (op. cit. p. 35), noi sappiamo come nell'agosto del 1401 la Signoria concedesse al Malpaghini, in benemerenza del suo lungo insegnamento nello Studio, di poter comperare beni posti nella città, contado o distretto di Firenze, da qualunque cittadino, contadino &c., non ostante una contraria rubrica dello statuto del podestà, « prout si esset civis « florentinus et de civitate Florentie »; GHERARDI, op. cit. p. 374 sg. n. CXII. Ora non è probabile che Giovanni, il quale aveva coll'ottobre del 1400 cessato d'insegnare nello Studio e s'era forse sdegnato col S., perchè non aveva fatto ogni sforzo, ond'ottenere che gli fosse tosto rinnovato l'incarico, traesse occasione dalla licenza accordatagli dai Fiorentini per ritirarsi a viver solitario o in città o fuori di essa, covando il proprio rancore? La « solitudo habi« tationis et vite » alluderebbe alla casa o al podere compratosi nel 1401 dal Malpaghini; ed in tal caso sarebbe sommamente verisimile che la presente spettasse alla primavera del 1402.

Questo, che io ho esposto con fedeltà, il ragionamento del Klette, ingegnoso fuori di dubbio e tale da meritare a primo aspetto pieno consenso. Tuttavia noi non possiamo accoglierlo. Ci sembra infatti d'aver stabilito in maniera inoppugnabile che la nota epistola colla quale il S. raccomanda Giovanni a Carlo Malatesta (XXI di

(1) V. nota 1 a p. 504.

nè ch'ei medesimo contro di loro così largamente e mordacemente inveisse; dacchè a metterne a nudo tutta la malignità farebber d'uopo de' volumi; nè Cicerone con tutta la sua facondia, nè Fabio, nè Catone, nè chiunque altro ebbe mai grido d'oratore menerebbe a bene siffatta intrapresa; poichè alla grandezza di questa ogni eloquenza rimarrebbe inferiore. Come descriverne le arti, come la tenace pazienza,

tamque mordaciter invehere, quoniam tu ipse cognoscis non esse munus hoc epistolare negocium, sed multorum maximorumque voluminum occupationem? non si reviviscat noster Arpinas spaciosis eloquentie sue fluminibus, licet ardentius quam in Verrem, uberius quam in Antonium aut animosius quam in Clodium 5 tonet, sequemet undique superet, non Fabius omnis ingenii sui acumine, non Cato rigidus, non quicunque copiosius et vehementius in eloquentia exarsit, illa monstra teterrima vel explicet vel suggillet; aut si cuncta rethorum multitudo vel oratorum quotcunque claruere cohortes simul applicatis studiis id conentur, 10 digne satis pro rei magnitudine valeant expedire. verissimum quidem est Danteum illud: multotiens rerum molem facundia deseri[2]. quis enim abunde referat, quis designet artes et ingenium, quibus hec tartarea pestis obrepit? quanta patientia quamque dissimulanter

9. *Dopo* cuncta *N*[1] *dà due lettere cancellate ed indecifrabili.* 10. *Me* quicumque
12. *L*[3] *N*[1] *dopo* est *dànno* dantem *che Me omise ed io ho mutato in* Danteum

questo libro) appartenga all'autunno del 1401. Ora se così è, riesce a parer nostro improbabile che le due epistole relative al disgusto insorto tra i due amici ed alla riconciliazione che opportuna giunse a troncarlo, siano state scritte nel 1402. Io immagino quindi che le cose siano andate in questo modo. I gravi danni arrecati alla città dalla pestilenza e le forti preoccupazioni di cui era madre la guerra riaccesasi col Visconti dovettero nel 1400, quando la condotta del Malpaghini stava per spirare, consigliare i Fiorentini a sospendere, in attesa di tempi migliori, la conferma sua a professor dello Studio. Di cotal deliberazione dovette affliggersi ed adontarsi il Malpaghini, il quale ne diè forse colpa, aizzato da malevoli ciarloni, alla freddezza dimostratagli dal S.; contro di cui appalesò quindi il suo sdegno, cessando dal visitarlo e dal farsi vedere in pubblico. Così passarono taluni mesi, finchè il S. non si decise a richieder spiegazioni all'amico con un'epistola (ora perduta), a cui il Malpaghini, pentito e ravveduto, si affrettò a dare risposta. Rinnovati così tra loro i vincoli dell'antica amicizia, Giovanni, vedendo come le cose non s'incamminassero bene per ciò che riguardava lo Studio, dovette manifestare al cancellier fiorentino il desiderio di lasciare Firenze per ritrovare altrove più agiata dimora e Coluccio, bramoso d'aiutarlo, immaginò di scrivere al Malatesta l'epistola, che leggeremo tra poco.

(1) Cf. Ovid. *Metam.* V, 294-678. È risaputo come niuna scrittura del Malpaghini ci sia pervenuta; ad eccezione della troppo breve epistola deploratoria per la morte del Petrarca, che sta nel cod. Ambros. D 93 sup., c. 138 A; la quale valga a giustificare gli elogi tributati dal S. all'eloquenza ed alla dottrina del Ravennate.

(2) Se veramente di Dante qui si tratta, il S. può aver alluso a *Inf.* IV, 146-47 oppure a *Parad.* XXXIII, 121-23.

observent quibus aliquid vel suspitionis vel odii cogitaverunt inurere; quam sanctissimas societates dissolverint, quam ingentes amicorum nexus attriverint, quas severint in una familia simultates, in eadem urbe dissidia, in eodem regno discordias et in terrarum orbe semina materiamque bellorum; quam denique soleant divina et humana tum confundere tum etiam lacerare? sed hec omittamus et alia infinita, que adeo spaciosa sunt, quod frustra conemur amplecti. nam, ut Flacci verbis utar,

come enumerare le amicizie ch' essi hanno spezzato, i vincoli di carità che hanno sciolto nelle famiglie, nelle città, nei reami, i danni che ad ogni divina ed umana cosa seppero e sanno arrecare? Tutto ciò offrirebbe argomento di troppo lungo discorso;

> Cetera de genere hoc, adeo sunt multa, loquacem
> Delassare valent Fabium;

et, ut cum eodem subdam,

> ne te morer, audi
> Quo rem deducam (1).

mentre, per tornare ai motivi che gli dettarono la sua lettera,

ego tecum amicabiliter conquestus sum te nescio quomodo mutue sanctissimeque amicicie nostre cultum deseruisse; nec me indignatio tua latuit, cum officiosam et amicabilem illius libri, quem exemplari faciebam, editionem tam repente tamque precipitanter, ne aliis utar vocabulis, rescidisti. multotiens hactenus expertus sum scriptorum vel, ut accomodatiore loquar verbo, librariorum cum fastidia tum infidelitatem atque mendacia, tum damnosas fugas et compilationes. et nunc, cum librarium nactus essem omni suspitione maiorem (2), ne solita calamitas scriptionibus librorum abesset, unde minime decuit et unde non rebar advenit quod illius scripture preriperet complementum. o mi Iohannes, non possum ut amicus contineri, quin his paulisper immorer, ut te tibi, quod bone correctionis vestibulum est, ostendam. nam postquam video quod ad ista non scribis, sive sit insensibilitas vel, ut potius reor, dissimulatio, respondeas, si placet, velim. decuitne sic agere amicum vel, quod minus est, dilectum aut,

a lui preme dirgli soltanto come a scrivere l' abbia mosso il rammarico di vederlo allontanarsi da lui;

del che gli fu certo segno la precipitazione colla quale richiedendogli quel libro che ei faceva copiare; lieto d' aver rinvenuto, dopo esser stato sì a lungo vittima delle frodi e della negligenza dei menanti, un amanuense superiore ad ogni sospetto; gli impedì che la bramata copia fosse a termine condotta.

E sopra di ciò permetta che s'indugi alquanto per mostrargli tutta la sconvenienza del suo procedere.

Con un amico ei non doveva trattare in guisa

1. N^1 obseviet *(?)* 2. L^3 iugent. 7. *Me omette* que 8. *Me* conamur 10. *Me* valeant 11. N^1 cut *(sic); ma il* c *fu cancellato.* 15. N^1 *dopo* me *dava* lati' *che venne cancellato.* 16. *Me* L^3 lat. ind. tua 17. N^1 ŏdition. 18. *Me* recidisti 19. N^1 *omette* ut 23. *Me* adesset N^1 deceat 25. L^3 *Me* immor. his paulisp. 26. N^1 correptionis L^3 onstendam 27. *Me* insensabilitas

(1) Horat. *Sat.* I, 1, 13-15.

(2) Forse il Poggio? Che questi scrivesse a prezzo si sapeva (cf. l' epistola xxiii di questo libro) e che il S. si valesse di lui risulta dall' ep. xv del lib. XIII.

che sarebbe stata disdicevole, anche se ei fosse stato per lui uno sconosciuto.
Con quell' atto di collera Giovanni ha dunque offeso l' amicizia, le leggi della cortesia e dell' umanità, porgendo occasione a lui di pentirsi dell'affetto dimostratogli, . di sprezzare la sua dottrina e di bramar mitezza e cortesia maggiori nell'amico.
Egli, dell'amicizia e del mutuo affetto ardente cultore, sommo estimatore dell' umanità, solito a venerare l'erudizione e la benignità d'animo, ha sempre cercato di mostrarsi devoto a chi tali pregi possedesse; nè soltanto quando essi splendessero immuni da vizi, ma quand' anche da questi risultassero in qualche modo macchiati.

quod ab illo longe discedit, notum? decuitne sic agere cum addiscendi cupido studiosum, cum eruditorum cultore peritum et denique cum homine hominem? lesisti, mi Iohannes, in hac tua denegationis novitate sive turbationis actu, si nescis, qua nichil in mortalium societate divinius est, amiciciam, offendisti dilectionem, violasti noticiam, peritiam evacuasti tuam et ab humanitatis officio discessisti. quibus efficere conatus es ut, si fieri de me posset, amiciciam deseram, dilectionis pigeat peniteatque noticie et illam, qua cunctis prestas, eruditionem floccipendam et in te, cum homo sis, requiram et desiderem humanitatem. ego sic semper michi persuasi nichil amicicia preciosius, nichil benivolentia dulcius, nichil dilectione suavius nichilque gratius noticia peritorum; nichil ipsa peritia clarius nec quicquam hominis magis esse proprium humanitate; et ob id amicicie fidus cultor, benivolentie amator, dilectionis accuratissimus, eruditorum venerator, peritie preco, laudator humanitatis, eorum, quos mites reppererim, amicissimus semper fui; hecque semper, ubicunque conspexerim, nedum veneratus sum, sed affectuose dilexi. nec solum, minus recte forsan, ea si pura sunt admiror et diligo, sed etiam si vitiis permixta sunt; nec tantum vitiis offendor, quin ea vel inter illas maculas, que vitiis atque vitiosis inherent, excolam. plurimum enim delector his ubi cuncta splendent, multum ubi quedam apparent; nec unquam neglexi nec negligam etiam ubi conspexerim horum unum. preter noticiam, que licet curiositatem expleat intellectus, aliquando tamen plus ingeritur quam opus sit intelligentibus et intellectis; quales sunt de quorum quoppiam Tragicus ait:

> Qui notus nimis omnibus
> Ignotus moritur sibi (1);

Sopra ogni pregio poi ha tenuto sempre in altissima ammirazione l'eloquenza,

unum est, quod me semper ultra modum rapuit, quod in te est, scientie copia cum elegantia facultateque dicendi. non possum

4. *Me* nescias 5. *L^3 N^1* amicitia 6. *N^1* tuam evac. 15. *L^3 Me* am. beniv. 16. *L^3 Me* eorumque 20-21. *L^3 Me* off. vit. 23. *L^3 Me* splendeant 24. *Me* propter; *ma l'emendazione sua non giova a chiarir questo luogo, che mi rimane oscuro.* 25. *L^3 Me* intell. expl. 26. *N^1* ingeratur 28. *Me* quis 29. *N^1* sibi mor.

(1) Sen. *Trag.* Thyest. 401-402.

tales non diligere; imo prorsus nequeo non amare. sint per cetera licet instabiles animo, proposito varii, consilio inutiles, conversatione inhumani, moribus inepti, cerebrosi, pervicaces, inconversabiles, sordidi sint et licet flagitiosi, quique, quod nichil minus est hominis, ut inquit Cicero, in amore non respondeant his a quibus provocentur (1), quales passim multos videmus, diligo tamen in eis cum scientiam tum eloquentiam copiamque dicendi (2). ut, cum in te videam ingentem scientie copiam admirabileque scribendi decus et pondus et infinitis illis carere vitiis, quibus plurimi fedi sunt, certissime teneas me singulariter te amare michique semper suavem atque iocundam fuisse presentiam et amiciciam tuam, nichilque fuisse in quo tibi prodesse potuerim quod neglexerim, nichilque fore, si detur facultas et occasio, in quo sim tuos honores et commoda posthabiturus (3). ut si qua tibi forte, sicuti solitum est, vel ingeneratur aliunde suspitio vel innascatur opinio, de preteritorum ratione et presentium testimonio deleas, precor; teque putes a me, cum amore te dignum scias et ego cognoscam et fatear, non diligi solum, sed amari; versaque vice noli, quod contra naturam est, in hoc dilectionis officio non debita vicissitudine respondere. gravius enim offendis quam si te non vellem nonque reputarem amicum. nec me solum ledis, sed, quod maxime doleo, famam et existimationem tuam; cuius prodigus esse noli. non es, mi Iohannes, ex illorum numero, quorum ingens est copia, qui passionibus duci solent, ut te vincere non debeas ratione. nulla maior servitus nullaque sapienti fedior est quam non posse voluntatis inconsulte motibus imperare. nulla maior cecitas quam ea quam passionum nostrarum afrenitas ingerit intellectui. quo fit ut non sapientis solum, sed etiam hominis, quem tamen ratio omnino non deserat, officium sit contra passionum motus insurgere et quicquid

sicchè non gli fu possibil mai di non amare coloro che ne andassero adorni, anche se per altri rispetti apparissero d'affetto immeritevoli,

quali pur troppo son molti.

Or perchè in Giovanni la dottrina non è meno mirabile della facondia e niuna macchia di vizio viene ad offuscarne lo splendore, egli l'amò sempre cordialmente nè mai cessò dallo stimarne soave l'amicizia nè si ricusò a prestargli servigio ove il potesse; talchè se in lui son nati ingiusti sospetti voglia respingerli lungi da sè, e credere alla sincerità de' suoi sentimenti;

contracambiandoli con uguale cordialità.

Altrimenti egli offenderà non solo l'amico, ma la propria riputazione.

Come può egli infatti farsi servo delle sue passioni e chiudere gli orecchi al linguaggio della ragione?

Tal cosa è indegna d'un saggio, anzi d'un uomo in generale, a cui è debito insorgere contro i cattivi suggerimenti delle passioni

3-4. L^3 *Me omettono* moribus - et 4. N^1 *per* et *dà* etiam 7. L^3 *dopo* scientiam *dà* et 10-11. N^1 *omette* que *dopo* michi *e dà* iocundum 22. L^3 *Me* extimat. 30. N^1 sint

(1) Cic. *Ad Brut.* I, 1.

(2) Identiche dichiarazioni egli aveva fatto fin dal 1369 al genovese Bartolomeo di Iacopo; cf. lib. III, ep. x; I, 79.

(3) E ne die' bella prova coll' epistola xviii di questo libro.

ed abbracciar invece quelli della ragione dopo un sereno esame, che però non dee istituirsi mentre gli istinti prevalgono e sconvolgono l'animo, giacchè allora questo è sordo alla voce della giustizia e dell'onestà.

illi suggesserint, velut in senatu, contrarias in partes disceptando discutere et quod vera persuaserit ratio sequi. nec tamen examen hoc assumere debemus, cum appetitus effervet, cum estuat passio, cum motuum illorum tumultus instant. non est tunc ratio sui compos; cuncta tunc turbida, nec agitata solum, sed agitantia; ut tunc non possit rectum aliquid mens invenire vel ab extra percipere, nec plus audiat vel inveniat rationem quam imminente naufragio mediis in fluctibus et procellis attonitus nauta vel pastor ardentium undique nemorum crepitante circunseptus incendio, flammarum urgente corona, posset intelligere monentium voces vel qualiter se explicet reperire.

Or pensi egli se quanto gli fu riferito, posto che risponda al vero, sia tale da indurlo a spezzare i vincoli del loro affetto antico, a privarlo de' suoi colloqui, delle sue visite, a portargli via il libro, del quale faceva eseguire la copia.

Son questi i doveri di quell'amicizia, della quale si vanta sì diligente cultore,

o non piuttosto atti degni di chi la tenga in non cale?

Cogita parunper, mi Iohannes, etiam si vera fuerint que tibi per temet vel aliis suggerentibus persuasisse diceris, an talia sint que nostrum amorem debeant, ne lacerare dixerim, deterrere vel turbare, quod tam diu pedem a congressu linguamque a colloquiis, quibus te teste tam avide fruor queve singulare sunt amicorum officium, debueris continere, quod liberalitatem tuam in edendo librum, quem non parva iam ex parte transcriptum nosti, in animum tuum ascendere debuerit non explere. cogita tecum ista parumper, precor; an, ut tuis utar verbis, cum eius muneris, quod amiciciam dicimus, cuius te ipso teste colendi, servandi, statuendi atque amplificandi diligentissimus auctor sepenumero fueris perpetuusque magister futurus sis, te talem qualem fuisse foreque dixeris, deceant; an sint magisterii, quod profiteris, officium; an non potius, quod tibi non vis imputari, amicicie, dilectionis et officii desertoris. quid enim assignes, quo non deseri solum, sed rescindi dici debeat amicicia, si ista non deserunt, non rescindunt?

Replicherà Giovanni che la sua condotta fu provocata dal veder che ogni famigliarità e benevolenza era venuta meno ne' rapporti loro,

sed inquis: cum viderem in familiaritate nostra rationem omnem iocunditatis et benivolentie prime non consopitam modo, vitio nescio quo, sed prorsus expiravisse, contraxi, fateor, pedem meque in hanc solitudinem et habitationis et vite tanquam in arcem tu-

1. N^1 *omette* in *dopo* contrar. 4. L^3 montium 9. L^3 N^1 *Me* crepitanti 10. L^3 *Me* possit 11. L^3 *Me omettono* se 13. L^3 *Me dànno* ab *dopo* vel *Me* sunt 15. pedem] *Me* gradum 16. N^1 te teste avido *(sic) omesso* tam 20. L^3 *Me* parum 21. *Me omette* cuius 26. N^1 disertoris *Me* discitoris *ed* assignas 27. *Me* rescidunt 29. L^3 *Me* ac 30. L^3 se

tissimam contuli, putans immanitati fortune vim ipsam seviendi nullo pacto securius aut fortius subtrahi posse quam fuga civilium occupationum et populi vitatione. hec verba tua sunt. in quibus libet tecum tanquam secreti tui testibus paululum immorari.

5 Principio quidem unde vidisti, carissime mi Iohannes, non consopitam modo, sed prorsum expiravisse rationem omnem iocunditatis ac benivolentie in familiaritate nostra? nunquid, cum duo simus, tibi contigit ut mea familiaritas iniocunda tibi videretur benivolentiaque desineret, qua me solebas amplecti? si 10 fuerit hoc, non quero causam. licuerit tibi profecto quod libuit, quandoquidem voluntatum nostrarum domini sumus et sufficiat sitque satis pro ratione voluntas (1). unum tamen nec fatebor nec tu, si pergas et perstes, invenire poteris vel probare, me videlicet novi quicquam commisisse dicto factove, quo, si, ut fateris, in 15 amiciciam veneras, contrahere pedem debueris. quid feci, mi Iohannes? noli imaginationibus tuis, noli relationibus aliorum, si quos is labor occupat, credere. compertum, non imaginatum, non relatum habeas decet, ut discedendi causam ab amico iustifices. multa quidem suspicari presumereque solemus ac possumus que 20 non sunt. turpe vero quidem est ab amicicia certa discedere per ea que nec certum habeas nec clare valeas demonstrare. solida quidem et constans res est amicicia queve, cum semel contracta fuerit, nec temere nec sine maxima causa deserenda sit. nosti penes Valerium nostrum quanta moderatione Plato restiterit ac-25 cusatori sui disciplui Xenocratis, quem cum de Platone impie locutum apud eundem magistrum suum affirmaret et constantissime criminaretur, increpuit incredibilitate quadam auctoritatem delatori detrahens, usus coniectura, que raro fallit, inquiens non esse verisimile quod, cum Xenocratem diligeret, amoris vicem 30 non exhiberet; tandemque in accusatione perseverantem summovit, cedendum etiam maledictis amici iudicans; quoniam nisi sibi con-

sicchè egli stimò non poter ovviare in miglior modo ai colpi dell'avversa fortuna se non riducendosi a vivere solitario, lungi da ogni civile consorzio.

Ma donde ha egli potuto arguire che la loro amicizia si fosse attiepidita?

Se a lui avvenne di giudicar sgradita la sua compagnia, egli nulla ha da obbiettare.

Pure gli domanderà d'additargli in che abbia demeritato verso di lui.

diatorem Dei et hominum, testatus est [1]; nec simpliciter veritas, sed omnis veritas, vera et infinita ac germana veritas, fons, scilicet, germen et origo omnium veritatum. quicquid extra eum queritur vanum est et summa stulticia. nullum autem verum 5 extra Deum est, ut qui verum querit sine dubio Deum querat, qui plenitudo sit consumataque congregatio veritatum. quamobrem non arguas fratrem tuum, quod querat inter fabulas veritatem. nullum enim dicendi genus maius habet cum divinis eloquiis et ipsa divinitate commertium quam eloquium poetarum. 10 quod adeo verum est, quod qui psalmos fecit, sive David solus sive forsan et alii, quos referre supersedeo, componens psalmos, versibus, quod proprie proprium poetarum est, illos curaverit alligare. apud Hebreos quidem trimetro sunt et tetrametro scripti versu. sunt et alia plura composita versibus in sacris litteris, 15 ut cantica quedam et maxima ex parte I o b. quin et T h r e n i Ieremie scripti lege metrica referuntur [2]; ut nimis leviter, ne dicam iniuste, legentes poetica mordeamur putemurque veritatem anxie requirentes sic Deo adversi, quod quasi non videamur posse salvari. sed Deus centrum est infinitis circunferentiis coexi- 20 stens, cui, cum ubique sit, nulla propior nullaque distantior dici potest. non est, ut forte putas, tanta vivendi differentia, quod qui religionem elegit non aliquando, et utinam non multotiens!, longinquior sit a Deo quam qui videntur inter hec secularia periclitari. mens est que Deo coniungitur et de quocunque statu 25 vite clamaverit, quoniam ipse nusquam abest, invenit illum, ad quem solum omnis creatura cogitur suspirare. memento, carissime mi Iohannes, quod ex apostolorum choro Iudas dam-

nè semplicemente la verità, ma ogni verità, vera ed infinita, fonte ed origine di tutte le altre, talchè chi si propone rintracciar il vero, è forza che cerchi Iddio.

Non lo rimproveri dunque se in mezzo alle favole vada in traccia del vero.

La poesia ha caratteri divini; e Dio stesso per bocca del salmista usò poetico linguaggio

e poeticamente scrissero Giobbe e Geremia le composizioni loro.

È dunque atto di colpevole leggerezza accusare gli studiosi della poesia di sprezzare la salute dell'anima.

Poichè Dio è dovunque, avvien spesso che a lui più s'accosti chi vive tra i pericoli del mondo che non colui il quale si è segregato in un chiostro.

La mente, non già il corpo, si congiunge a Dio, e può farlo in qualunque luogo e da qualsivoglia stato.

2. *M-D omette* vera 3. *Innanzi a* germen *M-D dà* et eum] *M-D* cum 10. *M-C per* adeo *dà* vero 12-13. *L³* allegare 13. apud] *M-C* ad *L³ dà l'* i *finale di* scripti *in rasura.* 17. *Me M-C* putemusque 18. *M-D* a Deo aversi *Me M-C* Deo adverso 19-20. *Me M-C* coestens *(sic)* 21. *M-D* distantia 23. *Me M-C* longior – videtur 24-25. *M-D* vite statu 25. quoniam] *M-C* quam *Me M-C* inveniet *M-C* illuc

(1) Cf. s. IOHANN. XIV, 6.

(2) Cf. s. HIERON. *Div. Biblioth. pars prima, ordo III, Hagiograph.*, Praef. in librum Iob in *Opera*, IX, 1140 sg.; e per altri passi di lui e di santi padri concernenti la ritmica ebraica v. R. CORNELY, *Historia et critica introductio in U. T. libros sacros* in *Corpus Script. sacrae pars prior*, vol. II, 2, Parisiis, MDCCCLXXXVII, p. 14 sgg.

natus sit et ex latronum turba Dymas in Christi passione salvatus, ut nullus ex sanctissime vite professione presumat nec ex pessime conversatione desperet. tutius est, fateor, a mundi rebus quantum possumus elongari, ut tu, me non impulsore, sed hortatore, fecisti (1). nam, quanvis ubique Deus presto sit, nos tamen, in quibus agi debeat illa coniunctio, remotiores simus in dispositione mentis, quam habeamus aliis occupatam. nec Hieronymum velim obicias, cum nec Augustinum subcoetaneum suum nec aliquem ante vel post ipsum legas similiter monitum vel argutum (2). ille quidem, qui fuerat ad tradendas divinas Scripturas latinitati per translationis officium ordinatus, taliter admonendus fuit; cum contra divus Aurelius, ad confusionem Gentium destinatus, a secularium litterarum studio nunquam fuerit deterritus, quoniam ipsis carnalem civitatem erat instrumentis et Gentilium testimoniis eruturus. quid scimus, mi Iohannes, ad quid et ego dirigar et reserver? hoc unum mecum scias velim: dum illa fabulosa lego dumque tectam falsitatibus invenio veritatem, dum elegantiam locutionis admiror, me semper gratias agere divinitati, nichilque michi, si quid bene dixisse michi videor, imputare, sed illi solum, a quo video et in me sentio cuncta fieri. nec me putes unquam ad inanis fame gloriam, ut sentire te video, laborasse, sed cupiditate sciendi communicandique quod Deus tradidit; ut aliis et posteris, sicut alii nobis suisque temporibus profuerunt, sic aliquid et ego prodessem; quod michi videtur scientibus non minus debitum, quam agricolis arbores serere, que pervenire debeant ad nepotes. tu; quod sancte rusticitatis est (3); solum tibi prodes; ego michi prodesse conor et aliis. tu forte confratres et socios tuos sanctitate vite mones exemplo; ego proximos meos invito iuvoque quod discant et illis, que flagitiosa

Nè con ciò vuol negare che la vita solitaria presenti minori pericoli della secolare.

Se san Gerolamo poi ebbe rimproveri perchè troppo fervente ammirator degli scrittori pagani, ciò fu per la ragione ch'egli era riserbato all'ufficio di tradurre le divine Scritture;

a s. Agostino invece, destinato a confutar i Gentili, tal rimprovero non venne rivolto mai.

Or chi sa quali disegni abbia Iddio sopra di lui? Questo basti dir pertanto che pur mentre ei si diletta nelle invenzioni de' poeti, sempre col pensiero rimane fisso nella divinità,

sempre brama di essere utile agli altri e di trasmetter loro que' doni di cui Dio gli è stato largitore.

Mentre Giovanni pensa a se solo, o al più cerca colla santità della vita edificar i suoi confratelli; egli invece vuol comunicar agli altri tutto

2. *M-D M-C* pessima 12. *M-C omette* contra 13. *Me M-C* fuerat 18. *M-C* admiro
27. *Me M-C omettono* tu forte 29. *Me M-C* quo

(1) Cf. a questo proposito lib. VIII, ep. XXI; II, 462 sg.

(2) Allude alle battiture inflitte da angeliche mani dinanzi al celeste tribunale a san Gerolamo, accusato, come lasciò scritto ei medesimo (ep. XXII), d' esser non cristiano, ma ciceroniano.

(3) Cf. s. HIERON. *Ep. ad Paul.* LIII in *Opera,* I, 542.

sunt, depravata consuetudine non intendant, ut, cum militare didicerint intellectui, fugiant dulcedine corruptibilium irretiri. in quibus quidem propositis quantum profecerimus, Deus novit; quantum proficere voluerimus, tu de te et ego de me novimus. 5 unum audacter affirmem, quod hucusque me propositi mei non piget, licet agnoscam institutionem vite mee potuisse magis extra mundi salebras me fundasse. sed, cum Deus propinquus sit atque propicius, non despero, licet nimis post mundum abierim, quin imperfectum meum agnoscens, me, sicut hucusque benigne tolerat, 10 misericorditer non et iuvet.

quanto sa, perchè aspirando alla scienza, spregino i vani diletti del senso. Quali frutti abbian entrambi ricavati dal loro proposito, Dio il sa; pure egli afferma francamente che non si pentì giammai d' aver fatto quel che ha fatto e confida che Dio gli userà misericordia.

Vale et ora pro me. et si quid forte de responsione displiceat mea, refellas, obsecro. sicut enim verum aliquod addiscere sum contentus, sic videbis quod respondere rationabiliter sim paratus. iterum vale. Florentie, undecimo kalend. octobris.

Se non trova che i suoi argomenti siano efficaci, li oppugni. Ei non ricusa nè d' imparare nè di discutere.

15 XXI.

A Malatesta di Pandolfo Malatesta (1).

[P[1], c. 48 A; cod. G, II, 19 dell' Universitaria di Genova, c. 29 A (2); R[1], c. 6 B, frammentaria.]

Malateste de Malatestis.

Firenze, 25 settembre 1401.

20 Vellem, excellentissime domine, dubitationem tuam aliquid includere rationis, ut possem mentis intuitu, licet hebes sit, vel in id quod optares accedere vel saltem ei propinquius, quo satisfa-

Se alla richiesta sua si potesse col raziocinio dar adeguata risposta, ei ne sarebbe assai lieto.

5. *L3* affirmen 8. *M-C* propositus *Cod. e stampe dopo* despero *dàn* quod, *che ho soppresso.* 10. *Me M-C omettono* non et 12. aliquod] *M-D* aliquando 19. *Così P[1] R[1]; G anepigrafo.*

(1) Con particolare predilezione, seguendo anche in ciò le vestigia paterne, il magnanimo signore di Pesaro s' occupava delle antiche storie e segnatamente poi delle troiane. Già fin dal 1398 difatti egli aveva incaricato il nostro di procurargli i libri di Ditte e di Darete (cf. lib. X, ep. XVIII, p. 310 di questo volume) e due anni dopo sempre per mezzo del suo cancelliere gli domandava se stimasse più forte il figliuolo di Priamo o il Pelide; cf. lib. XI, ep. XV, p. 389 di questo volume. Ora poi, avendo deliberato di far dipingere, secondochè portava il gusto del tempo (ed il vezzo durò, com' è noto per numerose testimonianze e pe' monumenti d'arte soprav-

(2) V. nota 1 a p. 544.

Ogni qualvolta infatti ad esso è dato ricorrere, l'ingegno si risveglia, si acuisce l'intelletto

cerem, penetrare. quotiens enim ratio queritur, ea multis mediis et decoctis argumentationibus, etiamsi reperiri nequeat, vestigatur. in qua re excitatur ingenium, intellectus acuitur longeque plus

2. *G* doctis 3. *In G il* que *dopo* longe *è aggiunto in margine d' altra mano.*

vissuti, a lungo), in una sua sala le immagini d'alquanti famosi eroi al S. si rivolse di bel nuovo, ond' ottenere da lui esatti ragguagli sopra la figura ed i lineamenti del guerriero troiano. Bramoso d' appagare la curiosità del suo nobile amico, il S. si die' dunque premura di raccogliere quel poco che gli scrittori antichi offrivangli al proposito; ed è qui opportuno il considerare come per la prima volta e per opera di Coluccio anche in questo novissimo campo di ricerche iconografiche insieme alle testimonianze de' testi cari alla tradizione scolastica medievale veggansi utilizzati de' fonti fin allora inaccessi, que' mitografi greci cioè che il nostro aveva con tanta insistenza raccomandato a Iacopo di Scarperia di portar seco da Bisanzio; cf. lib. IX, ep. XVI, p. 131 di questo volume.

In quanto alla data della presente essa ci è rivelata da indizi assai manifesti. Noi udimmo già il S. sollecitare nell'ep. XIV di questo libro (p. 522) l'Angeli, che si trovava a Roma, perchè gl' inviasse copia di quel dialogo di Filostrato intitolato *Heroicus*, in cui si descrive la statua d' Ettore venerata un tempo in Ilio. E Coluccio giustificava così la sua domanda: « satisfa« cturus equidem cuidam domino qui « me requirit, scire cupio quid ille dif« finiat ». Or poichè il « signore », cui qui si allude, è fuor di dubbio il Malatesta ed il brano di Filostrato chiesto all'Angeli dal S. si trova per l' appunto in quest' epistola riferito, ne consegue ch' essa sia posteriore a quella scritta a Iacopo e quindi all'estate del 1401. Ma poichè è insieme naturale il supporre che Coluccio, non appena ebbe conseguito dall' amico quanto bramava, siasi affrettato a comunicare al Malatesta i risultati delle indagini sue, così riesce ovvio concludere che la presente sia stata scritta pochi mesi dopo quella all' Angeli e quindi nell'autunno dell' anno medesimo.

Aggiungiamo infine che in calce a quest' epistola il S. ha ripetuto alla lettera quell' elenco di correzioni da introdurre nel suo libro *De nobilitate legum et medicinae*, che già ci è occorso di veder soggiunto a mo' di poscritta alla epistola a P. Turchi, che è la XVII di questo libro (p. 528 sgg.).

(1) Il secondo codice, di cui ci gioviamo per stabilire il testo della presente, è un manoscritto cartaceo de' primi anni del secolo XV, che misura 0.215 × 0.145, di carte trentasei, tutte scritte, tranne il verso della 27, la 28 A e le tre ultime che sono in bianco. Da c. 1 A a c. 27 B esso racchiude l'Historia Daretis Frigii de excidio Troie; a cui segue da c. 29 A a 33 B l' epistola di Coluccio, mancante però dell' indirizzo. Oltrechè una iniziale messa ad oro e colori la prima carta reca nel margine inferiore, rinchiuso dentro verde ghirlanda, uno stemma, che spicca sopra un fondo rosso ornato di fregi bianchi. Lo scudo tripartito presenta delle armi a me ignote. Così il testo dell'*Historia* come quello dell'epistola sono stati riveduti da un diligente correttore, nel quale forse non sarebbe impossibile ravvisare il S. stesso; in tal caso il presente codice non sarebbe se non una copia del Darete

addiscitur quam queratur. nescio de aliis; de me vero tam volo quam possum libere confiteri longe plura me didicisse rogatum quam studio vel doctrina. nichil enim tam vehementer animum perficit quam interrogationibus respondere. cogit quidem illa 5 necessitas per multa discurrere singulaque magis quam alias ponderare, cui necessitati diligentieque quoniam coniunctum est ut respondendo doceamus, resultat preclarum quiddam, ut per hoc iter in summam excellentiam evadamus (1). unde Socratico more philosophorum princeps divinissimus Plato disputatores interro- 10 gando suos respondendi necessitate sensim in occulte inconcesseque prius veritatis lumen et noticiam inducebat; quem morem adeo Stoici susceperunt, quod ferme semper interrogationum violentia quicquid premitterent confessione respondentium extorquerent.

e s'apprende assai più di quanto s'intendeva imparare. Così almeno accadde sempre a lui;

e del resto per via di interrogazioni erudivano i discepoli loro Socrate e Platone;

e l'usanza fu dagli Stoici osservata.

15 Interrogatio vero tua, clarissime domine, cum nichil habeat quod rationum nexibus explicari queat, de hystorie fide pendet et auctoritate scriptorum est, si fieri poterit, declaranda. in qua quidem re, cum duos habeamus auctores, gnosium Dictym phrygiumque Dareta, tacuit omnino grecus ille quod queris; alter vero 20 troianus paucissimis habitum Hectoris explicavit. inquit enim Hectorem fuisse blesum, candidum, crispum, strabum, pernicibus membris, dentibus albis, vultu venerabilem, barbatum, decentem coma, ducem bellicosum, animo magnum, in civibus clementem, benignum et amori aptum. hec Dares (2). Homerus autem dicit

Ma ciò che Malatesta brama sapere solo dalla storia si può apprendere.

Or de' due autori che di ciò trattano, l'uno, Ditte, sulla figura d'Ettore nulla dice; Darete poche cose ne ha tramandate;

nè di più serbonne Omero.

5-6. *A ponderare s' arresta l'epistola in* R^1. 18. $G\ P^1$ Ditem

che Coluccio aveva preso l' impegno di procurare al signor di Pesaro, alla quale avrebbe fatto unire l' epistola sua. Sulle vicende del manoscritto basterà dire che, uscito dalla libreria del conte Ercole De Silva, di cui offre ancora l'*ex-libris,* per passare in quella del bibliofilo Carlo Morbio, fu alla morte di quest' ultimo messo in vendita dalla casa List e Francke di Lipsia ed acquistato quindi dietro nostro suggerimento dall' Universitaria di Genova. Cf. *Catalogue d'une collection précieuse de mss. et de livres* &c., Leipzig, 1889, p. 39, n. 350; Hoepli, *Catalogo d' incunaboli, manoscritti* &c., n. 59, Milano, 1890, n. 390.

(1) È questo un concetto che ritorna spesso sotto la penna del S.; cf. per non citare che un esempio l'ep. xvii di questo libro medesimo, p. 533.

(2) Daret. Phrygii *De exc. Troiae hist.* cap. xii. Nelle più recenti edizioni il brano qui citato offre numerose varianti.

Presso i Latini poi il solo Guido delle Colonne in quel suo libro detto volgarmente il *Troiano*, apocrifa compilazione, di ogni autorità sfornita, descrive abbastanza minutamente le qualità fisiche e morali dell' eroe troiano. Da lui e da Darete pertanto

eum fuisse terribilem et alte vocis, fortissimum, bellicosum, magno corpore (1). aliud autem apud Latinos non memini me legisse, nisi penes Guidonem de Columna Messana, qui, Dictym Daretaque secutus, librum, qui T r o i a n u s vulgo dicitur, ex duabus illis hystoriis compilavit et ex duobus apocryphis unum fecit, quem omnes quos eruditos vidi floccifaciunt, utpote carentem tam gravitate quam fide (2). si tamen illo delectaris, facile poteris invenire quod velit octavo libro primogenitum Priami regis Hectorem omnes etate sua virtutis potentia superasse; balbutientem paulum in loquela; quod et Dares voluit, asserens eum blesum; habuisseque membra durissima, sustinentia pondera magna laborum, magnum forma, nec Troiam unquam tanti vigoris hominem produxisse; magnanimum multaque repletum nube pilorum; nec unquam verbum iniuriosum aut indecens protulisse; nunquam ei tediosum laboribus bellorum incumbere nec solitum martis sudoribus relassari; plusque dilectum a subditis quam aliquis alius in regno suo fuisse tradatur (3). ex quibus Guidonis et Daretis

1. eum] *P*I cum *G* terribilis 3. *G P*I Ditem 4. *G* vulgũ 6. *P*I upote; *il* t *che manca fu aggiunto sopra d' altra mano.* 17. *G* traditur

(1) Gli epiteti consueti d' Ettore presso Omero sono infatti « ἀνδροφό-« νος », « μέγας », « κορυϑαίολος », « ὄβρι-« μος », « βοὴν ἀγαϑός » (*Il.* LXIX, 123; LXX, 671); « πελώριος » (XXX, 819) &c.

(2) Come si vede il S. non aveva alcuna notizia dell'esistenza del *Roman de Troie* di Benoît de Saint-More; sicchè, prestando fede alle menzognere asserzioni di Guido (cf. però GORRA, *Testi inediti di storia troiana,* Torino, 1887, p. 118 sgg.), stimava che costui non avesse attinto ad altri fonti che non fossero i libri famosi di Ditte e Darete. Quali sian poi gli eruditi ch' egli afferma dividere il suo dispregio per l'opera del giudice messinese, che pur godette di sì larga popolarità, non saprei dire; certo è ad ogni modo che a lui spetta il vanto d' aver per primo nettamente dichiarati apocrifi que' due volumi dai quali il medio evo aveva derivato ogni sua cognizione della leggenda troiana. Cf. altresì NOVATI, *Istoria di Patrocolo e d' Insidoria,* Torino, 1888, p. XVII sgg.

(3) Ecco le parole stesse di Guido, che ricaviamo da un buon codice del *Troianus,* l'Ambros. A 264 inf., membranaceo del sec. XIV, di carte ottantatre, in foglio, c. 31 A-B, cap. CXII: Q u a l i t e r a c t o r d e s c r i b i t c o l o r e s e t f o r m a s q u o r u n d a m e x G r e c i s & q u o r u n d a m e x T r o i a n i s: « De filiis itaque regis « Priami nullus fuit qui tanta animosi-« tate vigeret, sicut primogenitus eius « Hector. hic fuit ille qui suo tempore « omnes alios in virtutis potentia supe-« ravit. parum vero erat balbutiens in « loquela; habuit membra durissima « substinentia pondera magna laborum;

verbis quantum ad Hectorei corporis habitum, quem scire cupis, attinet, videre potes heroem illum fuisse statura magnum, colore candido, capillo crispo, decente coma, vultu venerabili, barbatum, strabum oculis et, si credendum putas esse Guidoni, pilorum nube
5 repletum. quibus pro latinorum scriptorum inopia nec satisfacere possum uberius nec tu non debes remanere contentus.

qualche dato si può attingere,

ma scarso e d'assai poco valore.

Verum, quia Grecorum unum perceperam, Philostratum nomine, Samium vero tam origine quam gente, librum fecisse De deorum imaginibus et heroum, curavi non difficultate mo-
10 dica librum illum habere [1] et per virum optimum dominum Leonardum Cecchi de Aretio, studiorum meorum emulum et lepidum socium, qui paucis annis non mediocriter ex Grecorum fontibus hausit, feci diligenter inquiri si possemus affectioni tue plenius aliquid exhibere; tandemque duobus in locis repertus est
15 auctor ille fecisse specialiter Hectoris mentionem. uno quidem loco, quo verbis translatoris utar, sic locutus est: audi igitur, quandoquidem id commodum esse arbitraris, me diligenter imaginem Hectoris referentem. est enim in Ilio posita, semideo similis, plurimaque pre se fert, cum quis recte animadvertit. nam
20 multi sese existimare videtur et vehementiam quandam ostentare atque hylaritatem et cum deliciis admixtum robur. et est eius forma sine ulla coma, adeoque vivus spiransque videtur, ut sepe intuentem ad se tractandum alliciat. est autem hec statua celeberrimo loco Ilii constituta et plurima bona publice privatimque

Rammentando però come Filostrato Samio nel suo *Eroico* avesse descritte varie divinità ed insieme con esse parecchi eroi, da Leonardo Bruni egli ha fatto esaminare quel libro e vi ha rinvenuto due passi che fanno bene al caso.

Nell'uno infatti l'autor greco descrive la statua d'Ettore, che si venerava in Ilio,

16. P^{I} *dà* quo *aggiunto in margine d'altra mano.* 18. P^{I} illo 20. P^{I} videntur
21. *G reca* cum *aggiunto d'altra mano in margine.*

« magnus erat in forma; nunquam tanti « vigoris virum Troia produxit neque « magnanimum; multa repletus nube « pilorum. nunquam verbum iniurio- « sum aut indecens ab ore eius exivit; « nunquam sibi extitit tediosum labo- « ribus incumbere preliorum; nullis « enim sudoribus bellicis laxabatur. « nunquam legitur aliquem in aliquo « regno fuisse qui tantum a suis re- « gnicolis amaretur ». In questa descrizione delle qualità fisiche e morali d'Ettore, Guido naturalmente segue molto davvicino il troviero francese; cf. infatti *Roman de Troie*, ed. Joly, vv. 5293-5360.

(1) Cf. l'ep. XIV di questo libro, p. 522. L'Angeli aveva dunque mandato a Firenze non già la versione richiestagli da Coluccio, ma addirittura il testo. A quanto pare poi il S. non sapeva che esistesser due opere di Filostrato e faceva una cosa sola del dialogo *Ἡρωικός* e delle *Εἰκόνες*.

operatur. quam ob rem et vota illi fiunt et certamina, quibus ita quandoque incalescere et velut in ipsa pugna esse visa est, ut etiam sudore manarit. hec ex Philostrato Leonardus [1]. et cur reliqua non sumpserit excusans, inquit: subdit deinceps alia miracula, que, quoniam michi supra fidem visa sunt et plane 5 grecula, omisi. ex alio verum eiusdem auctoris loco de Hectore disseruisse in hanc sententiam repertus est: Homerus quidem inquit Hectorem terribilissime omnium hominum prospicere solitum cum pugnabat maximeque exclamare. erat autem Hector Aiace minor, sed non inferior bello. qua in re aliquid habere 10 videbatur Achillei caloris; quod autem laceras et scissas aures haberet, non palestra id effecerat, que sane sibi barbarisque erat, ut ipse idem quodam loco testatur, incognita, sed certamen cum tauris et feris, quibus etiam vulneratus resistebat, nec cornua nec aliarum belluarum impetum metuens; hocque genus exercitationis 15 bellis optimum reputabat. mortuus autem est, ut refert Protesilaus, annos triginta natus, non fugiens nec manus Achilli tendens, ut finxit Homerus, sed solus extra menia manus conserens, inito cum Achille certamine, ab eo post longam pugnam occisus et currui alligatus exanimis tractus est [2]. ex quibus Philostrati 20 verbis habemus Hectorem sine coma fuisse, semideo similem, vehementem et hylarem, delicatum et robustum; habemus et eum terribilis intuitus ac auribus laceris. quod autem capillamentum absciderit dicit idem Philostratus fuisse causam Helene raptum et ornatum Paridis, ne fratri similis instruere mulieribus insidias 25 videretur [3]. quibus autem uteretur vestibus nullus refert. tu vero non incongrue de Virgiliano carmine poteris hoc mutuari:

nell'altro riferisce parecchie notizie che sopra il figlio di Priamo ed i suoi bellicosi esercizi aveva narrato Protesilao al vignaiuolo suo cultore.

Di qui riesce dunque possibile raccogliere migliori elementi a rappresentar l'immagine d'Ettore;

per ciò che spetta poi al suo abbigliamento soccorrerà Virgilio, laddove descrive le vesti de' Troiani.

Vobis picta croco et fulgenti murice vestis

. . . .

Et tunice manicas et habent redimicula mitre [4].

2. *G dà* quandoquidem *nel testo; ma in margine il correttore, che sopra* quandoq. *scrisse* alias, *compì la postilla aggiungendo* quandoque et - ipsa] P^{I} ut velut in in irã *(sic)* 9. *G dà* que *dopo* max. *aggiunto dal correttore in interlinea.* 10. P^{I} *dà* non *aggiunto in margine d'altra mano.* 12. *G* efferrat 15. *G* hoc quoque 17. P^{I} Achillis 20. *Dopo* alligatus P^{I} *dà un* & *(?)*

(1) PHILOSTR. *Heroic.* III, 21.
(2) PHILOSTR. *Heroic.* XIV, 1-2.
(3) PHILOSTR. op. e loc. cit.
(4) VERG. *Aen.* IX, 614-16.

nam et de donis Enee, quibus Latinum donatum Virgilius scribit:

> Hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis
> More daret populis, sceptrumque sacerque tiaras
> Iliadumque labor vestes (1).

5 et post aliqua subdit:

> nec purpura regem
> Picta movet &c. (2)

ut colligi possit Hectorem usum fuisse purpureis vestibus, sicut et reliqui Troianorum, intertextis croceo colore vel auro, sicut
10 reges. quantus autem facie, hoc est statura, fuerit, nusquam legi nec putem aliquem describere posse, nedum teste celebri, sed etiam apocrypho vel obscuro. magnus autem omnium testimonio fuit, ut si feceris statura non gigantea, sed hominis magni proceritate depingi, non possis argui quod a veritate discesseris.

In quanto alla statura dell' eroe, niuno ne dà contezza, ma ch'ei sia stato di grande corporatura

15 refert tamen Philostratus, de quo supra tam multa notavi, temporibus Hadriani maris estuantis fluctus Sygei littoris latus exedisse vastitate non modica detexisseque sepulcrum Aiacis, quod patebat decem et octo cubitorum longitudine (3); que mensura capit brachia tredecim cum dimidio; ut staturam Aiacis non pro-
20 priam, sed estimatione quadam ex sepulcri magnitudine liceat coniectari. satis enim probabiliter credi potest tante molis extrema capita crassitudine sua duos cubitus implevisse, ut restet Aiacis corpus duodecim brachiorum; mirum quidem difficillimumque putatu. sed quis hoc non concesserit qui legat quo tempore
25 Romani Creta potiti sunt fluviorum impetu submota profunditus tellure cadaver humanum fuisse repertum triginta trium cubitorum magnitudine, que ferme protenditur ad longitudinem vigin-

si può dedurre da quel che delle ossa trovate nella tomba di Aiace racconta Filostrato,

e di quelle uscite dal sepolcro d'un altro eroe, scoperto in Creta, narra Solino.

3. *G* dare; *il* t *finale aggiunto dal correttore, e poi* populiis *P*I sacrumque 7. *P*I monet *(?)* 9. *P*I intertestis (x *sopra la* s)*; l'* x *d' altra mano.* 16. *G* exest.

(1) Verg. *Aen.* VII, 246-48.

(2) Verg. *Aen.* VII, 251-52.

(3) Cf. Philostr. *Heroic.* II, 3, dove però non è detto, come qui afferma il S., che il sepolcro d'Aiace avesse la lunghezza di diciotto cubiti; bensì, avendolo disfatto il mare, « ὀστᾶ δ' ἐν « ἀυτῷ φανῆναι καθ' ἑνδεκάπηχυν ἄνθρω- « πον ». O il testo di cui il nostro si servì era quindi corrotto o il Bruni non seppe renderne esattamente il significato.

tiquatuor brachiorum? cuius rei Metellus Creticus et L. Flaccus increduli miraculo moti videre presentiam voluerunt, quodque recipere noluerunt auditu, visum oculis, testes fidissimi, cunctis audire volentibus tradiderunt, si credendum putas Iulio Solino, qui pro fide tam singularis hystorie in testimonium eos adducit[1]. Plinius autem Veronensis, ni forte codex meus corruptus sit, septimo librorum Naturalis hystorie refert, ut eius utar verbis: in Creta terre motu rupto monte inventum esse corpus quadragintasex cubitorum, quod alii Orionis, alii Osii fuisse tradiderunt[2]. ut inter tante vastitatis humana corpora impossibilis reputari non debeat illa, quam Aiacis coniectari possumus, magnitudo de protensione sepulcri; ut credere fas sit Hectorem extitisse paulo minorem, non quod velim aut placeat Hectoris picturam fieri decem vel undecim brachiorum; esset enorme nimis simulacrum et prorsus magnitudinis monstruose. sufficiet enim si magna statura et parum ultra communem hominum modum talis effigies designetur.

Alla testimonianza del quale è da aggiungere quella ancora di Plinio.

È lecito dunque concludere che anche Ettore sia stato di gigantesco aspetto.

Hec habui que circa tuum quesitum certa ratione referrem. si quid autem tibi dubitationis superest vel occurrat, non sit grave rescribere. michi quidem gratum erit, dummodo satisfaciam, obedire.

Tanto e non più ha potuto raccogliere in suo servigio.

Ceterum credo quod libellus De nobilitate legum et medicine penes te sit. timeo ne sit in illo scriptoris error, quem in aliquibus repperi. capitulo quidem quinto, quo de speculativa disseritur dignitate, ferme circa medium scripsi: gloria quidem, quoniam re manifestum efficitur quod id possit; iusticia vero, quoniam id non dedit; ubi scriptum est non debuit scribi nobis; ut sit sensus: iusticia vero, scilicet apparet, quo-

Lo prega di far introdurre alcune correzioni e modificazioni nel testo del *De nobilitate legum et medicinae*; e cioè nel quinto,

2. P^I uluerunt*; l'* o *aggiunto in interlinea.* 10. P^I *dà* impossibilis *corretto d'altra mano in* impossibile 11-12. *G* P^I magnitudinem 14. P^I esse*; il* t *finale aggiunto d'altra mano in interlinea.* 23. P^I *omette* penes - vale *(p. 551, r. 20).* 24. *G dà* quo *aggiunto in margine dal correttore.*

(1) Cf. C. I. Solin. *Collect. rer. memor.*, ed. Mommsen, I, xc-xci, p. 25 sg.

(2) C. Plin. *Natur. hist.* VII, xvi, 1. Ma il testo dà « est » e non « esse » e dopo « corpus » aggiunge « stans » e invece di « tradiderunt » reca « arbitrabantur ».

niam id nobis dedit qui sic omnia tradit libere, quod iustissime valeat et non dare (1).

In nono vero capitulo De legum inventoribus et medicine, ubi feci de Catonibus mentionem, Censorium et Uticensem nescio quo errore confuderam; quod admonitus ab optimis fratribus meis Leonardo de Aretio et Nicolao Bonaventura ad hunc modum adiectione modica mutationeque brevissima castigavi: nam, ut cetera sileam, tanta fuit primi Catonis, licet a Tusculis Romam ascitus in civem esset, admiratio, quod novum civem populus romanus consulem fecerit et, quod singularius fuit, censorem, quem magistratum tanta gessit integritate, ut peculiariter Censorius dici mereretur, talique pronepos eius Uticensis reverentia cultus fuit &c. (2)

nel nono

Ceterum ultimo capitulo prope finem claritudinis et perspicue sententie gratia corrigendo rescripsi: si quid vera potest ratio mecum in nichilo vel saltem in paucissimis, si recte sentiant, dissensuros (3).

e nell'ultimo capitolo.

Fac igitur, obsecro, librum tuum corrigas et ut exemplar et exemplata, si qua sunt, cura moneque ut illis tribus locis fideliter corrigantur. vale. Florentie, septimo kalendas octobris.

Tuus, si quid est, Colucius de Salutatis cancellarius florentinus.

XXII.

A Pietro Turchi (4).

[N[I], c. 147 B; R[I], c. 14 B.]

Petro Turco.

Cupis, vir insignis, fili karissime, imo, quo verbis utar tuis, incredibili desiderio cupis ex me scire quomodo valeam idque tibi non alienis, sed meis scriptionibus indicari. risi mecum,

Firenze, 17 ottobre 1401.

Rise seco stesso dell'ardente desiderio che l'amico dimostra di ricevere sue nuove.

16. *G* sentiat 19. *G dà* que *dopo* mone *aggiunto in margine ed omette* ut 21. *P[I] omette la sottoscrizione.* 25. *Così N[I] R[I].* 28. *N[I]* indicare *R[I]* iudicare

(1) Cf. p. 532.
(2) Cf. p. 532.
(3) Cf. p. 533.

(4) Mentre Coluccio affidava a Donato dell'Antella, che per ricondursi a Pesaro sua consueta dimora passava

Chi difatti può possedere sicura contezza dello stato in cui sia e come si trovi?

dilectissime fili, vanos affectus tuos. quis enim novit quo statu sumus et qualiter valeamus? quot legimus quotque videmus, experientia teste, quotidie subitis et imprecognitis inexpectatisque

La morte, e ne dan fede le istorie, coglie improvvisa L. Cesare, mentre si calza, Sofocle nella gioia del trionfo, Scipione la sera stessa del giorno in cui ha conseguito le più alte onoranze,

mortibus interisse? L. Cesar, C. Cesaris dictatoris pater, dum matutinus calceamenta cubitu surgens indueret, expiravit (1). Sophocles tragicus, expositi poematis elegantia victor, magnitudine gaudii correptus, occubuit (2). Africanus posterior ex frequenti senatu a populo romano federatisque Latinis, comitante ipso senatorio cetu, domum honoris gratia perductus, soporem, quem letus iniit, eterno somno violenteque mortis acerbitati coniunxit (3).

Eschilo, che la fugge, nell' aperta campagna.

Eschilus etiam poeta, cum ei predictum esset ex ruina certa die mortis sibi periculum imminere, urbem qua degebat exivit et capiti eius ameno loco ruine casum precaventis aquila supervolans testudinem, quam ferebat, frangere volens, illisit et mortuus est (4).

Or dacchè tanti perigli ci minacciano, come possiam noi affermare di star bene?

quis igitur, cum tot occulta mortalibus nature condicione, sicut videmus, insidientur, tot fortune latentis subiaceamus periculis, potest affirmare quod valeat, cum mox possit sine temporis intercapedine miser esse; possit etiam mortem obire? adde quod,

Ogni cosa precipita al suo fine; il tempo tutto seco rapisce,

cum mortales simus et una cum tempore dilabamur, de nobis nulla capi potest a nobis vel ab aliis certitudo; dies diem trudit, sanitatem morbus, serenum nubila, felicitatem corrumpit erumna.

sicchè vano desiderio dee dirsi il suo d'apprendere ciò che niuno può sapere.

quid ergo cupis ex me scire quod nec presens explorate possis agnoscere longeque minus, cum absens sis, nisi forsan opinatione

1. R^I effectus 4. N^I interiisse 5. N^I mñcınus *(sic)* N^I R^I calciamenta 7. N^I affrequenti 8-9. N^I ipso com. senatoris 9. cetu] R^I octii *(sic)* R^I perd. gratia 11. N^I cui - est 12. N^I per. sibi imm. 16. N^I peric. subiac. 19. una] N^I ipa 20. N^I R^I *omettono* ab 21. N^I inorbus 23. cum] N^I quod

probabilmente da Rimini, l'epistola a Pietro Turchi, che or ora si è letta (XVII di questo libro, p. 528), gli perveniva una lettera di quest' ultimo nella quale gli domandava con insistente sollecitudine sue notizie. A siffatta richiesta corrispose quindi il S. colla presente, consegnata al messo del Malatesta, alla quale, come riesce agevole ricavare dal confronto con quella che le tien dietro, non è possibile assegnare altra data che il 17 ottobre 1401 non sia.

(1) Cf. PLIN. *Nat. hist.* VII, LIV, 2. Ma L. Cesare non fu il padre, bensì lo zio del dittatore.

(2) Cf. VAL. MAX. op. cit. IX, XII, ext. 5 e PLIN. *Nat. hist.* VII, LIV, 1.

(3) Cf. TIT. LIV. *Epitom.* lib. LIX; CIC. *De amic.* III, 12.

(4) Cf. VAL. MAX. op. cit. IX, XII, ext. 2.

tenere? puto tamen me valere, cum hec scribo; videtur michi quod filiorum meorum valeat turba. mox autem, cum tabellarius hinc recesserit, potest totum plus quam mille rationibus immutari, ut, cum has habueris litteras, nos hoc temporis valuisse scire 5 valeas, non valere. non enim qualis apud leges possessio nostrorum corporum valitudo: si probes te possidere rem aliquam nunc et hactenus aliquo tunc etiam semel exacto decennio possedisse, decem annorum possessio probata est (1). qui vero nunc sanus est et post decennium sanus erit, non dicetur toto decennio 10 valuisse. alia quidem ratio est valitudinis et alia possessionis. ista quidem, semel habita, continuata presumitur; illa vero vix tempore longiusculo mansisse credetur. ut licet tamen te certifico de mea et meorum incolumitate. tu vale, precor, ut te gaudeam valuisse cum sensero. ego quidem valeo. Florentie, sexto de- 15 cimo kalendas novembris.

Ei stima tuttavia d' essere sano; reputa sani i figliuoli nel momento in cui scrive.

Pur troppo non v' è per la salute alcuna legge che assicuri il possesso!

Ad ogni modo si tranquillizzi per quanto lo concerne e provvegga ei pure a mantenersi sano.

XXIII.

Al medesimo (2).

[N[1], c. 150 A; R[1], c. 14 B; Shepherd - Tonelli, *Vita di Poggio Bracciolini*, Firenze, 1825, to. II, Append. n. 1, pp. III-IIII, da R[1].]

20 Petro Turco.

Firenze, 18 ottobre 1401.

Nichil minus, vir insignis, fili karissime, quam nunc tibi scribere cogitabam; satis enim erat quod heri per communis domini tabellarium et nonis septembris per Donatum nostrum de

Non pensava nè punto nè poco a scrivergli, avendogli inviato a breve intervallo l'una dall'altra due lettere;

2. *N[1]* turba val. 4. *N[1]* tempore 20. *Così N[1] R[1]; S-T* Coluccius Salutatus Petro Turco

(1) Cf. *Instit.* II, VI, De usucapionibus et longi temporis possessionibus.

(2) È questa un'epistola che va tra le più note del nostro, poichè essa sola ha fornito sino a tempo recentissimo le poche notizie autentiche e sincrone che si possedessero intorno alla famiglia da cui nacque Poggio ed alle disgraziate vicende di cui questa a cagione dell' insipienza del suo capo fu vittima: cf. Shepherd-Tonelli, op. cit. I, 3 sgg.; Voigt, *Die Wiederbeleb.* 3 I, 327 sgg.; O. E. Schmidt, *Gian Francesco Poggio Bracciolini, Ein Lebensbild aus dem 15 Jahrhund.* in *Zeitschr. für Allgem. Geschichte* &c. 1886, Heft VI. Nè oggi ancora, dopochè A. Medin ha tratti dal R. Archivio di Stato di Firenze e divulgati nel *Giorn.*

di cui la prima per mezzo di Donato dell'Antella
Ma è forzato a riprender la penna dall' importunità d' un disgraziato, che lo prega di aiuto.

Antilla tibi scripsi (1). sed latoris importunitas exegit ut scribam. vere quidem importunus est et status eius importunitas dici potest. fortune siquidem pelago diu iactatus portum invenire

1. *S-T* Ancilla *R*[1] *S-T* import. lat. 2. *N*[1] importunius *R*[1] importunitas *per* importunus 3. *N*[1] dum

stor. della letter. ital. XII, 351 sgg., taluni notevoli documenti che concernono le pessime condizioni economiche in cui versava sullo stremo del secolo XIV Guccio Bracciolini, l'epistola nostra può dirsi scemata d'importanza; giacchè oltre a conservarci ragguagli che altrove non si rinvengono giova a mettere in chiaro come non meno del Bruni sia il Poggio andato al S. debitore de' primi incoraggiamenti e de' più amorevoli aiuti.

(1) Messer Filippo di messer Alessandro dell'Antella, dottor di leggi, che abbiamo già segnalato tra i più vecchi amici e corrispondenti di Coluccio (cf. lib. II, ep. XV; I, 39 sg.), aveva, morendo circa il 1385, lasciati in povera fortuna parecchi figliuoli, di tre de' quali, Donato, Bartolomeo ed Alessandro, ci sono conosciuti i nomi. Quando Bartolomeo avesse seguìto il padre nel sepolcro non sappiamo; ma certo è che nel 1390 egli era già defunto, perchè in una petizione, presentata il 14 aprile di quell'anno ai priori di Firenze dai fratelli suoi Donato ed Alessandro ei non figura accanto a loro. Questi dunque reverentemente esposero alla Signoria « quod anno Domini 1382 dictus do« minus Phylippus fuit descriptus in « prestantiis civitatis Flor. in vex. Cur« rus quarterii Sancte Crucis in Flo« rentia [pro] novem solidis, decem « et novem denariis, octo ad aurum; « et quod tunc aut postea dictus do« minus Phylippus non habebat nec « habuit in civitate, comitatu aut di« strictu Floren. aliqua bona mobilia « vel immobilia: unde satis de levi « considerari potest quantum iniuste « in prestantiis reductus fuit, maxime « in tanta quantitate. et tempore sue « vite de ipsis prestantiis nichil solvit « et post eius mortem etiam aliqua « soluta non est nec dicto domino Fi« lippo (*sic*) aliquis heres extitit et in « eius hereditatem fere nichil remansit « et si dicti eius filii aliquid habent, il« lud eis evenit ex hereditate materna « et ex dote uxorum eorum. et quod « quamvis ipsi filii dicti domini Filippi « dicti eorum patris hereditatem non « apprehenderint, tamen tam ob ho« norem memorie dicti eorum patris « quam ex dilectione proprie patrie « deliberaverunt aliquid solvere pro « huiusmodi prestantiis et residuis et « accactis dicti domini Filippi &c. ». La loro profferta fu accettata ne' due Consigli; Arch. di Stato in Firenze, *Provv.* n. 80, c. 33 B e cf. c. 53 A. Dopo questa menzione di Donato dell'Antella come dimorante a Firenze altro ricordo di lui non ci è avvenuto d' incontrare ne' documenti del tempo se non la sua iscrizione nelle prestanze del 1401, dov'egli figura tassato in fiorini sei, denari sei, tra i cittadini del quart. S. Croce, gonf. Carro; *Prest.* n. 7, c. 28 A. Ma forse già in quel tempo egli era passato ad abitare in Pesaro, dove lo ritroviamo ventisei anni dopo, nell' occasione in cui denunziava agli ufficiali del nuovo catasto fiorentino le sue « sostanze e « carichi ». Da quest'atto, scritto di propria mano da Donato stesso addì 3 settembre 1427, noi rileviamo pertanto ch'egli era allora in età di sessantatre anni, vedovo e dimorante a

non potest. hic est igitur, ut paucis expediar, vir opulente quondam rei familiaris, michi bonitate sua dilectus, ser Poggii mei pater, Guccius nomine, nepos olim ser Michaelis Ronghi de Terranova, qui multo tempore felicis memorie domino Galeocto servivit. hunc, precor, benignus suscipe, favoribus adiuva, consiliis dirige et, si videris bonum fore, nomine meo communi domino recommenda. calamitas eius fuit, ut in acerrimi feneratoris manus incideret; factusque de divite pauper, oppressus ere alieno, pene nudus et in desperationem adductus, patriam fugit familiamque misero patre miseram dereliquit [1]. tenuem, imo pertenuem spem habet in memoria patrui et in sola istiusce domini benignitate; aliquid in te per me sperat. tu fac, si me diligis, quod spes eius omnino non sit vacua.

È costui un uomo ricco un tempo, cioè Guccio, padre di Poggio Bracciolini e nepote di quel ser Michele Ronghi, che fu fedel servo di Galeotto Malatesta.

Ei si reca presso Carlo per cercare di migliorar le sue tristi condizioni;

e ripone qualche speranza nella memoria dello zio, nella benignità del signore, nell'appoggio di Coluccio.

3. R^1 Gucctius 4. R^1 *S-T* Galaceto 5. R^1 huic 7. R^1 *S-T* in manus 9. N^1 aduectus *corretto in* adductus 10. *S-T* derelinquit imo] R^1 uno 11. N^1 illiusce 12. N^1 eis 13. R^1 *S-T* non sit omnino

Pesaro con un suo figliuolo ventiduenne, per nome Pirro, in una casa di sua proprietà, posta « nel quartiere « di Santo Iacopo », accanto al palazzo del Malatesta; e che oltre alla casa possedeva talune terre sul Pesarese, nella corte di Pirano ed a Monteluco (Arch. di Stato in Firenze, *Catasto*, 1427, quart. S. Croce, gonf. Carro, 27, c. 299 A). Filippo, altro suo figlio, maggiore d'età, perchè nato nel 1388, abitava pure in Pesaro, nello stesso quartiere, ma in altra casa, colla moglie Proserpina e sette figliuoli; Arch. di Stato in Firenze, *Cat.* cit. 27, c. 357 A.

(1) Dall' estimo di Terranova del 1383, che ci ha fatto conoscere il MEDIN (*Giorn.* cit. XII, 352), risulta che in quell'anno Guccio di Poggio Bracciolini viveva nel pop. di San Fabiano e Bastiano colla moglie Iacopa, il figliuolo Poggio d'anni quattro ed una bambinella d'un mese appena. Egli aveva allora centoquaranta lire di sostanza: sicchè le sue condizioni economiche non erano ancora disperate. Il totale sfacelo del suo patrimonio dovette avvenir quindi negli anni immediatamente seguenti, perchè nell' estimo di Terranuova del '93 leggonsi intorno a lui queste indicazioni: « Guccio di Pogio partissi già 5 anni per debito e sta « in Arezo colla donna e tre fanciulli. « à d' estimo lire 3, soldi 2 ». Da Arezzo sembra poi che si fosse partito solo, abbandonando a loro stessi la moglie ed i figliuoli, ai quali dovette ricongiungersi solo più tardi, quando cioè Poggio, fattosi giovinetto e passato a Firenze per attendervi alla noteria, riuscì a guadagnarsi in qualche modo la vita. Grazie al figliuolo gli ultimi anni del disgraziato Guccio corsero riposati e tranquilli; del 1412 egli viveva ancora in Firenze ed aveva toccata la settantina (al solito i documenti editi dal MEDIN, loc. cit., si contraddicono, perchè or lo voglion nato nel 1342, ora nel '45).

Perchè il Turchi ne prenda più a cuore la causa ha fatto ricopiar da Poggio la sua lettera; dall'eleganza del carattere ei potrà giudicare qual sia l'uomo di cui egli raccomanda il padre alla carità sua.

Vale. quoque magis moveare iussi ser Poggio, qui patrem tibi recommendat, quod hanc epistolam preter nomen meum exemplet, ut littere forma percipias aliquid coniecture cuius hominis patri sis serviturus (1). iterum vale. Florentie, quinto decimo kalend. novembris. 5

XXIIII.

Al medesimo (2).

[P[1], c. 50 a.]

Petro Turco.

Firenze, 16 dicembre 1401.

Il Turchi è davvero intangibile, dacchè della più lieve censura s'adombra.

Intangibilis es, vir insignis, fili karissime, intangibilis es profecto 10 nimisque censura tactus exestuas, ut in te regium verbum: tange montes et fumigabunt (3), veluti verissimum impleatur. tetigi te

1. N^I *omette* vale *e dà* magis quoque N^I R^I *S-T* moneare 1-2. R^I *S-T* recom. tibi 3. N^I formam 4. R^I serv. sis N^I *omette* iterum

(1) L'abilità di Poggio come calligrafo era notissima ai suoi giorni. « Fu « bellissimo iscrittore di lettera antica », dice di lui Vespasiano da Bisticci, *Vite di uomini illustri del sec.* xv, Bologna, 1893, II, 201, « e nella sua gio- « ventù iscrisse a prezzo e con quello « mezzo sovveniva a' sua bisogni, di « libri e d'altre cose ». Ed egli stesso, fatto vecchio, così scriveva al vescovo di Como: « Fuit quondam tempus, « cum omnes ferme elegantia littera- « rum superarem; nunc aetas efficit, « ut ab omnibus videar superari »; Poggii *Epist.* lib. VIII, ep. iii, ediz. Tonelli, II, 190. Che Coluccio si sia servito più volte di lui per trascrivere de' testi antichi (cf. p. 505) è per noi cosa certa e ne daremo le prove commentando l'ep. xv del lib. XIII.

(2) Punto sul vivo dalla severità alquanto ironica di cui erasi armato Coluccio nel confutare la lettera da lui scritta a Piero di ser Mino (ep. xvii di questo libro, p. 528 sgg.), il Turchi gli rispose tentando difendere con ragionamenti più o meno ingegnosi le opinioni che vi aveva propugnate. Ma il S. non si lasciò abbagliare dalle sottili distinzioni del cancelliere riminese e rispondendogli a sua volta colla presente entrò a discutere in maniera larghissima, secondochè era suo costume, la controversia che il Turchi aveva con poca prudenza sollevata, eccitando il giovine fiorentino ad abbandonare gli studi poetici e filosofici ai quali si sentiva inclinato per accondiscendere alla volontà del padre che amava meglio vederlo intento a raggranellar de' quattrini nell'esercizio della noteria. E dacchè ci si presenta il destro di farlo, vogliamo correggere qui un errore in cui siamo caduti. Il padre di Piero, che l'Ammirato, op. cit. II, 960, aveva chiamato Domenico e che noi non meno a torto dicemmo Lorenzo (p. 423 di questo volume) ebbe invece nome ser Mino di ser Domenico.

(3) *Psalm.* CXLIII, 5.

paulisper; moxque non vulneratum modo, sed mortuum conquereris et deploras. sentis, video, si tangaris; cumque longo telo perfodias fratrem tuum et dilectum tuum, adeo non sentis quod admonitus impatienter feras nec aliter doleas et exclames quam 5 letaliter vulneratus, imo, quod mirabilius est, in morte positus. inquis enim: me miserum! vulnera patior, qui perituro necessariam contulerim medicinam; vulnera patior, qui letaliter saucio auxilium prebui salutare; quinimo mortem ipse perpetior, qui tibi filium tuum in longam noctem languentes claudentem oculos 10 vivaciter excitavi. hec verba tua sunt. sed dic, obsecro: tune perituro medicinam necessariam contulisti? cave ne potius in morbum graviorem illum, si monita tua sequatur, impuleris, qui velis eum, relicto studio, insudare familie et lucrum prosequi, quo rem augeat et genitori suo morem gerendo naturale sciendi 15 desiderium studiosus et docilis negligat et omittat. estne letaliter saucius qui mavult discere quam lucrari? estne salutare, sicut inquis, auxilium discere cupienti revocare taliter dispositum ad obedientiam patris eum ad labores lucriferos impellentis? honestum est parentibus obsequi; honestum est velle peritum 20 esse et in litterarum studiis exerceri. nec scio quid preferendum, cum parentes ad utilitatem labilium rerum impellant et natura trahat ad ea que nullis sint temporibus peritura. si scientia divitiis preciosior et honestior est, cum actus humani penes finem maxime distinguantur et inde rectius quam a principio vel im- 25 pellentibus estimentur; cum natura parens inducat ut discas, pater autem ad divitias exhortetur, cui parendum censes: genitoris iussionibus an nature? quid, si filius, naturam sequens, hac via magis ad finem quem pater intenderit veniat, quam si paternis iussionibus paruisset? intendebat genitor utilitatem ex lucro; fi- 30 lius autem summam utilitatem attigit, cum profecit ex studio. nec est aliquis adeo litterarum hostis avidusque pecunie, qui non scientiam tam spe quam precio divitiis preferendam sentiat.

Ma mentre è così sensibile ai colpi che riceve, non s' avvede punto quanto gravi siano quelli ch' egli infligge altrui.

Ei si duole d'esser stato mal compensato delle buone intenzioni che l'aveano indotto a scrivere a Pietro di ser Mino;

ma è egli ben certo che salutari fossero i suoi consigli,

che il giovine camminasse per una falsa strada, amando meglio coltivar gli studi che darsi all'esercizio d'una professione lucrosa?

Non è la scienza assai più preziosa delle ricchezze?

E se la natura sprona ad acquistar quella, il padre a procurarsi queste, sarà da incolpar chi segue piuttosto l'istinto che i paterni consigli?

1. *Dopo* vulner. *cod. reca* conquer. *cancellato.* 12. *Cod.* impleveris 14. *Cod.* gerendi natura 18. *Cod.* luciferos*; l'* r *aggiunto sopra d'altra mano.* 19. obsequi *è nel cod. aggiunto in margine d'altra mano.*

Se il padre, poco curandosi dei vantaggi avvenire che il figliuolo potrà ritrarre dagli studi,

verum, ut hominum cupido est, sepe pater lucello presenti captus, ut terentianus Sannio dixit, secum inquit:

Ego spem precio non emo (1),

preferisce un lucro tenue sì, ma pronto,

mavultque modicum, quod affert dies, tollere, quam maius aliquid, quod accedere possit incertumque, post aliquid temporis expectare. 5

non doveva il Turchi ammonirlo dell'error suo ed incoraggiare ad un tempo il figlio a proseguire l'incominciato cammino?

debuisti, ni fallor, patrem aggredi eumque quod filio rerum agendarum vacationem daret, quo posset intendere litteris, exhortari, Petrumque tuum ad studium impellere suadereque quod nature bonum, quo pollet, diligentia colat, augeat, perficiat; non deterrendi proposito, sicut facis, minuere scientie dignitatem. sed hec 10

Ma tregua ai rimproveri già soverchi per chi tanto fortemente si duole d'aver sofferto attacchi non meritati.

satis laboranti dolore vulnerum et morienti, quem onerare verbis ineptum nimis et importunum est. unum autem adiciam, quod litteram relegens meam, unde vulnera vel mortem debueris conqueri, prorsus ego non vidi.

Or tornando alla loro controversia, Coluccio rammenta come argomento di disputa gli abbia offerto l'affermazion dell'amico che non si potea dar virtù, la quale non avesse per fondamento il vizio a lei opposto.

Verum ad disputationem venio tuam, qua conaris defendere 15 quod ego plus quam rationabiliter reprehendi. dixeras etenim: quem michi liberalem dabis, si prodigus inde non effluat; si tenax avarus divitias labiles ingenita rabie non occultet? que confutans scripsi: hoc si verum sit, quicunque virtute fulgebit una duobus obscurabitur vitiis; imo, quod deterius est, in quo virtus 20 omnis erit, necessariumom fiet nia vitia convenire, et reliqua que subieci (2). quibus verissime dictis quid respondeas videamus. inquis enim: dixi non eo quidem sensu, quod unum tantum sermo reciperet, in quo liberalitas, avaricia et prodigalitas convenirent, sed ut trium personarum mentio, avari, liberalis et prodigi, 25 notaretur. o pulcram fugam; ergo vel hoc verum est vel hunc sensum tuis scriptionibus exhibuisti! de hoc tamen ultimo tu videris; ego vero non arbitror quod ad id possit rationabiliter sic contrahi, quod nequeat ad hoc aliud etiam trahi. sed sit ut vis et an quod asseris verum sit, obsecro, videamus. concludis enim 30

6. *Cod.* agredi*; il secondo* g *fu aggiunto sopra d'altra mano.* 11. *Cod.* qualem 18. *Nell'ep.* XVII, *p. 531, in luogo d'* ingenita *si legge* ingenti*; ma la lezione di* P^1 *ci sembra assai migliore e più conforme al senso dell'intiero luogo. Cf. anche p. 564, r. 28.*

(1) TERENT. *Adelph.* II, III, 220. (2) Cf. p. 531 di questo volume.

nullum quidem liberalem, si non esset avaricia, si non esset prodigalitas, haberemus. optanda igitur prodigalitas, igitur et avaricia, quo liberalitatem habere possimus. et quid? fare, precor. si sit homo quidam solitarius vel ita cum hominibus conversans 5 quod nunquam viderit vel agnorit aliquem prodigum vel avarum, nunquid esse non poterit liberalis? ergo prima, quam per excellentiam volunt auream, etas, quo tempore cuncta creduntur fuisse communia, cum nemo posset prodigere vel servare, nullos habuit liberales? et divinissimus gentilium philosophorum Plato, civitate 10 sua, quam, ut legimus in Timeo[1], cunctis virtutibus exundantem instituit et formavit, precipiens auri argentique et suppellectilis cetere possessionem cuiuspiam propriam nullam esse aut existimari licere, voluit quod in illa urbe nulli forent penitus liberales? ergo vel religione vel legibus prodigalitatem, avari- 15 ciam et omnia vitia prohibentes nullum relinquunt suis institutionibus virtuti vel virtuosis locum? ergo non posset universum humanum genus, etiam si Deus vellet, qui impossibilia velle non potest, undique virtuosum esse vel fore? ergo si pater noster Adam penitus non peccasset, nulli liberales fuissent aut aliter vir- 20 tuosi? non enim fuissent, quod ad virtutem vis exigi, vitiosi. ergo non fuit Adam, Abel aut Noe cum filiis virtuosus; nulli quidem erant alii, quibus aut virtus aut vitium posset ascribi. et, quod singulariter indignum esset, ergo prius oportuit vitiosos esse quam virtuosos, iniquos quam rectos, avaros quam liberales, 25 proditores quam fidos? que quidem quam inepta quamque sint incongrua tu videto. nam et angeli, qui non peccaverunt, naturaliter virtuosi non erant, si steterit ista sententia, nec esse potuerunt, nisi cohors illa reproba peccavisset. unum ausim dicere, quod hac sententia et opinione tua nimis turpe virtuti re- 30 linquis initium nimisque feda condicione nasci vel esse vis virtuosos, quos, ut tales sint, oporteat vitiosos veluti formulam, qua conflentur, habere et inter ipsos nasci versarique; taliter tamen

Per tal modo non esisterebbe la liberalità se l'avarizia non vi fosse.

Or come si può difendere siffatta opinione?

Un uomo solitario che vive fuor del mondo non sarà dunque liberale?

L'età dell'oro, in cui niuno era prodigo nè avaro, non conobbe liberalità?

E Platone esclude egli dalla città sua, dove tutto è a tutti comune, questa virtù?

Chi vieta di conseguenza un vizio, proibirà insieme l'esercizio d'una virtù?

Se Adamo non avesse peccato, non vi sarebbero uomini virtuosi sulla terra?

E fu dunque mestieri che il mondo fosse macchiato dai vizi, perchè le virtù vi potessero risplendere?

Tutto ciò è assurdo; e le conclusioni a cui si viene, data l'opinione del Turchi, sono del tutto incongrue.

Non così bassa è l'origine delle virtù, nè ai virtuosi, perchè divengano tali, fa d'uopo specchiarsi ne' viziosi per accorgersi della laidezza del peccato.

4. *Cod. omette* ita 5. *Cod.* qui 8. *Cod.* versare 17. *Dopo* genus *cod. reca* esse *che ho soppresso.* non] *Cod.* no *(sic)* 24. *Cod. omette il primo* quam

(1) Cf. Plat. *Timaeus,* XVIII.

quod ab eis fugiant et relinquentes extrema medium vitiorum et utrinque reductum, quod virtus dicitur, adipiscantur (1). sed an pueri recens orti translatique, sicut fide certa tenemus, post baptisma susceptum in celum non erunt omnibus virtutibus pleni, in quarum actibus solis et ipsarum auctore Deo sunt omnes, 5 qui beati fuerint evo eterno lumine vultus beatifici fruituri? nunquid sine vitiorum exemplis non possunt esse virtutes, que singulariter ad extinguendum vitia, singule singula communiterque omnes omnia, diriguntur? nunquid virtutes cum vitiis pugnature simul cum hostibus oriuntur, sicut de fratribus anguigenis apud 10 Thebas legitur atque Colchos? (2) an iam natis vitiis virtutes sic, ut illa fugiant, pariuntur? an iam nate prius quam perfecte sint ad vitia, veluti quedam confinia, quo perfici valeant, terminantur? sed hec dimittamus et solide disputationis examine duas has conclusiones aliud sumentes exordium prosequamur. 15

S' aggiunga che virtuosi non potrebbero a tal stregua stimarsi i fanciulli morti subito dopo la nascita.

Non si può dunque in alcun modo ammettere che le virtù traggano dai vizi l' origine o nascano dal contrasto con esse.

Le virtù sono in realtà infuse in noi da Dio, dal cielo o dalla natura;

Est igitur primum considerandum quod sunt a Deo, celo vel natura virtutes nobis infuse, ad quarum ortum aut existentiam vel infusa vitia vel vitiosorum exempla vel confinia non crediderim quod requiras; sunt et virtutes, que virtutum actibus requiruntur; quod opus, cum divinitatis sit, quoniam, ut inquit Augustinus, bona 20 qualitas mentis est, qua recte vivimus quaque nemo male utitur et quam solus Deus in nobis operatur (3), velle quod a vitiosorum exemplo vel confinio vitiorum exortum habeat, tute nescio si concedas. verum dices: ego moraliter tecum loquor, cuius doctrine principes volunt virtutum habitus ex actuum frequentia 25 generari; quod quidem non facile fit, nisi nostros actus inter opposita vitia et vitiosorum exempla cautissime dirigamus. quod licet tibi concesserim, non negabis tamen virtutes infusas seu quas solus Deus in nobis operetur esse sine vitiosis et vitiis. quod si loquamur de virtutibus perfectis, quarum ratio vult quod 30 ad veram unius perfectionem omnes alie requirantur et concur-

e queste virtù per l' origine loro non hanno alcun legame coi vizi;

chè se poi si tratti delle virtù perfette,

3. *Cod.* teneamus 18. *Cod.* infusi

(1) Cf. Horat. *Ep.* I, xviii, 9: Virtus est medium vitiorum et utrimque reductum.

(2) Cf. Ov. *Metam.* VII, 212; III, 531.

(3) Cf. s. Aug. *De liber. arbitr.* lib. II, cap. xix, §§ 50 e 51 in *Opera*, I, 1268.

rant, ut Stoici probant, vitiorum concursus aut improborum exempla nec tu nec alii probare poterunt exigi vel quo subsistant aut exoriantur inveniri. et si verum est, ut Plato diffinit et veritas christiana confitetur, quod in divine mentis capacitate sint
5 virtutum et rerum omnium rationes et forme, quas ideas vocant (1), credisne quod ibi sint determinate vitiis aut societate vitiosis, quandoquidem, teste Macrobio, Plotinus, singularis dogmatis platonici defensor et auctor, in statu virtutum exemplarium velit nefas esse, nedum vitia cum ipsis esse, sed passiones etiam nominari? (2)
10 volo tamen consideres quantum ad virtutes et vitia pertinet, quod necesse est in viventibus reperiri potentias, passiones et affectus, habitus atque actus. et si de potentiis innatis informibusque loquimur, fatear sine contentione quapiam ista cum virtutibus atque vitiis simul in nobis nedum esse posse, sed esse. si vero de vir-
15 tutibus vitiisque loquimur, prout habitus electivi sunt, aut de passionibus, que quidem potentias reducunt ad actum per appetitum vel voluntatem, nullo modo possunt, si fuerint ad opposita, simul esse. sin autem e regione se non respexerint, ut castitas et avaricia, humilitas et incontinentia, et passiones sive affectus,
20 qui nos ad hec inclinant, et si qua sunt huiusmodi, quorum unum alterum non extinguat, loquendo de virtutibus imperfectis, sicut de Hannibale refert Livius (3), fateri necessarium est simul posse concurrere simulque communiter inveniri. verum hec viventium qualitates et condiciones, sive habitus sive passiones vel affe-
25 ctus sint, virtutes non sunt, sed umbre simulacraque virtutum; quas si quis habeat, dici non potest rationabiliter virtuosus; siquidem vocabulum hoc plenitudinem exigit redundantiamque virtutum, que non possit haberi, nisi virtus perficiatur et vera sit; ut in hoc sensu nulla michi tecum de re controversia possit
30 esse. de nomine vero nunquid tales habitus dici virtus rationa-

tanto meno è necessario per loro il concorso de' vizi.

Se difatti, come affermò Platone, e conferma la fede, in Dio sono le forme prime e più pure delle virtù e di tutte le cose, non è ammissibile che in esso sian determinate dai vizi, tanto più se si pensi che dove regnano virtù esemplari non possono esistere le passioni.

Or nell'animo umano s'ingenerano le potenze, le passioni, gli affetti, gli abiti e gli atti.

Per ciò che spetta alle prime, esse vivono in noi colle virtù e coi vizi.

Ma se d'abiti elettivi o di passioni che riducano in atto le potenze sia questione, tal coesistenza è impossibile, ove siano opposti;

quando invece contrastano tra loro è ammissibile.

Però queste qualità e condizioni dei viventi non sono virtù, nè chi le possiede può dirsi virtuoso.

Se poi abbiano a chiamarsi virtù è

2. *Cod.* probrare 10-11. *Cod. dà* quod est reperire potentias *etc.* 18. *Cod.* et *corretto d' altra mano in* e 19. *Cod.* continencia; *la sillaba iniziale* in *fu poi aggiunta sopra d' altra mano.* 29. *Cod.* contraversia

(1) Cf. Plat. *Polit.* X, 597 &c.; Cic. *Orat.* III.
(2) Cf. Macrob. *Comm. in Somn. Scip.* I, viii, 5-12.
(3) Tit. Liv. *Hist.* XXI, iv.

questione discutibile; egli pensa però che no, perchè non hanno in sè gli elementi necessari.

biliter debeant, dubitatio forte manet; equidem non arbitror esse conveniens quod virtutis nomine designentur, cum esse non possint habitus electivi immediate existentes, quoad nos secundum rectam rationem et utique sapiens determinaret, ut Philosophus ipse diffinit (1). adde quod, cum virtuosi sit alacriter et sine cunctatione quod virtuosum esse viderit operari, nunquam simpliciter poterit hoc contingere vitiosis. etenim si contingat intemperato quod aliquam obsequentem sibi, quam maxime diligat, necesse sibi sit secundum iusticiam condemnare, quando credis eum libenter sine mora vel alacriter, ut ratio virtutis exigit, id facturum? inter mirande constantie numeratur exempla, vir eloquens Ephialtes, quod, iussus ab Atheniensibus accusare patrem Democharis, pulcerrimi pueri, quem vitio graie gentis perdite diligebat, nichil omittens quod ad causam faceret, iunctum sibi fuerit officium fideliter exsecutus, nec potuerint preces dilectissimi pueri, licet ad lacrimas impulerint, permovere, quin accusatoris acerrimi vim prestarit (2). et in Bruto filiorum amorem

S' aggiunga poi che chi è vizioso non riesce a compiere prontamente e senza esitare l'atto virtuoso, come farebbe colui che di virtù è fornito; tanto è vero che si celebrò nell'antichità come sommo esempio di costanza la condotta d'Efialte e quella di Bruto.

Vicit amor patrie laudumque immensa cupido,

ut ille ait (3). sed, crede michi, virtuosius id egisset uterque vel saltem, quod nemo negaverit, alacrius atque liberius, si vel extraneum vel inimicum succurrendo vel obediendo patrie damnavissent. et quod in eodem non possint reperiri virtus et extrema vitia satis arbitror demonstratum, si tamen hic his que contradixeris respondebo. dicis enim aquam tepidam, quia suo videatur in sinu equalem calidi gradum et frigidi continere, sensibiliter edocere, quod duo contraria, que destructive se respiciant, possint, imo reperiantur insimul convenire. sed dic, queso: putasne quod simplicem aquam aut ignem vel simplex elementorum aliquod habeamus? vel quod aqua, cum de frigida mutatur in tepidam, per omnes suas particulas adequate frigeat et calescat; an potius unius minime particule frigus corruptum esse, alterius vero par-

Ora entrambi costoro oprarono virtuosamente; ma certo sarebbero stati più pronti a ciò, se non avessero alla patria sacrificati gli affetti loro.

Ma per sostener l'opinion sua che vizi e virtù d'opposta natura possano incontrarsi in un sol uomo, il Turchi citava l'esempio dell'acqua tepida, in cui il caldo ed il freddo, elementi contrari, s'accordano e si fondono.
Egli però nega che l'esempio calzi qui e sostiene che

4. *Cod. dà* ut *davanti ad* utique 23. *Cod. omette* his 24. quia] *Cod.* quod 25. *Cod.* frigidum

(1) Aristot. *Eth. Nicom.* II, vi, 15.
(2) Val. Max. op cit. III, viii, ext. 4.
(3) Verg. *Aen.* VI, 823; ma il testo « vincet ».

ticule frigidum remanere; vel aque ferventis naturalem et ingenitam frigiditatem non solum sic in potentia remansisse, sed etiam actualiter, quod per semetipsam, si calefaciens amoveris, non in pristine sue qualitatis actum, licet nichil aliud adiuvet, 5 revertatur? habet igitur aqua tepens distinctas calore frigoreque particulas, quas parvitate sua sensus iudicium non discernit, ut omnino tota non caleat et per totum actualiter non frigescat; ut ex hoc tam prompte quam rationabiliter dici possit in corporibus mixtis sic esse contraria, que corrumpuntur in toto, quod 10 non sint in qualibet parte totius, ex quo fit quod mixtionis resolvantur vincula; particule vero totius partim esse commutent et sub alia forma conveniant, partim tam formam retineant quam et esse. nec bona dicas et mala, cum contraria sint, non solum in eodem simul esse, sed omnino malum esse non posse, nisi in 15 natura bona, sicut in E n c h i r i d i o n clare testatur Aurelius (1). verum est bonum naturale, sicuti sunt res ipse et super cuncta corporea rationales creature; sunt et mala moralia, que non res naturales, in quibus sunt, contrarias habent, imo, sicut dixisti rectissime, simul sunt; quod esse potest, quoniam non eiusdem 20 rationis sunt. hoc quidem naturale bonum est; illud vero morale malum. simul autem duo contraria sibi moralia mala vel bonum malumque contraria, que moralia sint, prorsus non poteris reperire. quod enim inquit Ovidius,

Facto pius et sceleratus eodem (2),

25 non simpliciter, sed per comparationem dictum est. Agenor enim comparatus ad filium, quem in exilium trusit, impius; comparatus ad filiam, quam requiri volebat, pius meruit appellari. contrarietates autem compossibiles oportet esse non unius rationis; quod adeo verum est, quod certissime teneam quod; cum aqua

l'acqua non si raffredda e si riscalda, divenendo tepida, in ogni sua particella,

ma che rimangon in essa distinte, sebbene non si possano per la tenuità loro ravvisare, le particelle calde dalle fredde.

Per ciò che spetta poi all'ordine morale, il male non può esistere se non in una natura buona:

ma il bene è naturale ed i mali sono morali;

e due mali morali contrari o un male ed un bene contrari che insieme coesistano non si dànno.

Nè l'autorità d'Ovidio, ove narra come Agenore costringesse Cadmo a lasciar la patria per recarsi in cerca d'Europa, fa al caso presente.

Concludendo, le contrarietà, di cui è possibile la coesistenza, debbon avere diversa natura;

5. *Cod.* revertar*, corretto d'altra mano in* revertatur 9. *Cod.* corrumpunt 13. *Nel testo manca* solum*, che fu aggiunto in margine di altra mano.* 20. sunt *mancante nel testo fu aggiunto in margine.* 29-2 *(p. 564). Il testo è qui evidentemente corrotto, giacchè dopo* accidens *così continua:* quodcumque natur. que ne de per accid. ins. differ. rationem *Ho quindi trasportato il* quod *dopo* teneam *e modificato la lezione del ms. in guisa da restituire il senso.*

(1) S. AUG. *Ench.* cap. IV in *Opera*, VI, 146. (2) OV. *Metam.* III, 5.

calefacta naturaliter frigeat, calescat vero per accidens, cumque que naturaliter ab illis que per accidens insunt differant ratione; continere possit illas contrarias qualitates et mixtis corporibus sic esse per totum, quod simul non sint in unaquaque parte totius. quin etiam vere crediderim quod donec forma substantialis aque permanet actualiter, sit ibi frigiditas; quod indicant salientes propter ebullitionem gutte, que suum contrarium fugientes exsiliunt suoque mox pondere remerguntur.

ed altrettanto crede avvenga anche nell'acqua, dove si mescola il caldo al freddo, e l'uno coll'altro coesiste.

Quod autem vis passiones contrarias in anima simul esse vehementer admiror; cum impossibile sit aliquem in eodem instanti de eodem eodemque respectu et eadem, ut diximus, ratione concipere gaudium et dolorem vel tam concupiscere quam timere. potentias autem contrarias in nobis esse non ambigo, sicut dixi, cum passioni cuilibet sic respondeant, quod ad quam voluerint partem passio se valeat inclinare. et ut hoc mecum videas, est in unoquoque potentia quod ad iusticiam, verbi gratia, se possit erigere. quod quidem si ceperit aliquis exoptare, talis passionis affectus impellet ad iusticiam appetitum. et quoniam hic impetus remissior aut vehementior quam recta velit ratio potest esse, necessarius est virtutis habitus, qui passionis impetum citra nimis contineat, ut ultra minus quam importet impellat. nam verbum apostolicum, quod allegas, de sensualitate loquitur et ratione, quarum hec est anime, sed illa corporis, ut illa repugnantia non sit eiusdem rei vel unice rationis (1). hec hactenus.

Non accetta poi l'opinione del Turchi che coesistano nell'animo umano passioni contrarie: non così pensa invece riguardo alle potenze.

Giacchè, per esempio, ognuno ha in sè la potenza di esser giusto: quand'aspiri poi ad esserlo, tal desiderio ecciterà un appetito, che troverà il suo moderatore nell'abito virtuoso.

Nunc autem ad conclusionem alteram veniamus et disputationis nostre finis erit. et ut verba tua repetam, inquis: quem michi liberalem dabis, si prodigus inde non effluat; si tenax, avarus, divitias labiles ingenita rabie non occultet? et subdis: nullum quidem liberalem, si non esset avaricia, si non esset prodigalitas, haberemus. hanc sententiam tuam vis intelligi non in uno, sed in pluribus quasi propositis exemplis, prodigi et avari, liberalitas habeatur nec aliter esse possit. sed dic, obsecro, Petre mi, dicemusne prodigos et avaros necessarios esse, quo liberalem aliquem videamus? sed cuius cause rationem illis attribues? an

Ora venendo all'altra controversia, cioè alla necessità che un vizio serva quasi di modello a chi vuol esser virtuoso, perchè diversamente operi;

egli torna a chiedere se sia necessaria a formare un uom liberale l'esistenza de' prodighi e degli avari;

(1) Allude a s. PAUL. *Ep. ad Rom.* VII, 23.

efficientem, ut illi quasi plasment et faciant liberalem? an illam, que materialis dicitur, ut ab illis fluat, licet vitiosi sint, illud in quo virtutis eius forma recipitur et servatur? an dabimus ei vim formalis cause vel finalis? non credam, cum stultum et irrationa-
5 bile sit dicere quod ille qui laborat in vitiis peccatique deformitate tam efficaciter delectatur, quod ex ipsis fecerit habitum, bonitatem oppositam malicie sue, quam elegerit, in aliis agere, formare vel intendere, vel sibi sedem in qua maneat preparare. sed inquies: hoc ego non sentio. nam omni ratione caret et
10 veritate quod que contraria sunt rem sibi contrariam operentur. volo tamen quod necesse sit eum, qui virtutem intenderit, quo se redigere possit in medium, ubi virtus est, viros infectos habitu extremarum maliciarum sibi proponere velut ante oculos, quo possit ab illa turpitudine tam hinc quam inde discedere mediumque
15 quod requiritur invenire. verum, cum virtus, sicut auctore Philosopho diffinivi (1), sit medium quo ad nos et idem actus possit alterius respectu, veluti vitium, citra conveniens deficere vel ultra congruum progrediens plus quam oporteat exundare, quod comparatum ad nos erit medium et utrinque reductum, ut inquit
20 Flaccus (2), et commensuratissima virtus, si fugerimus illum actum, virtutem, non vitia fugiemus. donans enim rex equum magni precii liberalis erit; ego vero si pari valore equum fuero largitus, a cunctis verissima ratione prodigus iudicabor. adde quod, licet actum viderimus ab alio fieri, qui vitiosus sit, videmus quidem
25 actum, mentem autem et voluntatem, que, cum fit actus ille deformis, ab ordine legis eterne deficiunt, non videmus; ut impossibile prorsus sit videre quibusnam rationibus actus ille dici debeat vitiosus. nam, ut cetera sileam, quis percipere potest quam vehementer vel quam remisse passio, que trudit in maliciam, mo-
30 veatur? quis sciet qualis et quanta fuerit causa, que passionem

ed osserva che sostener quest'avviso sarebbe un' irragionevolezza;

perchè è contro la verità e la ragione il ritenere che le cose contrarie partoriscano i contrari loro.

Con ciò non negherà che colui il quale intenda esser virtuoso non debba osservar i viziosi per fuggirne le cattive operazioni;
ma se la virtù sta nel mezzo per ciò che ci concerne ed il medesimo atto può per eccesso o per mancanza varcar i limiti prescritti, fuggendolo, noi fuggiremo la virtù, non i vizi.

S'aggiunga che delle azioni viziose altrui non vediamo che l'apparenza; mentre i motivi ce ne rimangono ignoti;
sicchè non ci è dato vedere per quali ragioni un'azione sia viziosa.

19. *Cod.* redactum 28. *Il cod. dopo* potest *dà* qu *cancellato e quindi* quam

(1) Cf. p. 562, rr. 3-4, ed Aristot. *Eth. Nicom.* II, vi, 15: « Est igitur « virtus habitus cum consilio et de- « liberatione in medietate consistens « illa quae ad nos, secundum rectam « rationem, pro iudicio viri pruden- « tis ».

(2) Cf. Horat. *Ep.* I, xviii, 9.

Vana speranza è dunque quella di giungere alla virtù, contemplando i vizi e chi li segue.
Si corre piuttosto il pericolo di abbracciar questi che di raggiungere quella.

de potentia reducat ad actum? vane cogitas, Petre carissime, si quo venire possis ad medium, quod virtus est, tibi vitiosos proposueris contemplandos. metuendum magis est, cum prodigos videris claros esse, vulgo diligi quotidieque, veluti voto publico, quod ditissimi sint optari, cumque videris etiam avaros abundare divitiis et desipientis vulgi celebratos errore, ab eisque, quibus etiam avare subvenerint, venerari et coli, ne vel in hoc vel in illud vitium ruas, quam sperandum quod ad virtutem, quam velis, ascendas.

E per venire alla voluttà ed ai piaceri del senso, non esercitano questi in chi vegga altri ad essi abbandonarsi vivo desiderio d'imitarli?
Ciò ha ben detto Ovidio, dove descrisse Venere e Marte sorpresi nei lascivi amplessi, e fatti oggetto d'invidia agli altri dèi:

Et ut ad libidinem et voluptates alias veniamus, quis est qui viderit aliquem indulgentem liberis placidoque etiam fruentem amore, qui non alliciatur ad eadem vel similia? an non legisti Nasonem, cum loquitur Martem Veneremque Vulcani captos insidiis, mediis amplexibus inhesisse, et quod, cum

> Lemnius extemplo ianuas patefecit eburnas
> Admisitque deos, illi iacuere ligati
> Turpiter, atque aliquis de diis non tristibus optat
> Sic fieri turpis.

et aliud etiam, quod secutus est:

> superi risere diuque
> Nec fuit in toto notissima fabula celo? (1)

sicchè il contemplar atti voluttuosi spinge altrui non a fuggirli, ma a desiderarli.

videsne qualiter vates egregius illa retulerit que propositis talibus exemplis soleant sequi? primo quidem optant aliqui quod turpiter vident; usque adeo voluptuosa non deterrent exempla; cunctique resolvuntur in risum, quoniam talia non displicent, sed delectant. nec oportet hereses esse, quo fideles ad fidei custodiam exerceantur, sed eas ad maius credentium meritum Deus permittit. nec expedit virtutes pugnare cum vitiis; sufficit enim cum passionibus decertare neve malicie vitiorum in habitum coalescant obsistere. cum enim vitia fecerint habitum, frustra virtus incipiens in pugnam veniet, nisi Dei digitus per suam mi-

Così non fanno di mestieri le eresie, perchè i fedeli si esercitino a difendere la religione; nè la virtù per combattere con i vizi.

8. *Dopo* virtutem *il cod. dà* est, *che ho mutato in* quam 12. *Cod. dà* alliciat *e dopo* sim. *aggiunge* se videntem*; ma il senso non corre più in tal maniera.* 23. *Cod.* sol^{a}ent

(1) Ov. *Metam.* IV, 185-189; ma il testo nel 1° v. dà « valvas ».

sericordiam operetur. anime vero, quas purgatorium habet, non habent peccata vel vitia, sed culpe maculas, que extergunt subiecte penis, ut purgate misceantur electis.

Sed amodo concludamus. ostendi quod in uno non possint passiones vel habitus contrarii vitiorum atque virtutis, etiam si de imperfectis loquimur, reperiri; docui quod perfecte virtutes nullam labem admittunt vel consortium vitiorum. vidisti quod imperfecte virtutes, virtutes non debeant appellari. probatum est, cum virtus sit medium quo ad nos, quod intueri contemplarique turpes habitus aliorum, quoniam non idem sint apud omnes, sit superfluum atque vanum. non contendas igitur contra perspicuam veritatem, sed corrige, si placet, errorem. ergo si me vides errare, mone, corrige, reprehende. nichil enim libentius audio quam id, unde possim addiscere quod nesciebam; quod adeo de me verum est, quod cum monitorem invenero, nunquam michi grave fuerit errasse. vale quodque scire desideras, ego et tota proles valemus. Florentie, decimo septimo kalendas ianuarii.

Riassume brevemente la sua dimostrazione

e spera ch' essa abbia valore di far accorto il Turchi della fallacia delle sue opinioni.

Ma se avesse errato in qualche punto presterà volontieri orecchio ad una giusta correzione.

3. *Cod.* et 4. *Cod.* includamus 17. *Cod. omette* et

LIBRO TREDICESIMO.

I.

A frà Raffaello di Guido Bonciani (1).

[M^2, c. 69 B; G^1, c. 53 B; cod. Riccard. 872, c. 42 B; cod. Ambros. S, 29 sup., 5 c. 44 B; [I. Lamius], *Catalogus codd. mss. qui in bibl. Riccard. Florentiae asservantur,* Liburni, MDCCLVI, pp. 137-141; Mittarelli-Costadoni, *Ann. Camald.* VI, 203-209.]

Fratri Raphaeli in monasterio Sancti Benedicti.

Firenze, 8 gennaio 1402.

Dubitò un istante, accingendosi a scrivergli, se dovesse dirlo o no « religioso »;

Vir religiose, pater karissime. cum prima duo verbula scri- 10 berem, veritatis epistolam auspicaturus, paulo minus fuit quin verbum illud r e l i g i o s e delerem. nescio quidem an vere tibi

8. *Così M^2 G^1; R A L M-C* Epistola responsiva ser Collucii predicti ad predictum fratrem Raphaelem super eandem epistolam et super predictum inordinatum exitum*; A però omette* predicti 10. *M^2* auspicatus

(1) Francesco di Iacopo Ricci fiorentino, testando nel 1395, aveva disposto che, quando venissero a mancare i suoi eredi diretti, al fratello Alessandro, monaco nel convento degli Angeli, toccasse ogni sua sostanza coll'obbligo d' adoperarla in opere pie ed innanzi tutto nella fondazione dentro o fuori Firenze d' un nuovo convento della regola camaldolese, in cui egli con alquanti monaci passasse a dimorare. A cagione di questa clausola il priore degli Angeli, frà Matteo di Guido, insieme ad altri trenta monaci respinse l' eredità del Ricci ed il suo rifiuto fu approvato da Bonifazio IX mediante bolla del 28 novembre 1400. Ma, indotto poco appresso a mutare consiglio, con altra bolla del 28 dicembre dell' anno medesimo, il pontefice imponeva al priore di S. Lorenzo di Firenze di condurre Alessandro Ricci anche senza licenza de' superiori suoi dinanzi ai consoli della Lana, chiamati in esecutori testamentari dal defunto, a dichiarare che accettava l' eredità fraterna e ne avrebbe eseguito le volontà. Così difatti avvenne; onde il 24 gennaio 1401 i consoli provvidero alla vendita de' beni costituenti l' eredità all' intento di dar opera coi denari che se ne ricavassero all' erezione del nuovo convento, il quale fu quello di S. Benedetto, posto alle radici delle colline di Fiesole, nel popolo di S. Gervasio, fuori porta Pinti (cf. G. Richa,

giacchè è gran cosa potersi chiamar religioso; nè di chicchessia può così alla lesta affermarsi che sia tale.

congruat religiosum appellari. magnum enim est et plurima laude dignissimum esse religiosum et quod difficillimum sit de quoquam posse simpliciter affirmari. tandem tamen decrevi ver-

2. sit] G^1 est 2-3. *LM-C* de te quoque 3. G^1 *omette* tamen

Notizie istoriche delle chiese fiorentine, Firenze, MDCCLIX, to. VIII, par. IV, p. 271). Fondato così il chiostro, Alessandro Ricci vi si trasferì in unione ad altri nove camaldolesi; ma nel mese di febbraio dell'anno stesso Bonifazio IX ritirò con una terza bolla la concessione loro fatta nè volle che potessero aver stanza nel nuovo monastero prima che il priore degli Angeli a ciò avesse consentito. Poscia nel maggio avocata a sè la soluzione delle varie contese insorte tra i monaci di S. Maria degli Angeli e quelli che avevano seguìto il Ricci, decise che costui potesse abitare in S. Benedetto, ma osservando le costituzioni del convento degli Angeli e rimanendo sottoposto al prior generale de' Camaldolesi. In seguito di che lo assolse coi suoi compagni dalle censure in cui potesse essere incorso ed ornò il nuovo convento de' privilegi tutti di cui fruivano quelli dell'Ordine già esistenti.

Tali i fatti che hanno pôrto occasione al S. di scrivere la presente, che altri potrà rinvenire più particolarmente narrati sui documenti negli *Ann. Camald.* VI, 199 sgg. L'affetto vivissimo, che il S. nudriva per il convento degli Angeli, l'aveva spinto a seguire con grande interesse tutte le vicende della contesa dibattutasi tra il Ricci ed i superiori suoi; e siccome la condotta del primo non gli era piaciuta, così non aveva esitato a biasimare apertamente lui e quanti gli si erano fatti compagni nel passaggio dall'antica alla nuova dimora. Edotto di ciò frà Raffaello Bonciani, ch'era appunto un di costoro, volle difendere sè ed i confratelli presso il cancellier fiorentino; e, colto quindi il destro, nel rinviargli un libro, gli scrisse l'epistola che noi diamo alla luce nell'App. XIX. Afferma in essa il camaldolese come niun altro motivo avesse mosso il Ricci, lui e gli altri monaci passati in S. Benedetto ad abbandonare il convento degli Angeli se non il desiderio di condurre vita più solitaria e più austera; come al loro passaggio avesse annuito il generale dell'Ordine ed essi non intendessero scostarsi dall'obbedienza verso la casa principale, ma di star ad essa sottomessi a mo' di rispettosi figliuoli. Aggiunge ancora che l'istituzione d'un nuovo cenobio riusciva opportuna a risollevare le prostrate fortune dell'Ordine e che il S. aveva peccato contro la carità, consigliando il priore degli Angeli a ricusar loro certi libri che avevano in prestito domandati.

La risposta di Coluccio è improntata di quella rigida austerità, della quale lo vediam sempre armarsi, quando rivolge le sue ammonizioni ad uomini, che, essendosi ridotti a vita spirituale, dovrebbero aver fortificato l'animo loro contro ogni bassa passione. Vi avvertiamo inoltre parecchi tratti assai pungenti contro la Chiesa di Roma; nè davvero si potrebbe dire che vadano lungi dal segno, poichè la condotta di papa Bonifazio IX e de' suoi consiglieri era stata suggerita dalla più disgustosa venalità e le bolle contradditorie che venivan da Roma non avevan fatto che invelenire il contrasto tra i monaci rimasti nel cenobio di S. Maria e quelli passati a dimorare in S. Benedetto.

Diamo ora luogo ad alcuni succinti

bum illud dimittere, non quod religiosus sis, sed quoniam a religione penitus dici non possis vel debeas alienus. religionis quidem funiculus dissolvi non potest, rescindi vero potest. ve tamen omnibus qui gladium eduxerint ut rescindant! nec sit 5 quod istud plane verissimum admireris aut damnes. dissolutio quidem conservat fila funiculi retrogradoque processu redit in simplicitatis statum, ut iam non sit nexus, sed aptum nexibus instrumentum. religionis etenim vinculum habet triplex illud votum veluti materiam, hominis vero divinique numinis consensum veluti 10 formam; ut, licet ab invicem quod materiale diximus separetur, unio tamen illa, cui Deus consensit, non possit nec valeat re-

Pure, tutto ben considerato, giudicò poterlo chiamar così, perchè dalla religione non è del tutto disgiunto.
Il vincolo che ad essa lo lega non può infatti esser spezzato giammai;

nè que' voti che stringono l'uomo a Dio,

anche se materialmente infranti, son per questo men validi dinanzi al cielo

3. *LM-C dànno* potuit *invece di* potest *in ambo i luoghi.* 6. *A* filio

ragguagli sopra colui al quale l'epistola si dirige. Era egli Raffaello di Guido, della nobile famiglia fiorentina de' Bonciani, uomo grazioso, attivo, colto ed accetto così a' suoi confratelli da esser stato pochi anni innanzi (1399) scelto da loro in priore di S. Maria degli Angeli, dignità da lui ricusata (*Ann. Camald.* VI, 195). Chiamato poscia a reggere il convento di S. Benedetto, egli fu nel 1408, essendo rimasto vacante il generalato dell'Ordine, designato ad occuparlo da Gregorio XII. Ma mostratisi i Camaldolesi irritati per quest'atto del pontefice, che poteva giudicarsi ispirato da intrighi del Bonciani, questi rifiutò l'alto grado, che toccò invece a frate Onofrio, priore del convento di S. Salvatore in Firenze (*Ann. Camald.* VI, 240). Questa prudente e nobile condotta conciliò al Bonciani la stima universale e la considerazione di cui godeva andò vieppiù crescendo; talchè quando, dodici anni dopo, Martino V depose dal generalato Antonio da Parma, frà Raffaello fu designato nuovamente a succedergli. Anche questa volta non mancò chi l'accusasse di raggiri; ma egli non se ne curò ed il 30 ottobre 1419 accettò l'elezione (*Ann. Camald.* VI, 277). Non erano però scorsi ancora tre anni dall'assunzion sua al generalato, quando, colpito in Ravenna, dov'erasi recato a visitare il monastero di S. Apollinare in Classe, da una violenta dissenteria, vi moriva dopo soli tre giorni di malattia addì 17 ottobre 1422. Frà Gerolamo da Praga, che gli era compagno nella visita, tessè l'elogio del defunto, che fu seppellito nella chiesa di S. Apollinare. Cotest'elogio non è se non uno de' soliti panegirici frateschi; i pochi frammenti che ne cita il MEHUS, *Vita A. Traversarii*, p. CCCLXVIII e cf. p. CCCCIII, ed il giudizio che ne recano gli *Ann. Camald.* VI, 289, ce ne dànno piena certezza.

Essendo stata esemplata in quel codice originale del *De saeculo et religione*, che è oggi il Riccard. 872, anche quest'epistola è passata nei manoscritti che da esso furono copiati (cf. p. 98 di questo volume); e per ciò, oltrechè nell'Ambros. S, 29 sup., del quale ci siamo giovati, essa si legge ancora a c. 60B del cod. Canonic. *Misc.* 399 della Bodlejana d'Oxford (cf. COXE, *Cat. codd. mss. bibl. Bodl.* par. III, 737-38 e p. 98 di questo volume), che però ci è sembrato inutile escutere.

tractari; cum homo tamen possit ab illius unitatis glutino sua malignitate recidi, manente tamen unionis nexu, quo Deus et conscientia recisum semper revocant, semper clamant et, velut iudex verissimus, semper damnant. sed ut ad id quod intendo veniam, cum cogites me non probare quod tu et alii novum erexeritis monasterium, in excusationem scribis: cum vetus lex maledicto; quo tuis utar verbis; addicat sterilem que non parit (1), magnum est si centenaria illa mater hoc tempore filiam genuit? hoc inquis, Raphael? sed per immortalis Dei maiestatem dic, precor, quo cum ipsa concumbente pregnans facta est? an caritate Dei et proximi, an potius contentione atque discordia? scio quod non caritate, de qua scriptum est: caritas patiens est, benigna est, non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non irritatur et cetera que Spiritus Sanctus per Vas electionis, cum ad Corynthios scriberet, revelavit (2). non caritate pregnans facta est, sed discordia, que impatiens est, maligna est, emulatrix, inflata, agens perverse, plena ambitionis, irrequieta, nichil cogitans nisi malum et gaudens super iniquitate. Deum obtestor et celicolas omnes. scio, vidi tetigique turpitudinem illam que vos seduxit. quid enim tu et illi pretendistis aliud, nisi quod quietem querebatis animi, quam in illo veteri vestro conciliabulo non haberetis? non erat vobis cum sumptuosis edificiis, picturis parietum aut cum libris, quibus, ut scribitis, initiales littere auro diversisque coloribus adornate sunt (3), ulla con-

ed alla coscienza di chi volle spezzarli ne riman sempre presente il ricordo.
Ma per venire al soggetto della lettera sua, Raffaello tenta di scusarvi il proprio passaggio al nuovo monastero, osservando che se la sterilità è ingrata a Dio, questi non ha potuto biasimare la novella fecondità della regola camaldolese.
Ma tale fecondità è forse opera divina, frutto di carità,

o non piuttosto di discordia?

Raffaello ed i confratelli suoi che abbandonarono gli Angeli, non partironsi già per viver più quieti,

in povertà maggiore, come affermano,

1. *M²* sit *per* possit 4. *M-C omette* veriss. 10. *L* preco 11. atque] *M-C* et 16. *M² per* sed *dà* se *M-C* sed pregnans facta est disc. 21. *G¹ omette* quod 22. *A* consumptuosis 23. *A dopo* libris *dava* quidem *che fu cancellato.* *M² G¹* scribis

(1) Cf. Iob, XXIV, 21?

(2) S. Paul. I *Cor.* XIII, 4-7.

(3) È noto come il monastero degli Angeli andasse orgoglioso di possedere una sontuosa collezione di libri liturgici eccellentemente scritti e miniati; tra i quali erano soprattutto d'ammirazione meritevoli i « venti « pezzi grandissimi di libri da coro », scritti di proprio pugno da frate Iacopo di Francesco del popolo di S. Lorenzo, uno de' più famosi calligrafi del tempo suo († 22 luglio 1396), e decorati di miniature da frà Silvestro Gherarducci († 5 ottobre 1399); cf. *Ann. Camald.* VI, 189; G. Vasari, *Le vite de' più eccellenti pittori* &c., con nuove annotazioni di G. Milanesi, Firenze, 1878, II, 21 sgg. D'un altro espertissimo miniatore, vissuto nel cenobio camaldolese verso que' giorni, D. Simone Stefani, si conservavano pure in esso

tentio, sed cum illis quondam fratribus vestris qui iam mentis dispositione vobis desierant pro fratribus reputari. illa cohabitatio, ille convictus; cum displicerent vobis proximi vestri; illa, illa cohabitatio gravis adeo fuit, quod, intumescente matris utero, 5 discessu vestro non peperit filiam, ut scribitis, sed vos potius sit aborsa. si boni erant illi, cur displicuere? cur etiam reliquistis? sin autem mali, cur fraterne correptionis monita vel correctionis officium, cum disceditis, deseruistis? si quilibet iubetur proximum diligere sicut se ipsum ad salutem ultimam et vitam 10 eternam, cum hoc neglexeritis, crede michi, Raphael, credant, ut loquar cum omnibus, etiam illi tui, quod requiret Dominus sanguinem eorum de manibus vestris[1]. et si fecit prelatus vester monendo, increpando cogendoque etiam quantum potuit, nec eum audistis rescindendo funiculum obedientie, requiret a vobis Do-15 minus sanguinem vestrum de manibus vestris. et que tanta vobis esse potuit displicentia fratrum et prelati, ut obedientiam relinquere deberetis, sive obedientie relinquende facultatem et excusationem litteris venialibus, ne dixerim venalibus, ac apostolicis, ne dicam apostaticis, procurare? veniales quidem sunt et licen-20 tiose sunt et indubitanter apostolice; sed si minimum pro obtinendis eis pecunie, vobis etiam ignorantibus, intercessit, venales sunt et quoniam per ipsas exire monasterium cogitastis, apostatice dici possunt. sed inquis: fratres mei hic in magna paupertate, simplicitate unitateque degentes quid reprehensibile in loci mutatione 25 perpetrarint non video, cum sua conscientia asserant non levitate animi vel ambitione vel largioris victus causa id egisse, sed sola unitate ac in servitio Christi maiore pace perseverandi, quod experientia claret. hec omnia verba tua sunt, que discessionis

ma perchè erano in contrasto coi compagni loro.

Fu l' animosità contro di questi nudrita la cagion vera della loro partenza.

Or perchè li abbandonarono, se buoni?
E se cattivi, perchè rinunziarono a correggerli?

Di ciò Iddio chiederà loro ragione: nè li chiamerà meno in colpa, perchè disubbidirono a chi aveva diritto di comandare.

Tanto fu lo sdegno da lor concepito, che chiesero ed ottennero alla fuga l'assenso del pontefice;

ma se tal concessione sia legittima può esser argomento di dubbio.

Vero è che Raffaello adduce a sua discolpa che solo il desiderio di vivere in pace spinse lui, spinse gli altri a partire:

5. *I codd., L M-C recan tutti* aliam; *ma la correzione, oltrechè dal senso, è suggerita dal raffronto coll' epistola di frà Raffaello.* *M² G¹* scribis 6-7. *A* relinquistis 7-8. *G¹ per* correctionis *dà di nuovo* correptionis 8. *M-C* deseruisti 10. *G¹ innanzi a* Raph. *avea posto* frater, *che cancellò.* *A* Raphahel 21. *A* intes *corretto in* interc. *RA* veniales

opere pregevoli; ma la fama da lui e dai già ricordati raggiunta si oscurò dinanzi a quella dei miniatori che dimorarono in S. Maria degli Angeli nelle prime decadi del secolo xv, quali Lorenzo monaco, di cui tante lodi fa il Vasari, e Bartolomeo della Gatta.

(1) Cf. Ezech. III, 18, 20; XXXIII, 8.

causam declarant apertissime quam predixi. unitatem quesiverunt extra, quam intus, scilicet, non habebant. sed dic, obsecro: tum cum illis eratis in claustro, num insimul ad invicem, an ab aliis dissidebatis? ab aliis arbitror. inter discessuros enim erat summa saltem de discedendo concordia, nec de discedendo solum, sed de obstinationis perseverantia post discessum. nescio quid vobis erit in posterum summis artificibus dissidendi. unum audeo sine dubitatione predicere, quod quicquid in caritate proximi factum non est ex Deo non est, et omne quod ex Deo non est evanescet. dissidebatis in matris vestre gremio; quid vobis extra gremium futurum esse speratis? an firmiorem custodem unitatis putatis filiam fore quam matrem? an quod fecistis in viridi non facietis in arido?(1) quod invenire vel efficere potuistis in dogmate, imo contra dogma centenarie unitatis, nonne continget vobis in congregatione quam ab aliis dissensio separavit? non est pura et immaculata coniunctio que de separationis scandalo sit exorta. exolet fecem prime corruptionis, nec solum exolet, sed sapit. scio quod, sicut unitas virtus est, sic divisio vitium; sicut commendabilis illa, sic reprehensibilis est et ista; sicut habet illa meritum, sic et ista damnationis horribile fundamentum. unitas autem nec iubetur nec commendabilis est cum paucis, sicuti gloriaris, non etiam cum multis, sed solum et plane cum omnibus qui sunt eiusdem vocationis, qua sumus omnes fratres in Christo. nec scio videre rationibus vestris modum. eratis in unitate et pace cum multis, quos vobiscum idem professionis chirographum, idem et sub eisdem prelatis servitium, longa conversatio et in Deo familiaritas conciliaverat. ab hac multorum unitate quis te divisit? quis illos tuos alios separavit? non expulsi quidem estis, sed recessistis, sed aufugistis. non valuit prelati monentis auctoritas vel prohibentis imperium, non valuere confra-

ma la discordia, di cui si lagnano, ferveva forse tra lui e quelli che lo seguirono? Non erano dessi anche nel vecchio chiostro concordi?

Certo la deliberazione loro non è nata nel grembo della carità; l'opera loro sarà quindi infeconda;

e la congregazion nuova si scinderà come l'antica.

È senza dubbio l'unione una virtù,

ma non è dessa degna di lode tra pochi, bensì tra molti;

non v'era pertanto ragione che frà Raffaello abbandonasse il convento, ov'era stato nudrito,

violando i precetti de' suoi superiori,

1-2. *A dà per errore del copista ripetute le parole* apertissime - habebant *M-C* quaesierunt 3. *Invece di* tum *i codd. dànno* tu 5. *Per* concordia G^{I} *aveva scritto* discordiae *che cancellò.* 10. *A* quod 12. putatis] *L M-C* puritatis 14. M^{2} G^{I} centennarie 18. G^{I} quia 21. G^{I} sicut 27. G^{I} universitate 29. *A* fugistis

(1) Cf. s. Luc. XXIII, 31

trum vestrorum lacrime, non hortatus. fecit omnino, fecit illud abitionis vestre propositum cursum suum. deliberatio vestra non in quiete mentis, sed in commotione turbationis, que solet infatuare consilium, Satana suadente concepta, adeo tenaciter inhesit
5 adeoque profunditus egit radices quod nunquam ab illa discedere voluistis. nunquam destitit male cepta dissensio, donec volentes expulit; de vobisque, sicut de gravantibus navem mercibus, fecit tandem, veluti naufragio nimis urgente, iacturam, qua ratione pereunt in mari que proiecta sunt; reliqua vero salvantur. ergo
10 tantum potuit contentionis vestre dissidium, quod ab unitate discedentes quam intus habebatis, unitatem extra vetus verumque vestrum monasterium quesivistis; nec; adeo vos obcecaverat nescio que per vos mota vel recepta contentio; migrationem illam intelligere voluistis cogitareque quantum ob illam vobis relin-
15 quendisque confratribus infamie vel scandali pararetis. audivistis in tam ponderosi consilii planeque, si nescis, apostatici propositi collatione diabolum, audivistis laudantes vel novitatum avidos vel paratos semper interrogantibus assentari. illi vobis verum dicere visi sunt, qui iuxta cor vestrum improvisi et incauti
20 informatique per vos, non alios audientes, respondebant. ceteros insanire, decipere velle vos et subornatos ab aliis loqui putabatis futilisque prorsus esse consilii. tuus ille precursor et preparator Alexander, iam paternis, utinam non in perditionem!, oneratus divitiis, insaniens, cum sibi non concederetur abitio, planeque de-
25 trectans imperium, oblitus obedientie atque voti, nonne nocturnus aufugit claustrumque professionis adeo turpiter dereliquit? tune potuisti ducem apostaticum et, sicut nosti, Deo infidum et indubitabiliter excommunicatum sequi? pudet me, carissime Raphael; ita me Deus amet; vicis tue, qui sciens commissos errores, po-
30 tueris in animum inducere quod illum sequereris vel, ut firmiter credo, talem tam detestabili modo premiseris, ut eum mox excommunicationis nexum pro gravissimo inexcusabilique peccato; nescio quidem quod maius esse possit apostasi; postquam pedem extu-

le esortazioni de' confratelli.

Fu diabolico consiglio quello

che rinfocolò la divisione, finchè del lor dannoso consorzio non si liberò il convento, come di gravose merci si libera, gittandole a mare, una nave in pericolo.

Partironsi essi dunque, senza curarsi dello scandalo che nasceva da ciò nè dell' infamia di cui coprivano i rimanenti.

Traviati dai falsi applausi di sciocchi o mendaci consiglieri,

essi seguirono così il Ricci, che dal chiostro era fuggito di notte, spregiando i comandi de' superiori, apostata e scomunicato;

bruttandosi così della colpa stessa di cui egli s' era macchiato.

2. G^1 *M-C* ambitionis 3. *M-C* quietae 15. confratr.] *A M-C* fratrib. 24-25. M^2 G^1 *R* detractans 26. *L* turpitur 27-28. *M-C* indubitanter 30. M^2 G^1 *omettono* in anim. 32. G^1 gravissimoque

lisset e claustro, damnabiliter incursurum cum eiusdem factionis complicibus sequereris.

Esamini or dunque seco come sian andate le cose. Volle il fratello d'Alessandro che costui distribuisse in opere di carità i suoi beni.

Nè poteva nè doveva Alessandro assumer tale incarico;

Examinemus parumper causam. reliquit germanus huius Alexandri tui omnia bona sua, sicut idemmet persuaserat Alexander, arbitrio fraterne declarationis in pietatis opera convertenda. 5 debuitne vel de iure poterat Alexander monachus et eremita talem commissionem contra prelati voluntatem acceptare, declarare vel exsequi, cum Deo dicatus se non possit, etiam si pietatis sint negocia, sine scelere transgressionis de talibus impedire? nec debuit nec potuit profecto, Raphael, presertim cum prelatus eum 10 specialiter prohiberet (1). contra ius erat, inconsulto superiore, simpliciter illud facere; quanto magis iniustum et nefarium est, cum prelatus, cui votiva debetur obedientia, negaverit, id egisse? ergo religiosum est alienas vel suas pecunias monasterio dispensare, cum, teste magistro religiose observantie Cassiano, famosissimum 15 illud Thebaide monasterium nichil prorsus de substantia profitentium attingebat, sed vestes etiam ingredientium pauperibus dispensabat? (2) nam et illa vetus ac sanctissima vestra mater consuevit optimo consilio delatas hereditates monachis recusare, ne, sicut idem peritissimus auctor ait, confidentia talis oblationis 20 inflatus monachus nequaquam se pauperioribus fratribus coequare dignetur (3). et quid magis insidiatur paupertatem professis quam

eppure l' accettò non solo, ma volle contro il voler del priore adempirlo.

Or questa è violazione grave delle regole monastiche, come insegna Cassiano.

3. parumper] *A* pauper *(sic) e poi* relinquit 5. in pietatis opera] *A* impietatis omnia 16-17. *R* profitetium 18. M^2 *dà* nam et *aggiunti in margine.* 21. *A* in flotus *(sic)*

(1) Il « prelato », di cui qui si discorre, è, come ho accennato, il fiorentino frate Matteo di Guido, che nel 1399, morto Silvestro Gherarducci, era stato dai confratelli nominato priore di S. Maria degli Angeli. Matteo era uomo molto pio, che professava somma venerazione per santa Caterina da Siena, della quale si sforzò di rendere più noti i detti ed i fatti, eccitando a descriverli il senese Tommaso Caffarini: cf. *Ann. Camald.* VI, 214 sgg. Ambrogio Traversari, che l'ebbe costante promotore de' propri studi, l'amò di figliale affetto, come ne dà prova la bella lettera, che in occasione della morte di lui, seguìta addì 1° maggio 1421, scrisse a Franc. Barbaro. Cf. *Ann. Camald.* VI, 284, ed A. Traversarii gen. Cam. *Epistolae et oration.*, ed. Canneti, lib. VI, ep. xix, coll. 298-99.

(2) Cf. Ioann. Cassiani *De coenob. instit.* lib. IV, De institutis renuntiantium, capp. v e vi in *Opera omnia*, I, 158-59.

(3) Ioann. Cass. op. e loc. cit. cap. iv, col. 157.

superbia, que pro relictis dispensatisque divitiis sit concepta? prevaricatus est igitur precursor tuus occupationem illam testamentariam, sive procurata fuerit, ut satis verisimiliter credi potest, sive fraterna potius affectione delata, suscipiendo, prohibente prelato quod monacho non licet. quod grave quidem fuit; gravius autem deliquit exsequendi concepto proposito; gravissime vero, cum huius rei perficiende gratia claustrum, consumata tandem apostatatione, dimisit. quibus saltem duabus ex causis ultimis extra communionem fidelium positus est. adde quod diu discurrendo cum laicis est versatus. nullum enim claustrum claustralis et professus monachus et, quod plus est, eremita petiit, sed, velut ipse sibi monasterium, claustrum esset et eremus, secum mansit, imo cum secularibus seculariter est permixtus, querensque ceptus honestare suos, miseram dispensationem pecunie iam adortus, laicorum suffragiis ac pecuniarum effluvio litteras apostolicas procuravit et meruit obtinere, quo possent ipse et socii in arctioris observantie claustrum de professionis ergastulo demigrare. nolo quid post gratiam illam fecerint quidve ceperint consilii, quidque secuti fuerint; nimis enim pudet; exprimere; sed te volo, quoniam cuncta novisti, memoriter recensere et, si potes, eos obtentu puritatis et simplicitatis excusa. nescio quidem an vaferius aliquid vel carnalius fieri potuerit vel excogitari. in quo quidem te et ipsos reminisci velim, quod non liceat Deum ludere quodque damnabile sit illud facere quod faciunt qui solent in oculis hominum excusationem querere corticitusque servare precepta que medullitus non intendant. regula iuris est, quod ille committit in legem, qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem (1). sed omittamus hec. scio quidem quod in fori iudicio; tot se rerum adminiculis armaverunt!; hanc causam

Peccò pertanto il Ricci gravemente quando acconsentì a far ciò che il fratello voleva;

ma più gravemente poi col fuggir dal convento per mettere ad effetto quel che gli veniva vietato.

Nè, uscito dal chiostro, visse più a modo di cenobita, ma ai laici mescolossi senza ritegno veruno,

iniziando quella miserabil distribuzione di denari, che gli procacciò oltre ai plausi del volgo, l'apostolica concessione di rinchiudersi coi suoi compagni in altro monastero sotto più rigorosa disciplina.

Ora per tacere di quanto seguì in appresso, questo contegno suo non ha scusa,

perchè l' operare così fu quasi un prendersi giuoco della divinità e agire da ipocrita tristo.

Certo dinanzi ad un tribunale terreno essi otterrebbero causa vinta, tanta è stata l' astuzia loro;

2-3. *A* testamentoriam 11. *M² dà* sed *in rasura.* 16. *M² G¹ omettono* et *dopo* procur. *M²* socius 20. quoniam] *M-C* qui *L* quam memoriter] *L* me moritur *(sic)* *RL* recenscere 21. *G¹* obentu *L M-C omettono* et *A* excn...ia *(sic); un correttore sostituì un* s *al* c, *coprendo così qualche lettera prima scritta che mal si riesce a decifrare. M² dà* quidem *in rasura.* 23. *A dava* licet, *espunto e sostituito con* liceat 26. *A* medillit. *corretto in* medullit. 27. *M² dà* qui *in rasura.* 29. *Dopo* armav. *M-C aggiunge* ut

(1) Cf. *Cod.* I, XIV, l. 5.

ma al cospetto del celeste giudice la cosa andrà diversamente.

Colà si scruteranno i cuori, si esaminerà se la papal grazia sia stata ben applicata;

se chi la sollecitò fu sincero e nel conseguirla non vide qual scandalo sollevasse: guai infatti a chi provoca gli scandali!

Dinanzi a quel tribunale supremo, ben più severo che non si creda,

si vedrà ancora se chi incorse nella scomunica può esserne assolto senza scotto alcuno di pentimento;

se il vicario di Cristo abbia facoltà di scioglier i voti solenni a cui altri s'era obbligato; se esso abbia errato o per lo meno in tutto adempito all' obbligo suo.

Promette infatti il monaco, pronunziando i voti, d' esser costante: or chi lascia il proprio chiostro, disprezzando i voleri de' superiori, non dà prova davvero di costanza.

obtinerent. caveant tamen iudicium poli, quoniam ibi non privilegiis, non testibus vel instrumentis agitur, sed pura mentis intentio ponderatur. adducentur in iudicium etenim concedentis animus et an gratia clave processerit non errante. considerabitur ibi mens petentis et an quicquam fuerit mendacio dictum vel veritatis aliquid occultatum, nunquidve remissionem postulans cor habuerit penitens et contritum, et an commeatum impetrans vel recedens habuerit in caritate suum vel proximi scandalum exploratum. ve quidem ei per quem scandala veniunt! (1) nam et qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, inquit Veritas, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris (2). crede michi, dilectissime Raphael, districtius est illud iudicium quam putemus, in quo te non poteris mendacio tegere vel veritatis aliquid denegare. tunc videbimus an excommunicatus iuste cuiusvis transgressionis crimine restitui possit ad gregem fidelium, nisi peniteat et pro culpa satisfecerit cor contritum et an mereri possimus veniam, si nutriverimus semper culpam, videbimusque nunquid generalis Dei vicarius possit gratiose dimittere quod specialiter Deo memineris et solemniter te vovisse. valde quidem dubitandum est ne clavis erret, que servit gratie, non rigori, queve, dum remittit audiens culpam, non examinat petentis conscientiam; et posito quod clavis non erret, an indulgentia recipiens satisfaciat, sicut decet. promittitis primo verbo professionis vestre constantiam, quam nescio si dici potest, cum claustrum relinquitis, cum prelati iussibus et ordinis institutionibus non paretis, imo contrafacitis, vos servare. qui promittit enim obedientiam quid potest incorrupte velle vel sancte, nisi quod et iure permittitur et religionis instituto vel prelati recte sentientis imperio comprobetur? magnum est hic rerum involucrum dubitationumque conflictus,

1. M^2 G^1 populi 4. G^1 *L M-C* clare 5. M^2 potentis *L M-C* mendacii 12. M^2 dimerg. 14. M^2 aliqui 16. *Dopo* greg. *A dà* fre *cancellato.* 17. M^2 *dà* et *aggiunto in interlinea.* 20. *A* novisse; *ma i due* ss *sono di mano del correttore; forse il copista aveva scritto* noviter *(?)* 23. M^2 indulgenciam 24. *A* promittis 25. *L M-C* potuit 27. G^1 *L M-C* promittitur

(1) S. Matth. XVIII, 7. (2) S. Matth. XVIII, 6.

ut sine cunctatione tutius sit, postquam aliquid in legem com-
miseris, suscepta venia redire devote ad dimisse legis observan-
tiam, a qua cecideris cum peccares, quam uti licentia post pec-
catum. sed hec omittamus.

Di qui consegue che sia più sicuro per chi ha peccato ritornar all' obbedienza dopo aver ottenuto il perdono, che permaner, sollecitando un indulto, nel peccato.

5 Volo quidem quod omnia tecum decoquas et moneas illos
tuos, ut de simplicitate et intentione sua sibi non blandiantur
nec credant cenobii novi constructionem tale bonum esse quod
excuset vel dissensionis scandalum vel discessionis erratum. o
quanto melius erat ab emulatione discedere, corrigere proximum
10 et unitatem non relinquere, sed ipsam etiam invitis discordantibus
observare! o quam delicata conversatio est quam dirimit etiam
iusta contentio! iniustam quidem movere discordiam fragilitatis
est et pervicacie; motam fovere diabolicum. ut bonum facias,
malum aliquod agere, cum stultum atque peccatum tum damna-
15 bile tum vitandum. dic michi, Raphael, dicant et alii tui. cum
a veteri cenobio discessistis, non videbatis in quam infamiam re-
lictos fratres vestros illos aut vos, imo prorsus utrosque, in in-
tuentium oculis trudebatis? creditis forsan quod omnes vestrum
debeant laudare discessum, in cuius spei falso lumine proximorum
20 vestrorum infamiam non curastis? imo, quia nimis desideratus
vobis erat ille discessus, nulla vobis de remanentibus cura fuit.
nichil etiam, quod vos deceret, et an famam lederetis propriam
providistis. sunt qui, quod et ipsi fatemini, dicant vos propter
discordiam discessisse putantque vos non potuisse aliorum super-
25 biam tolerare. nonne melius cohabitationem semper habere con-
tentiosam, quam illis occasionem talis infamie prebuisse? dicunt
hec et alia qui de secularis vite licentia religionis observantiam
metiuntur. sed alia claustri et religionis est regula, alia vere
mundi diversumque finem sequentium est doctrina. multa qui-
30 dem extra claustrum vivendi libertas consuetudoque permittit, que
religiosum illud penetral abominatur et horret. licet enim ali-
quando foris dissentire, contendere: intus autem omnino non

Consideri maturamente Raffaello tutto ciò e vegga egli, veggano i compagni suoi se l' erezione d' un nuovo convento sia tal bene da giustificare lo scandalo della discordia e della partenza loro dall' antico chiostro.

Non s' avvidero essi dunque, abbandonando i fratelli, di quale infamia li ricoprissero?

Ma tanta era in loro la smania di lasciarli, che non pensarono nè alla fama di quelli nè alla propria.

Non era forse meglio tollerare le intestine contese che dare origine a simile infamia?

Non si può vivere nel chiostro come si vive nel secolo.

Qui è lecito dissentir a volte dagli altri, litigare, contendere,

3. M^2 cecideras wenb uti] *A* utique 5. *RA* dequoquas 6. $M^2 G^1$ *RA* inventione 8. dissens.] *A* disponsionis 9. *A* quantum 10. $M^2 G^1$ *omettono* etiam 11. *RALM-C* conservatio *LM-C per* etiam *dànno* et 17. *A* utrorsque 18-19. *RALMC omettono* quod *e* debeant 20. *Dopo* desider. *A ripete* in cuius spei falso 28. M^2 *A* vero

ma nel chiostro deesi ubbidir alla regola. ai superiori, ceder umilmente ai confratelli. Chi dinanzi a pretese ingiuste piega la fronte, fa arrossir il suo vincitore

e gli toglie di mano le armi.

Così si emenda il prossimo o gli si mostra almeno la via di salute; e si ubbidisce ai divini precetti.

Ma chi al contrario voglia opporsi all' altrui prepotenza, non divien egli stesso rissoso?

Non può dunque Raffaello giustificare la condotta propria.

Ei doveva rimaner nel convento,

cercar di sopire il fuoco della discordia, mostrandosi umile,

perchè tra umili non può aver luogo contesa veruna.

licet, ubi scilicet parendum est prelatis et regule, confratribus vero cedendum in humilitate. nunquam enim, si cesseris, erit tibi cum proximo tuo contentio, quem, cum ceperit protervire, non franges resistentia, sed accendes; cedendo vero sic humilem reddes sicque victum, quod longe minorem habebit ex victoria gloriam quam 5 ex contentione pudorem, et exinde taliter eum affectum videbis ad cetera, quod vel facile cedet vel saltem pertinaciter non contendet. quod si consecutus fueris, correxeris et lucrifeceris fratrem tuum (1); sin autem in malignitate perstiterit, documentum ei dederis quale debes et temet conservaveris innocentem. si cla- 10 mydem eripienti iuberis non contendere tunicam, quid nobis in aliarum rerum contentione faciendum est? (2) insistendumne contentioni, an potius in pace concordiaque cedendum? si restiteris contentioso, quid aliud te manet, nisi quod contentiosus equaliter appelleris, nec appelleris solum, sed ut talis crimineris et pu- 15 niaris? nunquam in hac re consequi poteris, carissime Raphael, vel vos vel illos plurimum non errasse. nunc autem expediensne vobis fuit hac discessionis vestre migratione vos vel illos efficere reos culpe? quanto melius carebatis omnes tam suspitione quam crimine quantoque satius erat ignem illum discordie sanctifice 20 humilitatis operibus, velut undarum aspergine, vel extinguere vel sedare! nunquam inter humiles potest esse discordia nec inter contentiosos et humiles emulatio. inter duos aut plures ista cadant oportet, qui controversim sentiant. humilis vero talis est qui nunquam possit in contentionem adduci. plane quidem opus 25 est extra virtutis huius ambitum adversarium querere qui voluerit cum alio litigare. potes ab humili dissentire et illi te non exhibere concordem; cum illo vero contendere vel habere discordiam omnino non potes. licet enim non idem sentiat quod tu sentis, licet in corde non habeat quod corde tenueris, non tamen dissen- 30 sionem aut discordiam tecum habebit. tenebit suam in corde

2. *L M-C* numquid 3. *M²* potervire *(sic)* 4. *In M² il* que *dopo* sic *è aggiunto in interlinea.* 6. *A omette* et 7. *A* cedunt 12. *A* instistendum *(sic)* 13. *A* resisteris 21. *L M-C* humanitatis opibus 22. *L M-C* potuit 24. *M² G¹* controversiam 26. *A omette* est 28. contendere] *M² G¹* confidere

(1) Cf. s. MATTH. XVIII, 15. (2) Cf. s. LUC. VI, 29.

sententiam, non dimicaturus cum proximo, si perstiterit, sed potius, si fieri preter offensionem Dei et proximi poterit, consensurus. in illis autem, quibus eterne salutis ratio leditur, nec consentiet nec contendet, sed monebit humiliter et quiescet. hanc humilitatem si vos aut illi, ut iam etiam cum remanentibus loquar, vel mediocriter habuissent, crede michi, nulla fuisset inter vos dissensio nullusque discessus; potuissetque concorditer parere vestra mater novum istud monasterium, que vos in discordia fuit aborsa queve, sicut de Rachel scribitur, flet filios suos nec potest consolari, cum non sint [1]. ego vero, frater carissime, te et tuos deprecor et exoro quatenus in vere caritatis lumine que moneo ponderetis, excoquatis et ventiletis nec patiamini super hec mentis vulnera consolidari vel durescere cicatricem. contrectetis novas istas plagas, ut potius emittant sanguinem quam putrescant, ut semper dolor maneat neve, quod in antiquis solet contingere vulneribus, corruptio superveniens doloris sensum auferat vel oblivionem obductio cicatricum inducat. ceterum, si patienter ista tam illi quam vos capietis sique fidele consilium cum benignitate recipere decreveritis, vos in vere caritatis affectu obtestor et moneo quatenus in hac causa nolitis arma contentionis assumere; nolitis etiam, si peccaverint illi vel forsan ipsi, culpe facinus aliis imputare. sed fateamini, si sentitis errorem, leviter potuisse vos ex puritate et inscitia, sicut homines, erravisse, verum abfuisse maliciam, sicut credo. hec respondendi forma nulli contra conscientiam crimen imponet, nulli generabit infamiam nullique scandalum preparabit. tolerabilius enim fuit in claustro contendere quam nunc claustris, quasi castris oppositis, dissidere; velitisque didicisse in unitate religionis nichil detestabilius nichilque venenosius emulatione contentionis; ut hoc saltem exemplo veram, sanctam et immaculatam observare didiceritis unitatem; pudeatque semper et pigeat movisse vel suscepisse discordiam nutrisseque taliter quod vos impulerit ad discessum.

Ora se egli ed i suoi compagni avessero abbracciato tale condotta, niuna dissensione sarebbesi ingenerata tra loro e l' antica madre avrebbe potuto dar vita al monastero novello, senza veder i propri figli divelti dal suo seno.

Riflettano essi dunque a tutto questo;

non lascino indurire le cicatrici delle piaghe recenti,

ma si pentano di quanto hanno fatto.

Ed in ogni modo diano retta al suo consiglio;

non s'armino contro i loro fratelli di severità,

non li accusino di colpa, ma confessino che se peccarono fu per semplicità o ignoranza.

Così facendo, non recheranno loro vergogna

e torranno via lo scandalo, che nascerebbe da una più lunga contesa con coloro,

che mai non avrebber dovuto abbandonare.

1. si perstiterit] *A* superstiterit 4. *L* monebie *(sic)* 7. G^1 nulliusque 11. que] G^1 quod 17. *A* cicatricem 21. *L M-C* ipse

(1) S. Matth. II, 18.

Un gran bene hanno essi del resto perduto: l'occasione di esercitar la pazienza, virtù che non può mostrarsi, ove manchino i contrasti. Non v'ha merito alcuno, ove questi non esistano, a conservare l'unione; chi infatti può mostrarsi scortese, quando trova tutti verso lui ben disposti? Se opera bene chi tratta pacificamente col prossimo, che non contende, certo opera meglio ancora chi cede davanti alle esigenze del prossimo che contrasta seco. È senza dubbio il far ciò dura e faticosa impresa, singolarmente quando si debba piegare il capo a pretese ingiuste e dannose; ma appunto in ciò sta l'atto virtuoso. Se la fatica è grande, maggiore riesce il merito.

Unum maximum bonum, quod vobis in illa discordia parabatur, per ignaviam amisistis cuiusque meritum nunquam poteritis adequare. quod bonum? inquies. patientiam plane, quam, nisi molestemur, offendamur et tribulemur, nec prestare possumus nec habere. et credis unitatem conversationis, si procul absit omnis emulatio discordiaque et contentio, tanti talisque meriti vel remunerationis esse, quanti qualisque fuerit, ubi turba controversiarum accesserit, si patientia tolerabis iniurias et humilitate cesseris, ne contendas? non est sine turbationis molestia conversatio nostra meritum, sed potius Dei donum. nam si benigno proximo benignitate respondeas, quid est aliud quam benefactoribus tuis benefacere, quod faciunt etiam ethnici et publicani? (1) non sufficit a contentione, si contendentem non habeas, abstinere. meretur, fateor, qui pacifice cum proximo conversatur, non quia non contendit, sed quoniam opus perficit caritatis; non quia non discordet vel non dissentiat a confratre; potest enim hoc recte fieri, imo rectissime fit, si male sentiat proximus vel damnabiliter velit; sed quoniam bene volens et recte sentiens non contendit, non dissentit vel discordat cum proximo, sed a proximo. scio quantum hoc michi, credo quidem et aliis carnaliter mecum sentientibus, durum et difficile videatur. quis enim continere semetipsum potest, si proximus id velit atque contendat quod non expediat, maxime si velle videatur in hoc per superbiam resistere vel factiose, sicut contingit in religiosis et secularibus congregationibus, obtinere? difficile, fateor, est et ut talis contingat necessitas non optandum. summus enim hic labor est summaque bonitas male persuasos in rectam viam deducere vel obstinatos humilitate consumataque patientia tolerare. summus hic profecto labor, sed summum meritum, quo quilibet non iusticie debito, sed gratia remuneratur et beneplacito nos salvantis, ut hoc re-

1-2. *A omette* parabatur 2. G^1 eiusque 5-6. M^2 G^1 omnis absit 7. M^2 *dà* turba *in interlinea.* 8. *A* patientiam 12. *A* zthmici *(sic)* 15. quoniam] *M-C* quia 16. *L M-C omettono* non *e dànno* potuit 18. *M-C omette* velit *L M-C* bonum 22. *R dà due volte* non 23. M^2 exped$\overset{a}{i}$t 25. M^2 *dà* et *in interlinea.* 26. *L* labar *(sic)*

(1) Cf. s. MATTH. V, 46-47.

spectu, quo plus mereri possimus, optandum sit, dummodo citra crimen et scandalum proximi fieri possit, quod in contentionis barathrum incidamus, quod habeamus exercentes et ventilantes nos, ut non probati solum, sed etiam approbati, pacem, que superat omnem sensum [(1)], gloriose pertingere valeamus. o felix commutatio desiderabileque commertium sic in temporali contentione versari, quod eterne pacis gratiam, largiente Domino, consequamur! non potest ex contentione parare meritum qui contendit neque qui tedio contentionis affectus pugnam deserit, contendentem fugit et pacem animi sibi querit. non est hoc virtute cedere, sed turpiter terga dare. standum est in acie, conserende manus luctandumque pro iusticia, pro veritate, pro honestate. sic tamen hec omnia facienda, quod non obiurgeris, non contendas nec erranti similis fias. patienter tolera proximum, prudenter admone delirantem cedeque humiliter, si non se corrigit, insanienti. ista pia dimicatio est, hic insistendum; nunquam hec repugnantia deserenda. sed hec satis. plane quidem constat alicuius contentionis tedium vel periculum non esse tanti, quod viri spirituales debuerint claustrum relinquere vel mutare. in omni quidem recte vivendi ratione pulcerrimum est servare constantiam. minuit enim etiam sanctissime vite decus animi levitas et difficile fieri potest quod illibata conscientia vel sine scandalo proximi cenobia commutetis. vide, precor, super hoc Clarevallensis Bernardi consilium atque sententiam libello D e d i s p e n s a t i o n e a t q u e p r e c e p t o super articulo: Q u a t e n u s t e n e n d a s i t, q u e i n p r o f e s s i o n e f i r m a r i s o l e t, l o c i s t a b i l i t a s [(2)]. si recte quidem intelliges sique profunditus imbiberis id quod iubet, te et illos tuos veritatis, quam predico, et erroris, quem

Sicchè v' è ragione per l'uomo virtuoso di cercar i contrasti, onde perfezionarsi nell' esercizio della sofferenza e guadagnarsi così il premio dell'eterna pace.

Nè questo si può conseguire, evitando le occasioni di combattere;

ma stando fermi al proprio posto e pugnando per la giustizia, la verità, l' onestà.

In conclusione, non v' è in verun litigio tanto fastidio o tanto pericolo da rendere ad un monaco lecito l' abbandono del suo convento.

Chi faccia ciò dà prova d' instabilità,

come risulta evidente da quanto scrive al proposito san Bernardo da Chiaravalle.

Se frà Raffaello mediterà i precetti di lui

11. *A* turpis 13. *A* sicut *G¹ omette* hec 14. *A dà* simul *corretto in* similis *ed omette poi* tolera - plane *(r. 17)* 15. *M² G¹* corrigat 21. *A omette* enim 22. *A* sandalo; *il* c *aggiunto d' altra mano.* 23. *L M-C omettono* proximi *M²* Claravall. 26. *A dopo* professione *dava* sua *che fu espunto.* 28. te] *A* et; *ma il correttore cancellò il* t *finale e ne prepose uno all'* e

(1) S. PAUL. *Ad Philipp.* IV, 7.

(2) S. BERNARDI abb. primi Claraevallens. *De praecepto et dispensatione lib.* cap. XVI, Transitus et mutatio monasterii quatenus probanda, § 44 in *Opera omnia,* I, 885 sgg.

e le parole di s. Agostino nel *De verbis Domini*, dovrà poco lodarsi della propria condotta.

arguo, nimis poterit admonere. sique leges circa finem undevigesimi capituli De verbis Domini, de duobus cecis sententiam Augustini [1], crede michi, tibi nec de te nec de tuis aliis, auctoritate tanti viri veritateque se vobis insinuante, placebis. hec hactenus. 5

Si scusa infine d'aver consigliato i monaci degli Angeli a rifiutar a lui ed ai compagni suoi taluni libri che domandavano in prestito.

Quod autem accusas contra caritatem Dei et proximi tam ipsos facere quam me consuluisse, quod libros non accomodent, quibus abundent, ut de me prius loquar, id fateor me dixisse nimisque carnaliter tribuisse responsum. cum enim de caritatem relinquentibus sermo foret, fugit me, quod secundum caritatem 10 debui respondere, quam quidem reminisci potueram non ad amicos habendam solum, sed ad ipsos extendendam etiam inimicos. verum omnis ordinata caritas gradus habet, ut primus gradus sit cogitare de se, secundus de filiis atque parentibus, tertius de coniunctis; post autem secundum necessitudinis propinquitatem 15 ad extraneos pervenire. inter quos etiam est habenda discretio, ut quanto quis fuerit humana communione coniunctior, tanto debeat ceteris anteferri. debueram ergo discutere quonam gradu deberetis eis societatis et necessitudinis numerari; et tunc demum quibus posponi quibusque preferri mereamini respondere. verum, 20 cum libri non sint de necessitate salutis, ad quam sumus affectu cunctis obnoxii, sed instrumenta quedam exhibendi cultus vel curiositatis atque doctrine, non fuit periculum si vobis illos persuaserim denegandos, quibus ad salutem ultimam nullatenus indigetis. illi vero, si constitutionem observant claustri, nec vobis sunt nec 25 aliis reprehendendi. vale, sicut optari debet, in Domino. Florentie, sexto idus ianuarii.

4. *L M-C* nobis 9. *R* caritate 10. *L omette* me 12. *A* extendam G^1 *per* etiam *dà* esse 13. *M-C* inordinata 15. *A* iunctis; *la sigla del* con *fu aggiunta sopra.* M^2 propinquantem 18. *M-C* ego 22. M^2 *dà* quedam *aggiunto in interlinea.* 23. M^2 G^1 *omettono* illos 23-24. *RL* persuarim 25. *A* M^2 constitutiones

(1) S. Aug. *Sermo LXXXVIII, De verbis Evang. Matthaei, ubi de duobus caecis* &c. cap. xx, vv. 30-34, cap. x in *Opera,* to. V, par. I, col. 552.

II.

A ser Guido Manfredi da Pietrasanta (1).

[A, c. 15 A; P^I, c. 44 B; R^I, c. 6 B, mutila.]

Ser Guidoni de Petra Sancta.

Firenze, 25 aprile 1401? Vide l'eloquente lettera da lui inviata a maestr' Ugolino

5 Vir insignis, frater optime, amicorum singularissime. vidi litteras tuas, quas ad communem fratrem et medicorum peritissimum magistrum Ugolinum mira facundie maiestate scripsisti;

4. *Così AP^I; ma il primo aggiunge sotto in minuti caratteri* Collutius 6. *A dopo* fratrem *dava* amicorum, *che fu espunto.*

(1) Di Guido di Manfredi di Landuccio da Pietrasanta ha tessuto una breve biografia V. Santini, *Commentari storici sulla Versilia centrale*, Pisa, 1863, VI, 6 sgg., e parecchi ragguagli, giovandosi di documenti tratti dall'Archivio di Stato lucchese, hanno altresì forniti in talune loro pregevoli pubblicazioni S. Bongi e G. Sforza. Ma nessuno ha sin qui cercato di lumeggiare accuratamente il carattere dell'uomo, politico scaltro e sagace, che univa a molto ingegno una non comune dottrina e che in Lucca per quasi mezzo secolo esercitò negli affari di Stato una capitale influenza. A codest' intento ci è sembrato non inutile dedicare un po' di tempo e un po' di fatica, ed i risultati delle indagini nostre, quali essi si siano, verranno esposti nella XII tra le monografie destinate ad illustrare i *Corrispondenti del Salutati.* Qui non faremo dunque se non rammentare le date precipue della vita del Manfredi, che, eletto il 1° gennaio 1382 cancelliere delle riformagioni del comune di Lucca in luogo d' un vecchio amico del S., Andrea di Giusto Cenni da Volterra (cf. lib. VIII, ep. xvii; II, 439), resse quell' importante ufficio per quasi quattro lustri; fino a tanto cioè che la città, straziata dalle fazioni, spopolata dalla peste, non reputò necessario alla salute propria il sacrificio della libertà. E poichè tra coloro i quali più si affaticarono allora ad aprire a Paolo di Francesco Guinigi la via alla tirannide, fu appunto ser Guido, così egli conseguì nel nuovo governo una parte principalissima. Segretario e confidente di Paolo, il Manfredi ebbe in suo potere « ambo le « chiavi » del cuore del debole principe per circa vent'anni; nè, se fosse stato più cauto, le avrebbe perdute mai. Invece, giunto al fastigio degli onori ed anche al limitare della tomba, precipitò bruttamente e, quel che è peggio, volle nella ruina sua involgere chi l' aveva tanto beneficato. Ma di ciò altrove.

Or ci sia lecito avvertire una curiosa particolarità. Nell' epistolario del S. noi non abbiamo fin qui incontrata lettera alcuna diretta al Manfredi, mentre dieci ce ne sono pervenute, le quali tutte appartengono a quel breve spazio di tempo, che va dall' elevazione al principato di Paolo Guinigi alla morte del nostro (1400-1406). Or come si spiega la deficienza di prima e l'abbondanza di poi? Inammissibile infatti è la supposizione che dal 1400 soltanto datino le amiche-

la quale gli porse occasione d'ammirare e l' eleganza del suo stile e la profondità del suo sapere.

Mirabile è poi come Guido ad onta di tante faccende sappia tenere esercitato negli studi l' ingegno;

non può quindi che spronarlo a continuar per la via in cui s' è messo.

Senza scusa è difatti colui che, tutto assorto nelle cose terrene, le quali concernono il corpo,

trascura le spirituali, lascia in abbandono gli umani studi, che l' intelletto nobilitano e le razionali speculazioni.

in quibus quidem gavisus sum tum mundicia stili tum dictaminis gravitate tum dictorum varietate et copia tum rerum maximarum scientia atque noticia quam mirabiliter pre te fers. in quibus quidem omnibus laudavi mecum ingenium tuum, quod videam nec ocio rubigine obduci nec occupationibus, que gregatim in te ruant, ut in plerisque solet, obtundi. rarissima namque dos et singularis gratia multitudine gerendorum ab occultarum rerum vestigatione non distrahi nec scibilium amenitate, quin agendis respondeas, impediri. qua siquidem in re quid faciam, nisi quod te fideliter horter et quoad possim amicabiliter persuadens efficiam quod hoc propositum non relinquas ac tantum et tale Dei donum taliter recognoscas, quod hac Dei indulgentia per negligentiam te non reddas indignum? reprehensibile quidem est ad virtutum ardua non adniti et ignavum, cum ex anima corporeque constemus, fragilis et corruptibilis huius visibilis fabrice curam gerere, optimam vero nostri partem, animam scilicet, non curare. agibilium namque labor, quo vel studemus opibus vel dignitati vel potentie vel, quod maxime nos permovet, glorie, corpus instruit, corpus colit; anima, quasi nichil sit et ad nos non spectet, negligitur. studia quidem humanitatis secretorumque nature et, ut omnia simul colligam et altiora complectar, studia rationis,

6. *Con* òbtundi *s'arresta l'epistola in R*[1] 8. *A* sibilium 10-11. *A* efficatiam

voli relazioni di Coluccio con Guido; cancellieri entrambi di due città vicinissime e legate da tanti interessi, circondati da amici comuni, tutt' e due appassionati raccoglitori di libri ed amatori del sapere, come avrebbero potuto restare per quattro lustri in rapporti continui d' ufficio senza che nascesse in loro desiderio di conoscersi più davvicino? È forza quindi ritenere che per un capriccio del caso tutte le epistole scritte dal S. al Manfredi innanzi al 1400 siano andate smarrite. Ed a questa supposizione dà efficace conforto anche la presente, dalla quale risulta come Coluccio nudrisse per ser Guido un' amicizia di vecchia data.

Ad assegnare poi al 1402 l'epistola stessa siamo indotti (a tacere del luogo ch' essa occupa in P[1] ed R[1]) da queste considerazioni. Dall'accenno che il S. fa a maestr' Ugolino si rileva che, mentr' egli scriveva, il medico montecatinese si trovava a Firenze. Or noi abbiamo già veduto che il Caccini nell' autunno del 1402 dichiarava di non abitar più a Firenze (cf. lib. XI, ep. XVII, p. 395 di questo volume); e d' altra parte si è pur constatato che in questa città ei doveva aver dimorato per alquanto tempo, quando lasciò Lucca, cioè a dire sul finire del 1400 o sul principio del 1401. La presente è quindi stata scritta, secondochè riteniamo probabile, nella primavera del 1402.

que mentem illuminat, non curantur; ut mirum michi sit unde tu, vir occupatissime, sumpseris hoc imitationis exemplum vel, quod verius est, te cunctis proposueris tam singularis industrie documentum. ita fac, te moneo, Guido mi; fac in dies te 5 doctiorem efficias: facies equidem et facillime consequeris, si quantum publicis domesticisque necessitatibus relinquatur temporis colliges, si quotidie minimum etiam quid addisces, si que didiceris excoques et veluti digesta memorie committes tue. volo tamen quod, ut occupatos decet, illi philosophie studeas, que 10 te potius meliorem quam doctiorem efficiat; quod quidem non occupatos solum conatos esse videmus, sed fecerunt laudabiliter etiam ociosi. Socrates enim, fervente iam tunc Grecia physice studiis cunctisque sophis tandemque philosophis circa rerum naturam et principia communiter occupatis, novum speculandi 15 genus et vere moralisque philosophie considerationem, que sapientia dicitur, secutus est; primusque dimissis physicis desperatione, sicut quidam aiunt, veritatis de naturalibus inveniende vel potius utilitate morum et scientie, quam ethicam vocant, bonitate pellectus sive, quod credibilius est, utraque difficultatis et uti- 20 litatis ratione, se convertit ad ethica cepitque de viribus anime, de potentiis eius, de virtutum habitu et actuum humanorum fine sive finibus disputare, de obiectis et mediis honestique natura et morum pulcritudine rationeque rerum agibilium ordinare novam doctrinam; nec solum quid singulos deceat inquirere, quam phi- 25 losophie partem *monasticam* appellavere, sed quid familiam dirigat, quam *economicam* dicunt, quidque res publicas sanciat, quam *politicam* nominant, miris rationibus vestigare (1). cuius rei admiratio adeo totam Greciam, auctore Platone (2), post se traxit, quod, ut testis est Cicero, sine preceptis officiorum nullus 30 auderet se philosophum appellare; ceteri quidem non philosophi, sed physici dicebantur (3). hanc doctrinam veram sapientiam,

L'amico, che anche in ciò s'allontana dalla brutta usanza dei più,

vedrà crescer di giorno in giorno la somma della sua dottrina.

Ma agli occupati occorre coltivar sopra gli altri quegli studi che rendono non più dotti, ma migliori;

quegli studi, cioè, morali che Socrate apprese ai Greci,

quando, lasciate in un canto le fisiche speculazioni, si die' a meditare i precetti dell'etica,

e ricercando le qualità dell'anima, le sue potenze, le virtù sue ed il fine degli atti umani,

ordinò una nuova dottrina, con cui così agli individui come all'umanità tutta quanta aprì la strada alla perfezione,

creando la vera filosofia,

che è vera sapienza.

2. P^1 mutacionis 16. *A* primisque 20. P^1 ethicam 21. *A* P^1 habitus 23. P^1 *omette* novam 26. *A* P^1 yconomic.

(1) È questa la divisione aristotelica della filosofia pratica; cf. SEN. *Ep. ad Luc.* LXXXIX &c.

(2) Cf. PLAT. *Phaed.* XLVI sgg.

(3) Cf. CIC. *De off.* I, II, 5 e anche *De or.* III, XVI, 60.

quam Greci sophiam nominant, esse dixerunt et eius amorem composito vocabulo philosophiam qui recte loquuntur et sentiunt vocavere. huic te velim tradas, huic studeas opto, memor quod scribendi recte, sicut inquit Flaccus,

A questa soltanto dedichi Guido tutto se stesso,

Sapere est et principium et fons (1).

lasciando ai medici la cura di scrutar le cose fisiche; purchè costoro non ardiscano dirsi filosofi, ma d'esser chiamati fisici stian paghi.

dimittas physica medicis, qui volunt hec ad se, que sine invidia sibi relinquimus, pertinere; ita tamen quod hoc studio non se medicos longeque minus philosophos, sed solum physicos, quod supra medicos est, audeant vocitare. dimittas ipsis physica, precor, quoniam, teste Philosopho, sicut nycticoracum oculi ad lucem diei se habent, sic et anime nostre intellectus ad ea que sunt omni nature notissima (2). versentur in hac obscuritate sine invidia medici et inquirant, si reperire possunt, causas et principia rerum; inquirant vacuum infinitum, loci vel motus rationem, diffiniant tempus et instans et horum ratione probent, si probabile tamen sit, mundum carere principio, species eternas non ratione solum esse, sed individuorum nunquam inchoata presentia. veniant etiam in primam causam, quam sic esse velint infiniti vigoris quod necessario, non ex proposito cuncta faciat et tamen extra se nichil intelligat vel agnoscat; generationem et corruptionem rerum discutiant; vestigent animam quid sit, quid communis sensus, quid phantasia, quid intellectus, quid ratio, quid voluntas, quid appetitus ipse sensitivus, que corporalium sensuum distinctio, quod opus queve natura, quid somnus et somnia; in quibus et aliis omnibus, cum non lynceis, sed nycticoracum utantur oculis, verendum ipsis est ne somnient vel vanis delusi, sicuti solet in somniis, alios deludant vel se prebeant deludendos. quis enim, ut cetera sileam, ferat, cum mundum ab eterno fuisse contendant, non plures horas quam annos vel Saturni revolutiones

Brancolino costoro a lor posta in mezzo alle tenebre che coprono fittissime i segreti della natura; almanacchino sullo spazio, sul tempo,

sull' origine del mondo, l' eternità delle specie,

la causa prima e l'essenza sua,

la generazione e corruzione di ogni cosa; la natura dell' anima, delle umane potenze,

de' fatti che s' avvertono nell' uomo; col pericolo d'ingannarsi e d'ingannare altresì chi presti lor fede.

Come difatti si può ammettere con essi l'eternità del mondo,

3. *A* P^{I} memor que; *ho mutato quindi il* que *in* quod 4. *A* sic scribit 5. *A* P^{I} *omettono* et *dopo* est 7. *A dà* tm̄ *che dovrebbesi sciogliere in* tantum 8. P^{I} *omette* solum 10. P^{I} noctic. 11. P^{I} *omette* ea 21. *A* discurrant 25. P^{I} nocticor. 26. *A dà* sicuti *o* sicut? *La grafia del cod. ci lascia incerti.* 28. *A* P^{I} *dopo* ferat *dànno* quod, *che ho soppresso.*

(1) Horat. *Ep.* II, iii, 309. (2) Aristot. *Metaphys.* I, i, 12-14.

vel secula, que quidem iubileis alii centum annis diffiniunt, precessisse? omnia quidem hec, ut aiunt, infinita sunt, quasi se, cum ex illo infinitatis acervo devolvuntur, aliqualiter non excedant. quod quidem, licet forte ratio cogat et probet eis, non cre-
5 dam sanas mentes recipere nec intellectum aliquem consentire. quis non irrideat, cum esse specierum fundari volunt in individuis, quod speciem hominis eternam velint et nullum hominem principium habuisse? habeant sibi rerum ista prestigia, subiciant his miraculis intellectum, imo captivent. nos

oppur quella delle specie? Come credere che l'uomo non abbia mai avuto principio? Tengan per sè dunque le loro stravaganti elucubrazioni.

10 Quid sit pulcrum, quid turpe, quid utile, quid non,

ut Flaccus ait (1), iocunde disputationis examine ventilemus. in qua quidem re nullos oportet nos consulere nisi nostre mentis conscientieque iudicium et illam vim anime, quam Greci, teste Hieronymo, vocant composito quodam vocabulo synidissim,
15 quod nostri sine ratione vel teste qui modernis temporibus theologica profitentur a paucis seculis citra mutato nomine synderesim vocaverunt. hec est enim scintilla conscientie, que deliberantibus adest et post factum, sive bonum sive malum sit, etiam a corruptis mentibus non discedit (2). in hac quidem vera
20 moralique sophia, quam Latini sapientiam vocant, rectum et honestum est utilissimumque versari; in hac non semper scientia quia, sicut in physicis, sed utimur etiam, quod crebro facimus, scientia propter quid.

A Guido, a Coluccio rimanga la cura d'investigar i filosofici ed etici problemi; al qual studio basta la guida della propria coscienza, e se ne trae ognora profitto; ciò che invece non ha sempre luogo nelle ricerche d'ordine fisico.

Nam, ut ad epistolam veniam tuam, dum ad physica te con-
25 vertis, velle videris animal illud quadrupes, quod Ugolinus noster ad communem dominum dono misit, vocari non histricem, sed, Isidoro teste, strigem. quod quidem miror et scio apud auctorem Isidorum clare legi. scribit enim: histrix immite animal in Africa erinacii simile, vocatum a stridore spinarum, quas tergo

Difatti, per venire alla lettera di Guido, questi asserisce che Isidoro chiama « strige » quell'animale, che si suol dire abitualmente « istrice ».

3. *A* exilio 5. *A* aliquod 7. *A P*[1] *dopo* homin. *dànno* non 16-17. *A* synderasin 22. *A* quid? 25. *A* quadruplexs *e dopo* noster *dà* u *cancellato*. 28. *A P*[1] strix

(1) Horat. *Ep.* II, iii, 4.
(2) Cf. s. Hieronym. *Comm. in Ezech. lib. XIIII*, lib. I, cap. i, 10 in *Opera*, V, 22 e per lo strano abbaglio preso da Coluccio a proposito di « sinderesi » vedi la nota 4 all'ep. xvii del lib. XII, p. 530 di questo volume.

Niun dubbio invero che « strige » sia, come afferma Uguccione e confermano Lucano

laxatas emittit, ut canes vulneret insequentes (1). nam quod pisanum Derivatorem ais velle quod strix nocturna sit avis (2), proculdubio verum est; unde Lucanus:

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur (3);

e Seneca,

et M. L. Anneus Seneca in Furente dixit: 5

Omenque triste resonat infauste strigis (4).

nec putes, ut communiter Tragediarum testus habent, stygis (5) ibi legi debere, non strigis. plane quidem in antiquo volumine, quod in manus venit meas, strigis legitur et non stygis; quod et verum et convenientius esse declarant illa verba 10 omen triste resonat, que tacito Stigie paludis vado nullo modo possunt, si recte solideque respicias, convenire, cum oscini volucri, queque sit ominosa, sicut Lucanus innuit, aptissime copulentur. cui rei testis est Philomenis carmen, quod communiter reputatur Ovidii (6). dicit enim: 15

un uccello notturno, di cui le strida s' interpretan come triste presagio di danno futuro; nel quale avviso concordano l'autor del carme *De Philomela*,

Strix nocturna sonans et vespertilio stridunt (7).

quello del *Glossario*, onde è derivato il lessico di Papia,

nam et Glossarii liber maximus, unde sumptus est sine dubitatione Papias (8), sicut et apud sumptum legitur, scribit: strix

1. *A* emifittit 2. *A* avie 8. *P*[1] equidem 9. *P*[1] *omette* non 10. *A dà innanzi a* quod *un* e *espunto.* 11. *P*[1] plaudis 12. *AP*[1] oscine 14. *AP*[1] Philomenes 16. *A* sonat

(1) Isid. *Etymol.* XII, ii, 35. Isidoro scrive naturalmente « histrix »; ma il codice, di cui s' era servito il Manfredi, portava, a quanto sembra, la corrotta lezione « strix ».

(2) Allude ad Uguccione da Pisa, il quale infatti nelle sue *Verborum derivationes* sotto la voce strideo, copiando Isidoro (*Etym.* XII, vii, 42), postilla: « hec strix, -gis, nocturna avis « de sono vocis sic dicta: quando enim « clamat, stridet &c. »; cod. Laur. Santa Croce, Sin. XXVII, 1, c. 409 b. Di Uguccione ser Guido possedeva un esemplare da lui stesso dichiarato « bellissimo »; cf. G. Sforza, *Franc. da Pietrasanta* in *Giorn. Ligustico*, XII, 1892.

(3) Luc. *Phars.* VI, 689.

(4) Sen. *Trag.* Herc. fur. 692.

(5) E tale è in realtà la genuina lezione, perchè niun codice antico legge « strigis ».

(6) Coluccio ha probabilmente creduto che la parola « Philomela », ch'ei leggeva forse corrotta in « Philomenes » in fronte al notissimo carme della decadenza: « Dulcis amica veni, « noctis solatia praestans », fosse non già il titolo del componimento, ma il nome del vero autore di esso.

(7) *De Philomela* v. 39 in Baehrens, *Poetae lat. minor.* V, lxi, 365.

(8) Per i rapporti del *Liber glossarum* con Papia v. la nota all' ep. ii del lib. IX, p. 8 di questo volume.

nocturna avis habens nomen de sono vocis; quando enim clamat, stridet (1). miror autem quod apud convicinum tuum non legeris: hister gentile, hinc histrix, histricis, quoddam animal quadrupes, spinosum, quia in terra illa abundet (2). sed quid in hoc 5 diutius moror? et Glossarium et Papias scribunt histricem animal esse spinosum (3). cumque Plinius histricem animal velit esse quadrupes, nusquam ipsum strigem appellat nec strigis facit etiam inter volatilia mentionem, sed de hoc animali sic inquit: histrices generant India et Africa spinea contecta et erinaciorum 10 genere, sed histrici longiores aculei et, cum intendit cutem, missiles. ora urgentium figit canum, et paulo longius iaculatur. hec Plinius (4); ut negari non possit quod et noster Claudianus, ubi de histrice et eius natura carmine divino prosequitur, clare docet hoc animal non strigem; quicquid velit Isidorus; sed histricem (5); 15 quod usus,

nonchè il Balbi nel *Catholicon*.

Anche Plinio, laddove chiama quest' animale un quadrupede, gli dà nome d'« istrice »,

il che fa pure Claudiano.

Sicchè, dica o non dica Isidoro quel che Guido asserisce, l' animale di cui si tratta deve non « strige », bensì « istrice » essere chiamato.

> Quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi (6),

comprobat; appellari. hec hactenus et de nomine satis dictum arbitror. sed veniamus ad reliqua videamusque, dum inter physica versaris, si quicquid tibi quod irrefragabiliter verum sit oc- 20 currit.

Ma basti di ciò; or si vegga se, trattando d'altri fisici problemi, Guido abbia o no colto nel segno.

Nec in hoc te, care frater, incusem. omnia quidem ex illorum fontibus a te fideliter hausta sunt; quam autem sussistere

Certo egli ha fedelmente attinto a fonti pregiate; ma da ciò non deriva che quanto ha detto sia degno di fede.

5. *A* glosarū 9. *P*[I] generat *e dopo* contecta *dà* ac 18. *A* videamurque, *corretto l'* r *in* s

(1) Tra le glosse estratte dal *Liber glossarum* dal GOETZ (*Corpus glossar. latinor.* V) questa, che è del resto semplice riproduzione dell' isidoriana già rammentata (v. sopra nota 8 a p. 590), non si trova. Per Papia v. il suo *Lexic.* s. v. strix.

(2) Il « convicinus » di Guido non può essere altri che Giovanni Balbi, il genovese autore del *Catholicon*, dove (de litt. H ante I) si legge: « Hister « Danubius... et inde a vocabulo amnis, « quo a mari recesserunt Histri dicti « sunt. inde hec Histria, strie « dicta est terra quam incoluerunt. « unde hister strastrum gentile. « et hic histrix icis quoddam ani- « mal quadrupes, spinosum, quia in « terra illa abundet ».

(3) Per Papia v. *Lexic.* s. v. hystrix.

(4) C. PLIN. *Nat. hist.* VIII, LIII, 1; ma il testo dà « spina contectas ».

(5) CLAUD. XLV, *Eidyll.* II, Hystrix, vv. 4-5:

> cognitus hystrix
> Herculeas affirmat aves.

(6) HORAT. *Ep.* II, III, 72.

Voglion così gli autori da Guido seguiti che tra gli animali i maschi raggiungano maggior grandezza delle femmine;

possint, precor, advertas. volunt et velut exploratissimum presupponunt; quod et tu ipse pro vero sumpsisti; quod inter animalia mascula feminis sunt maiora; quod communiter esse verum, cum ad sensum pateat, nemo potest, nisi loquatur irrationabiliter, inficiari [1]. verum, ut volatilia dimittamus et pisces, quorum sexus 5 non facile possit agnosci, in humana specie, bovilla vel equina magnitudinem videmus a regionibus maximeque etiam de nutritionibus provenire; ut ligurem vel germanicam mulierem sepissime videamus communem tuscorum virorum altitudinem pertransire; videmus et inter nos plurimas mulieres viris plurimis 10 esse maiores; ut fateri necessarium sit hanc proceritatem aliunde principium sumere quam a sexu. quoniam si in totius nature latitudine verum esset quod masculi feminis eminerent, nulla mulier viro maior vel equa maior equo, mula mulo vel asina maior reperiretur asello. non ergo maior est masculus femina 15 quoniam masculus est, sed aliam oportet veram et infallibilem reddere rationem. que sit illa fateor me nescire, nec inter physicantium rationes adhuc inveni nec credam aliquam quemque posse, que usquequaque valeat, assignare. vero tamen propius reor agentis particularis potentiam, multitudinem materie et obce- 20 dentiam, vimque nutritivam influentiamque celi regionisque naturam causam vel causas esse magnitudinis et proceritatis; sed super omnia certissimum teneo prime cause, que Deus est, qui cuncta facit in pondere et mensura [2], voluntatem et ordinationem, sine cuius nutu folium non movetur, esse causam magni- 25 tudinis et parvitatis et in sue deliberationis abysso persistere quod quis masculus feminaque nascatur.

ma ciò risulta falso, quando si prendan in esame non solo la razza bovina o l'equina, ma anche l'umana.

Quante donne non vediam noi più sviluppate fisicamente degli uomini!

Se il principio enunciato fosse conforme al vero, dovrebbe avvenire l'opposto.

Assurdo riesce perciò il dire che il maschio, perchè tale, sia sempre maggior della femmina; quando tal fatto avvenga, in altre cause a noi ignote sarà da ricercarne l'origine;

esso dipenderà soprattutto dalla divina disposizione.

Nam quod natura masculum, utpote perfectius, principaliter et semper intendat et feminam preter eius precipuam intentionem educi, si foret omnipotens, ut tu scribis, nec a superioris cause 30

Come ammetter con Guido, dopo di ciò, che la natura intenda sempre a creare il maschio, e non la femmina? Se essa fosse, com'ei vuo-

1. *A dopo* et *reca un* c *cancellato*. 2. tu ipse] *A* turpe 8. *A P*ᴵ liguram 17. *P*ᴵ scit 18. *A* quemquam 21. *P*ᴵ *omette* que *dopo* infl. 23. *A* supra 24. *A* ordenat. 26. *A P*ᴵ *omettono* quod 29. *A omette il primo* et

(1) Così afferma ARISTOTILE, che nelle mestruazioni addita le cagioni del fatto; cf. *De animal. generat.* I, XIX.

(2) Cf. *Sap.* XI, 21.

penderet arbitrio, proculdubio verum esset semperque qualem intenderet generaret. verum quia natura prima causa non est et non solum Deo, sed rationi subiacet universi, nichil aliud potest intendere quam universi perfectio et necessitas exigat et super
5 omnia Deus ipse disponat. nunc autem, ut durent species animantium, que ex univoca generatione proveniunt et universi perfectio non deficiat, necessarium non minus est feminam esse quam marem, ut eque primo tam unum quam aliud, dum paret superioribus illis, que cuncta necessitant, ista natura, de qua nobis
10 est sermo, si rationi contradicere noluerimus, aspiciat et intendat. etenim si, prout vis, natura omnipotens est et masculum semper intendat quoniam perfectius sit, quis non videt eam nunquam sexum femineum producturam? sin autem, ut physici volunt, multipotens natura sit et necessario semper agat, quando producet
15 alium quam sexum quem intenderit masculinum? sed dices: impedimentum potest esse penes materiam vel ob frigiditatem, ut dicunt aliqui, vel propter aliam indispositionem passi, quod masculinitatem impediat et principalem intentionem eius ad femine productionem invertat. preter naturam nascitur ergo femina,
20 sine qua natura non potest masculum generare? que si masculum intendat, ut dicunt, necessarium habet de femina cogitare vel omnino vanum sit et futile quod intendit. et quis physicorum audebit contendere, cum natura pro speciei conservatione generet individuum et sexus non variet speciem, quod ipsa libere
25 non intendat omnes individuales differentias, ut magnum et parum et masculum et feminam et hoc vel illud, secundum quod ipsa preparat sibi materiam et disponit? nec dicas quod femina de minus idonea materia quam masculus generetur. habet enim omnis materia proprietates et perfectiones suas, nec que parata
30 fuerit ad masculum posset producere feminam nec que pro femina perfectionem assumpserit ingredi potest masculi genituram. quod si, ut Plato voluit, forme sunt rerum omnium, quas ideas

le, onnipotente, riuscirebbe sempre nell' intento suo.
Ma la natura non è la causa prima, bensì sottostà a Dio ed alle leggi che reggono l'universo.
Per tal motivo, perchè le specie degli animali si perpetuino, fa d'uopo che la natura produca non men femmine che maschi.

Nè vale il dire che a contrariare l'intenzion di natura, rivolta sempre a generar il maschio, insorgano certe cause che l'obbligano invece a creare la femmina: dunque nasce contro natura questa, senza la quale la natura non può produrre il maschio?

Quale fisico oserà negare che la natura non produca individui di vario sesso a conservazione delle specie e non dia origine se non deliberatamente alle differenze individuali?

Ogni materia ha le sue proprietà, nè quella atta a dar vita al maschio potrebbe produr la femmina, nè viceversa; sicchè è assurdo dir questa prodotta da materia meno idonea di quella che a plasmare il maschio si presti.

3. *A P*[1] subiaceat 4. *A dopo* necess. *dà* eg *cancellato.* 6. *A dopo* et *dà un* c *cancellato.* 6-7. *A* perfectij 10. *A* voluerimus 20. *A* si nequa *(sic)* 25. *A* intendit *e per* ut *dà* et *e* parvulum 26. ipsa] *A* illa 28. *A omette* idonea 31. *A* assumserit, *ma il* p *aggiunto in interlinea.*

Se nella mente divina preesistono le forme prime di tutte le cose, in essa è ab eterno destinato che un individuo sia maschio, un altro femmina.

dicunt, in mente divina (1), rationes videlicet et exemplaria, secundum que cuncta proculdubio generantur, ibi colligitur et ab eterno determinatum est quis masculus aut femina debeat generari. ad illud rerum omnium principium cuncta respiciunt et natura et exinde trahuntur quecunque videmus circa creata contingere, vel dici potest, etiam si non viderimus, contigisse; ab illo supremo principio masculus sumuntur et femina; illic distinguuntur tam individuatione quam sexu singularia cuncta

Que sint, que fuerint, que mox ventura trahentur (2).

Egli è inutile ricercar lungi dalla prima causa l'esplicazione di questo, come di ogni altro fenomeno naturale.
Giammai Aristotele disse del resto che la femmina fosse un mostro di natura; queste son ignoranti finzioni d'imperiti commentatori.
Nè si può dire che per natura la donna debba esser soggetta all'uomo; poichè ciò è conseguenza del divino castigo;

frustra, crede michi, rationem hanc citra primam causam conaberis reperire, cum in cunctis aliis nichil aliud vel aliter futurum sit quam in illa prefixum ab eterno est. feminam autem monstrum esse nunquam apud Aristotelem legisse commemini nec illorum aliquem, qui crebra mendacia illi solent imponere, crediderim reperturum (3). verum dicunt nostri temporis physici hec et alia multa, que putant dixisse Philosophum, quorum non possent aliquid inter Aristotelica demonstrare. quod autem dicis naturam velle marem femine dominari, scio non esse de lege nature, sed, diffiniente Deo, supplicium culpe. erat enim ab initio viro socia, que mox fuit serva mariti post transgressionis facinus constituta (4).

e neppur è esatto che il maschio nutrisca la femmina; perchè e questa dà il primo alimento alla sua prole in qualsiasi specie d'animali; e se della razza umana si tratti, una volta le Amazzoni mostraronsi dei maschi più vigorose ed oggi ancora presso certe nazioni, in Francia ad esempio ed in Ispagna, le donne lavorano e coi frutti delle loro fatiche alimentano i mariti,

nec dicas masculum femineam nutrire molliciem atque natos. primas namque nutritionis partes, lactationem scilicet, tam natura quam leges volunt ad matris officium pertinere. defecit autem hec tua nature regula quondam in Amazonibus, que non solum non nutriebantur a masculis, sed armis suum late propagantes imperium, semet labore proprio et sumptis de viris spoliis nutriebant et ipsos finibus suis pellentes in masculorum sedes marte ac viribus commigrabant. respice, si forsan antiqua non movent, hispanas et gallicas nationes; ibi namque mulieres, ociosis viris,

12. *A* quod? 16. *A* putent 21. *A* feminam 27. *P*[I] cedes

(1) Cf. Cic. *Orat.* III.

(2) Verg. *Georg.* IV, 393; ma il testo « trahantur ».

(3) Infatti Aristot. *Metaphys.* IX, ix, sostiene invece apertamente che la donna appartiene alla stessa specie dell'uomo.

(4) Cf. *Genes.* III, 16.

tabernis et mercationibus presunt, cuncta faciunt et operantur maritisque victum preparant et vestitum, qui cellis vinariis incubantes preter epulari bibereque et quotidianis ebrietatibus uxores domumque convomere penitus nichil agunt. ubi dormit ista natura, quam dicis comoditates hominum indagare penes tam amplas et maximas nationes, si vult quod masculus feminas nutriat, non e contrario? examina, si placet, agricolas nostros et artifices manuales; invenies huius sortis homines ab uxoribus taliter adiuvari, quod ipse abunde se laboribus nutriant suis et viros multotiens lucris equent sepeque domibus plus inferant quam mariti. quod si naturale foret mulieres a masculis enutriri, nulla consuetudo posset superare naturam. nam, ut famosum apud illos est, quod naturaliter inest non aliter assuescit.

i quali ad altro non attendono se non a mangiare e ad ubbriacarsi nelle taverne.

Che fa colà la natura, se vuol che le donne siano nudrite dagli uomini?

Anche in Italia del resto nelle classi umili la donna lavora quanto l'uomo e guadagna spesso di più.

Or se dovesse avvenir il contrario per natura, questa non si lascerebbe vincere dalla consuetudine.

Quod autem dicis utero muliebri diversa multotiens animalia gigni, sicut natura melius convenire cognovit, examussim, velut testi pene domestico, tibi credo, quoniam vicinus es Alpheis ab origine Pisis [1], ubi fama est hoc esse parientibus ferme perpetuum, adeo quod vix purgatam reputent que post puerperium non enixa fuerit etiam feram; sic enim illud monstruosum vocitant purgamentum. ego vero non arbitror rationi consentaneum, quod illud ascribi debeat fetui mulieris non minus quam lumbricos, qui puerorum intestinis aut stomacho generantur, vel intercutaneos pedicellos vel serpenticulos maxime longitudinis et tenuissimi corporis, qui, teste Plinio, raro licet, in hominibus generantur [2]. corruptio superflue materie sunt hec, non hominum fetus nec ad hominis pertinent rationem atque naturam.

Neppur quanto dice Guido che dall'utero femminile nascon a volte diversi animali, è credibile; sebben delle Pisane tutte s' asserisca proverbialmente che così sempre avvenga.

Ma è irragionevol cosa riputare che questo fatto sia prodotto di cause diverse da quelle che ingenerano talvolta nel corpo umano, come attesta anche Plinio, vermi ed insetti.

Veniens autem ad pennarum rationem atque naturam inquis de nature principiis nullam rationem certam aut rarissime dari posse; quod verbum cum verissimum sit, assensione maxima le-

Per quanto spetta poi alla natura ed al colore delle penne degli uccelli

2-3. *A* incumbentes 3. *A* epularii - uoxeres *(sic)* 4. *A* cōmouere 7. *A* cuntra 13. *A* afcieffcit *(sic)* 14. *A* mulieri 17. *A* piscis 18. *A* puerperum 19. *A dopo* non *dà* cn *cancellato.* 21. *A* debebat 22-23. *A* intercutaneas *e per* vel *dà* aut 24. *A dopo* in *recava* et *che fu cassato.* 26. *A omette* atque natur. 27. *P*[I] *omette* Veniens – naturam

(1) Cf. VERG. *Aen.* X, 179:
Hos parere iubent Alpheae origine Pisae.

(2) Cf. C. PLIN. *Nat. hist.* XI, XXXVIII; XXVII, CXX.

Guido, che pur confessa giudiziosamente essere gli arcani della natura pressochè imperscrutabili all' uomo, vuol tuttavia darne ragione, asserendo con taluni scrittori di cose fisiche che la bianchezza della radice delle penne sia cagionata dai «membri spermatici». Coluccio se la ride di questa grottesca spiegazione e domanda quali siano cotesti membri, e se tutti i membri dallo sperma non derivino e se tutti gli animali abbiano bianca la cute, dond'escono le penne. A seconda dei diversi climi infatti non mutan forse di colore le penne degli uccelli? Non son or negri or bianchi i merli, e persino i corvi? Non è credibile dunque che la virtù dei membri spermatici renda bianche le radici delle penne, quando si pensi a tanta varietà di tinte che offron la pelle, le penne, i peli di tutti gli animali.

tusque perlegi miratusque sum, cum talis et tam vere sententie summam teneas, unde sit quod oblitus tui tam multiformiter sis conatus de tot physice secretis illam, que raro vel nunquam reperiri possit, reddere rationem. sed audiamus illos, sicuti vis, de pennarum albedine disputantes. prima, sicut inquis, ut illi volunt, pennarum pars alba est virtute spermaticorum membrorum. o pulcerrimam rationem! quid sunt ista membra spermatica? an aliquod membrorum forsan a spermate non procedit? an cutis, que sedes pennarum est, in omnibus animalibus semper alba? an non potius multicolor et variis in corporis partibus varia et in ipsis animalibus, quecunque sint, nunc hoc nunc illo colore depicta, alium et alium colorem in avicularum pennis gignit regionum qualitas? ut, cum merulas habeamus nigras, turdos pennis varios, Alpes, que dividunt ab Italia Gallias, albos habent. albi reperiuntur et corvi, quorum, ut physicantium habent scole, proprium est nigredo. de radice vero pennarum quod albe cuncte sint, sicut negare non audeam, sic non credam virtutem membri spermatici causam esse, videns tantam coloris in cute, pilis et pennulis et in ipsis animalibus diversis in regionibus varietatem: cumque legamus veritatis libro, quem Genesim greco vocabulo latine dicimus, patriarcham Iacob, qui et Israel appellatus est, ovibus salitionis tempore cum potarent et salirentur, virgas abrasis corticibus in canalibus preparasse, quarum intuitione fetus varii coloris, quos ad se pertinere debere cum socero convenerat, nascerentur (1). quis non videt hoc ad aliud quam ad nature principia posse referri? de pinnulis autem, imo telis histricis videris asserere quod ipsorum prima pars de cutis virtute sit alba et extrema pars humoris subtiliatione et purificatione dealbetur et quod ipsa natura coloris pulcritudine et materie proportione, quales videmus esse, produxerit. cur autem incepta denigratur albedo? cur quod in nigredinem transiit iterum de-

In quanto alle punte di cui l'istrice è armato, Guido vuole che la radice loro sia bianca per effetto della cute; l'estremità poi oscura perchè l'umore si assottiglia e purifica salendo. Ma questa è cosa assai dubbia

2. *A* summa 8. *A* membrum 10. *A* varis - corporibus *; ma, espunta la sigla* bus, *fu aggiunto l'*s *a* corpori 13. *A* regionem (u sopra la n) 14. *P*[I] dividit 15. *P*[I] habet *ed omette* et 18. *A per* esse *dà* rem 24. *A* quod 26. *A* penniculis 27. *A* affcerere 31. *A* nigredine

(1) *Genes.* XXX, 37-41.

albatur? an densior illa nigredo mox humorem, ut dicis, subtilians et distillans album reddit in adustionis nigredinem evasurum? cumque tota fistula albis nigrisque novem spaciis distinguatur, quid primam et, ut ita loquar, incutaneam illam particulam humoris rarificatione dealbat? quidque ceptum humoris albi cursum condensans et adurens de candido reddit atrum? crede michi, Guido carissime, cum hec sive proprium sive sint accidens, nullam habere naturalis agentis forme vel materie rationem et necessitatem. quis enim stellis, cur una sit argyricolor, chrisycolor altera, aliam vero videamus ignitam, veram aut verisimilem assignaverit causam, cum celum elementares qualitates, penes quas solent colorum varietates distingui, constantissime dicant physici non habere? dimitte, precor, ista; totamque physices disputationem relinque medicis, de qua nimis presumunt et gloriantur, cuiusque veritas nondum ad liquidum sit reperta. satis est negociosis et occupatis, quales sumus, moralibus insudare. intitulavit Aristoteles librum illum naturalium D e p h y s i c o a u d i t u, monens forte nos, cum pura de talibus veritas non possit sciri, quod ea satis sit etiam horum studiosissimis audivisse [1]. nam et Plato, sicut legitur, huius hereseos studiosos, cum corporalium nature semper intendant, philosophos appellandos esse negat, volens eos appellari non philosophos, sed recto vocabulo p h i l o s o m a t o s; s o m a namque s o m a t o s grece, latine c o r p u s est, p h i l o s a m o r, quasi corporalium amatores [2]. quod quidem dixisse velim, ne te moveat, cum se philosophos dicant, nominis reverentia, quod ipsis videas, auctore philosophorum philosopho, minime convenire. vale, vir optime, mei memor, et me communi illi domino recommenda et iussionibus eius offerto. Florentie, septimo kalend. maii.

nè si arriva a capire, perchè il bianco ceda il luogo al nero e poi ritorni per scomparire di bel nuovo.

Se tutto ciò avvenga per proprietà o per accidente riesce inesplicabile, come inesplicabile è la differente colorazione delle stelle.

Lasci dunque Guido ai fisici il disputar di queste cose e stia contento ad occuparsi di filosofia e di morale.

Quegli studi, come Aristotele stesso par confessare, non inducon certezza veruna; e Platone chiamò coloro i quali attendono unicamente ad essi, non filosofi, ma filosomati.

Stia sano e lo raccomandi al Guinigi.

3. *A innanzi ad* albis *pone* et P^1 distinguantur 4. *A omette* et 5. *A* dealbatur 6. *A* adiuuens 10. *A* verisimile 18. *A* posset 21. *A* negas 29. *A* viij

(1) Allude all'opera Aristotelica *Φυσικῆς ἀκροάσεως*, divisa in otto libri.

(2) PLAT. *Phaed.* XIII, 68: « οὐκοῦν « ἱκανόν σοι τεκμήριον, ἔφη, τοῦτ᾽ ἀνδρὸς, « ὃν ἂν ἴδῃς ἀγανακτοῦντα μέλλοντ᾽ ἀποθανεῖσθαι, ὅτι οὐκ᾽ ἄρ᾽ ἦν φιλόσοφος, « ἀλλά τις φιλοσώματος ».

III.

A Lodovico degli Alidosi signore d'Imola (1).

[L3, c. 28 b; N1, c. 55 a; Mehus, par. I, ep. xix, pp. 82-101, da L3.]

Magnifico domino Ludovico de Alidosiis
Imole domino. 5

Firenze, 4 dicembre 1402 ?

Si rallegra vedendo in lui tant'ardore per gli studi letterari. Ove a questi rivolgano l'animo i principi

Gratulor, magnificentissime domine, quod te videam ad litterarum studia suspirare. non enim, si placere ceperint hec nobilibus vel quibuscunque principibus orbis terre, metuo finale

4. *Così N1.; L3 Me* Domino Lodovico de Alidosiis 8. *N1 omette* vel *Me* finalem

(1) Toccammo già (lib. VIII, ep. v; II, 381) della naturale inclinazione di Lodovico Alidosi per gli umani studi, che fomentarono in lui ancor giovinetto i suoi precettori, nel numero dei quali potremo forse riporre così quel maestro Simone; onorato di elogi dal S., che non sarebbe assurdo identificare col Serdini; come quel Venanzio da Camerino, che in nome del signor suo die' per le rime risposta ad un mediocre sonetto del Sacchetti. All'opera da costoro intrapresa erasi associato con trasporto Coluccio; e questa lunga epistola, in cui egli si è piaciuto far mostra a vantaggio del principe d'Imola di tutto il tesoro della sua lunga esperienza in fatto di dottrine grammaticali e retoriche, ce ne porge un'eloquentissima prova.

Riguardo al tempo in cui essa è stata scritta più cose sono da osservare. Il luogo che occupa in due codici, i quali non contengono epistole del nostro posteriori agli anni 1398-1399, pareva a tutta prima obbligarci a ritenerla dettata appunto in quel torno di tempo. Ma contro siffatta assegnazione s'eleva il S. stesso, il quale, laddove raccomanda al signore d'Imola di porre ogni sua cura nel purgare i propri scritti dagli errori d'ortografia, confessa che malgrado «quarantasei» anni d'assidua applicazione, egli stesso non aveva ancora potuto sradicare interamente le viziose abitudini contratte nell'adolescenza. Ora coteste parole di Coluccio corrispondono esattamente a quelle ch'egli aveva già scritte sullo stesso argomento nel 1391 a Bernardo da Moglio: «in qua... re prefari volo «me grandem natu Dei digito et «ingenio, quod michi dederat, duce, in «hec studia et harum rerum vestiga- «tionem intrasse rudem, sine magi- «stro et ferme sine principio; nec ta- «men adhuc, licet diutius laboraverim, «errores puericia conceptos et adole- «scentia connutritos triginta quin- «que annorum cura potuisse dili- «gentiaque purgare»; lib. VII, ep. viii; II, 279. Ma poichè così nel passo or citato dell'epistola al Bolognese come nella presente il S. asserisce d'aver intrapresi seri studi ortografici sol quand'era già uscito da un pezzo dall'adolescenza, converrà ammettere che l'anno al quale ei voleva far risalire ad un dipresso i suoi primi tentativi debba giudicarsi il venticinquesimo

litterarum naufragium et illud, quod non musis ac philosophie solum, sed omni doctrine video imminere iusticium, vel, ut rectius loquar, exilium (1). plane quidem erit aliquis studiis humanitatis locus, aliquis portus et aliquod tandem asilum, ubi valeant
5 respirare, nec semper ex infimis mortalium latebris hoc lumen erumpet, sed ex altissima rerum specula, veluti celestis quedam corruscatio, radios mittet. non ergo velis incepisse solum, domine mi, sed prosequi quod cepisti, sed urgere quotidie nitique ut doctior in dies evadas. maximum michi semper nobilitatis de-
10 decus visum est, quod inter, imo super ipsos nobiles quicquid litteratum emergit, non ex ipsis exsurgere soleat. nec nobilitatis solum hoc dedecus est, sed ipsarum etiam litterarum atque virtutis, que, licet suo splendore reniteant, pulcerrimum tamen est si de nobilitatis splendoribus elucescant (2). quo te exhortor, mi
15 Ludovice, ut tibi persuadeas nichil honestius, nichil pulcrius nichilque laude dignius esse, quam vacare litteris, quam habitus istos acquirere quamque per hos doctrine gradus super alios scandere teque supra te tam honestis laboribus elevare. sapientia quidem et eloquentia proprie dotes hominis sunt, quibus a ceteris
20 animantibus separatur. et quam excellens, quam gloriosum quamque decorum est illis nature donis hominibus antecellere, quibus constat hominem animantibus aliis eminere! fecisse michi videntur sapientes et eloquentes sibi super alios homines

sarà scongiurato il pericolo di decadenza e di morte che or li minaccia;

le umane discipline rinverranno un porto, un asilo,

e la loro luce in luogo d'erompere soltanto dai più umili strati sociali, corruscherà liberamente dall'alto.

Gran vergogna è infatti per i nobili, che niuna letteraria impresa tragga mai origine o appoggio da veruno di loro;

e da ciò vien danno alle lettere stesse, cui la nobiltà crescerebbe splendore.

Ludovico si confermi dunque nella persuasione che nulla è più nobile, più bello, più lodevole di siffatte discipline,

che vere doti dell'uomo son l'eloquenza e il sapere,

ond'ei s'innalza sul gregge muto degli animali ed anche dai suoi simili s'allontana

1. *Me* physicae 2. *N*[1] videor 3. *N*[1] *dà* aliqstudiis *(sic)* 4. *N*[1] valeat 9. *N*[1] *omette* nobilitatis 15. *Me* uti 16. *N*[1] litt. vac. 17. *Me omette* que *dopo* quam 19. *Me* propiae *(sic)*

della sua vita, e cioè il 1356. Or se a questo noi aggiungiamo trentacinqu'anni, abbiamo il 1391, data dell'epistola al da Moglio; se quarantasei, quanti cioè ne indica qui il S., perveniamo al 1402. È dunque forza concludere che in quest'anno per l'appunto sia stata la presente composta.

(1) Ell'è cosa alquanto singolare che alla vigilia del risorgimento della coltura classica il S. mostri tanta e così amara sfiducia nell'avvenire di essa. Ma come qui da lui, noi la vediamo più volte manifestata ne' suoi scritti anche dal Petrarca; e forse i tristi vaticinî tanto dell'uno quanto dell'altro di questi due padri del rinascimento son da considerare più come effetto di passeggieri scoraggiamenti che sincere espressioni di una ben radicata persuasione.

(2) Cf. per simiglianti idee già le epp. XX del lib. I, VI del lib. IV, XIX del lib. VI &c.

tanto quanto dal bruto si discosta l'essere ragionevole. Non invidii in conseguenza ai suoi pari la loro agilità nel cavalcare, nello schermire, nel saltare, nel correre, nel giuocar alla palla, nello scagliar la lancia; non divida il loro ardor per la caccia, ma si distingua dagli altri tutti per il vigore dell'intelletto.

illum excellentie gradum, quem Deus et natura constituit inter homines et animalia rationis expertia; tantoque excelsiorem, quanto fortune benignitas donum hoc potentia, dignitate vel sanguine supereminentius collocavit. sciant igitur alii gyros mirabiles equitando conficere, tum urgere calcaribus armos (1), tum frenos reluctantibus equorum maxillis concutere, celerrimos agitare cursus, latissimas transmittere fossas, nec aereos solum ascendere montes, sed per clivorum precipitia currentes equos immittere cornipedemque flexibus subitis, cum currit, sistere vel alio quam illum ferret impetus advocare. congrediantur alii splendentes in armis et equis insidentes tricuspide lancea se prosternere citra sanguinis iniuriam moliantur et vel sic vel gladiatoria doctrina cientes arma pugne simulacra representent. exsiliant alii strenue et vel iunctis pedibus spacia longa pertranseant vel post aliquid cursus se non elevent solum, sed introrsum proiiciant et agilitatis sue prolixis saltibus prebeant argumenta. pila ludant alii et subitis flexibus illam manibus medio volantem aere repercellant conenturque colludentem socium superare; lapidum iactibus et ferrearum trabium missionibus se exerceant alii multoque cum sudore tum venatibus tum aucupiis fatigentur et quocunque corporum labore delectentur, exerceantur et vividam exagitent iuventutem. meus autem Ludovicus sensu, non viribus, mente, non corpore vigeat, exerceatur et delectetur.

Solo questo tra il corrompersi d'ogni creata cosa perdura eterno e fruisce di verità imperiture, perchè anche quando i monumenti letterari e filosofici siano condannati a perire.

Omnia quidem illa, que corpus respiciunt et corporibus fiunt, fluxa sunt et corruptibilia corruptibilem attestantur auctorem. mens autem eterna est et immortales atque immutabiles, studio atque industria se perficiens, adipiscitur veritates, quam colere maxima prelibatio beatitudinis eterne est, secundum quam operari vivax aliquid efficere est. nam tametsi perierint et peritura sint infinita litterarum et eruditionis sive speculationis opera, tum cor-

6. N^I concurrere 7. N^I atreos *(?)* 8. *Me* divorum *e* cornuped. 11. N^I insedent. 14-15. N^I se sol. non eleuīt *(sic)* 15. L^3 N^I antrorsum 16. L^3 N^I laudant 17. N^I *omette* que *dopo* conent. 18. N^I immiss. 21. L^3 inuidam *e la finale* am *in rasura.* 24. *Me* flexa 25. *Me* immortalis a. immutabilis N^I *dà* studio *ripetuto.* 26. N^I ver. adip. *Me* veritatem

(1) Cf. Verg. *Aen.* VI, 882:

Seu spumantis equi foderent calcaribus armos.

ruptibili monumentorum materia tum negligentia posteritatis, tum invidia, que multa corrumpit, tum vastationibus urbium tum incendiis aquarumque diluviis, que naturaliter certis alternari temporibus non mediocrium philosophorum sententia fuit, queve legimus multotiens, sicuti testantur hystorie, contigisse; perierint tamen illa nobis et nostre subtracta noticie sint, in se vero, quoniam omnis veritas eterna est, sicuti principium temporis non habent, sic semel, licet temporaliter inventa, perire non possunt; forte etiam nunquam ab anima, que perceperit illas seu didicerit, elabuntur. consentiendum est enim eternam anime veritatem; que quidem, quoniam doctrinabilis et rationalis est, eterna est et quoniam sic se movet quod aliunde motus principium non capessit, nunquam excidere, sed eternum eterno eternaliter coherere debet. verum, carissime Ludovice, cum res maxima mirabilisque sit super alios sapere reliquosque cum ornatu tum dicendi copia superare, non putes ista volentibus sine labore contingere nec a nostre cupiditatis affectu solummodo dependere. plane quidem oportet quandam nature benignitatem et divinitatis donum, quod poete fatum vocant, adesse nobis, ante quam auricomos possis decerpere fetus (1). non enim ·

ante datur telluris operta subire (2);

hoc est in rerum obscurarum penetrare noticiam, quam aureus iste sapientie ramus et rite repertus fuerit et volens facilisque sequatur (3). nam, si natura repugnaverit, si Dei benivolentia non affulserit,

non viribus ullis
Vincere nec duro poteris convellere ferro (4).

nunc autem, cum natura Deique dispositio, sicuti videmus, ad hec te studia flectat, noli temet relinquere, noli summum istud Dei donum

o per la fralezza della materia o la negligenza dei posteri o la malignità degli uomini e degli elementi,

in se stessi però, in quanto cioè è eterna la verità donde emanarono, non morranno mai; anzi vivranno forse immortali come l'animo che li accolse.

Ma se è mirabil cosa superar altrui nel sapere e nell'ornato favellare, non basta per riuscir a ciò il desiderio; occorre lo studio e prima di tutto l'inclinazion naturale ed il divino favore.

Ora in lui entrambi questi fattori concorrono a favorir la sua impresa.

1. N^1 moniment. - prosperitatis 5. N^1 perierunt *che Me omette.* 6. L^3 *Me* not. subtr. sunt 7. N^1 *omette* omnis 10. L^3 *Me* consentaneum enim est etern. ver. an. 13. *Me* excindere *Ho aggiunto* debet *che è necessario per completare la proposizione.* 16. L^3 *dà in rasura il* v *di* vol. 19. L^3 auritomos 27. *Me* non 28. *Me dopo* videmus *dà* sic *che manca nei codd.* 29. L^3 reliquē N^1 *omette* summum

(1) Cf. VERG. *Aen.* VI, 141.
(2) Id. ibid. 140.
(3) Id. ibid. 145-46.
(4) Id. ibid. 147-48.

Non perda quindi tempo; cerchi di farsi ogni giorno migliore e più dotto; coltivi così l'eloquenza come il sapere, pur dando a questo la preferenza sull'altra.

Non stimi però inutile l'eloquenza;

chè anzi essa è parte integrante della sapienza stessa; nè chi possiede questa va privo di quella.

Più rara è l'eloquenza del sapere e più difficile a raggiungersi;

mentrechè lo sforzo per conseguirla giova ad accrescere in noi la dottrina;

nè questa è perfettamente posseduta da chi non sappia con ogni maestria parlarne.

Sicchè in entrambi questi studi ponga l'Alidosi ogni cura.

A lui ora spetta l'ufficio d'insegnargli il cammino per il quale deve indirizzarsi così per raggiunger la scienza come l'eloquenza;

e come primo precetto raccomanderà a Ludovico di stimarsi sempre, malgrado ogni profitto, ignorante.

per negligentiam postergare. fac per singulos dies aliquid, quo non peritior solum, sed melior fias, addiscas; fac ut scribendo vel dicendo que perceperis simul exerceas. optime quidem simul coalescunt sapientia et eloquentia, ut quantum illa capit tantum et ista pertractet. quod si certamen utriusque fiat, que cui preoptanda sit, 5 sapientie palmam dato. non tamen inutile puta semper eloquentie singularem, precipuam et continuam operam dare. non enim eloquentie studium non etiam sapientie munus est. subicitur eloquentia sapientie et in ipsa, quasi toto quodam, quod cuncta scibilia possideat, continetur, ut qui sapientie studium profitetur, 10 simul et eloquentie profiteatur necesse sit. quia tamen ea ratione, qua duo hec per intellectum ab invicem separantur, eloquentia rarior sapientia est, difficiliorem eam esse sapientia non inconvenienter possumus arbitrari, quoniam quidem in his habitibus, qui studio industriaque parantur quosque laboribus adipiscimur, 15 raritas argumentum est certissimum difficultatis. accedit ad hec, quod intentio, studium facultasque bene dicendi calcar est ut sapere concupiscamus; ut huius eloquentie studium capessende sapientie sit etiam instrumentum. neque etiam aliquid bene dicitur quod perfectissime non sciatur. possumus multa scire, 20 que tamen eloqui distincte debitoque cum ornatu sermonisve maiestate nescimus; ut maxime studendum sit eloquentie, cui et sapientie studium annexum est. hec hactenus, ut alacrior fias ad studia litterarum, que sapientie et eloquentie munera pre se ferunt. 25

Nunc autem michi monendus es quem modum tibi constituas ut hec studia prosequaris: in qua quidem re primo sapientie, moxque dicendi viam ostendam. premittam tamen unum, quod ambobus commune est quodque verissimum esse cum in me tum in aliis sum expertus. velim igitur tibi persuadeas, quicquid di- 30 diceris quantumcunqueve tibi videaris in eloquentia profecisse, te penitus nichil scire, quod quanto plus sciveris, tanto verius

1. N^1 prosterg. 3. L^3 pceperis *(sic)* 4. *Me omette* tantum 5. *Me* praeponenda 6. N^1 sapientia 8. *Me in luogo di* munus *ripete* studium 10. *Me* continentur 11. N^1 *omette* simul - profiteatur 18. *Me* capescendae 19. *Me dopo* neque *dà* esse *per* etiam 31. *Me* quantumcumque, vae

esse cognosces [1]. nam si rite diffinire voluerimus, scire nostrum nichil aliud est quam rationabiliter dubitare. fuit Academicorum pertinax firmaque sententia nichil penitus sciri posse; quod adeo firmiter contentioseque tenebant, ut etiam vellent que sensibus 5 percipimus certa non esse, quoniam sensus ipsos decipi quotidie videamus; et ob id etiam ista intra opinionis ambiguum, non intra scientie certitudinem contineri. quam quidem opinionem licet verior sententia superaverit et Aurelius Augustinus Contra Academicos ad Romanianum scribens manifeste falsam 10 esse docuerit, adeo tamen cuncta sunt oppleta tenebris et contrariarum rationum argumentationibus involuta, quod non sit ridiculum dicere penitus aliquem nichil scire [2]; nisi, quod difficillimum et impossibile sit, sic eum contigerit veritatem aliquam percepisse, quod cuncta que dici possint in oppositum et diluere noverit et 15 ratione certissima submovere. o quot et quantos vidi viros etiam eruditissimos, qui, cum de perceptissima sibi veritate cum aliis in contentionem venerint, non potuerunt certam etiam defendere veritatem! lege libros divinissimos Augustini, quorum titulus est Super Genesim ad litteram; quot quantaque plura re- 20 peries, quod ipsemet testatus est, in illo volumine quesita quam inventa! [3] ut nec tu nec aliquis sibi blandiri debeat, ut consumate atque per omnia quicquam sciat. non ergo solum moderationis tue fuerit, sed etiam sapientie, si te fatearis, imo sentias nichil scire; quandoquidem et sensus decipi possunt et nichil ad 25 perfectum et defensionem plenissimam veritatis sciri posse certissimum sit. in quo quidem non illud solum verendum est, ut, cum aliquid te scire credideris, id plane nescias, sed illud potius, ut, cum tibi te scire persuaseris, nichil ulterius scire cures. nullum propinquius et latius ignorantie vestibulum est quam putare quod

Null'altro infatti è il saper nostro che un ragionevole dubitare. Opinarono un tempo gli Accademici che all'uomo fosse impossibile sapere cosa alcuna

e sebbene la loro sentenza sia stata addimostrata fallace da sant'Agostino,

pure non è assurdo il ripetere oggi ancora che nulla con certezza ci è noto; tanta è l'oscurità che ci avvolge e la difficoltà di sgombrarla.

Ed a volte neppur abbiam modo di provare e difendere quelle verità, delle quali siamo sicuri.

Niuno pertanto dee lusingarsi di saper ogni cosa;

ed è prova di saggezza e di moderazione il sentir altrimenti,

tanto più che se in alcuno nascesse la credenza di saper tutto, ei non si curerebbe più oltre d'apprendere; e quindi vestibolo larghissimo d'ignoranza

8. *N¹ dopo* et *dava* licet *che fu cancellato.* 9-10. *L³ Me* doc. fals. esse 13. *Me* cum 17. *L³* contentione 19. *N¹ omette* ad litter. 19-20. *Me* reperias

(1) Questa massima ei l'aveva già insegnata all'Alidosi fin dai primi tempi della loro relazione; cf. lib. VIII, ep. v; II, 382.

(2) Cf. s. Aug. *Contra Acad.* lib. III, disput. II, vii, Rursus quod sapiens non est qui nihil scit in *Opera,* I, 939.

(3) S. Aug. *Retract.* lib. I, cap. xviii in *Opera,* I, 613.

diverrebbe in tal caso la presunzion di sapere.

scias: semper igitur insit hec opinio tibi, quod nescias(1). nichil affirmes tecum nec cogites ad unguem et consumatissimum percepisse. si hoc feceris, si hoc persuaseris tibi, non inflaberis scitis atque perceptis, sed semper sciendis incumbens, de scitis libentissime et rationabiliter dubitabis. hec itaque prefatus, veniam secundum ordinem ad alia que promisi. 5

Così facendo l'Alidosi dubiterà, secondo ragione vuole, di quanto saprà e ne trarrà nuovo stimolo ad allargare la cerchia delle sue cognizioni.

La sapienza è scienza di ogni divina ed umana cosa e quindi arduissima a conseguire.

Et ut a sapientia principium sumam, cuius non mediocris pars est eloquentia, hec est rerum divinarum humanarumque scientia, que quot et quanta profiteatur diffinitio ipsa demonstrat(2). verum quia te non exigo ad illam summam consumatamque sapientiam, quam imaginari facilius est quam invenire, cumque te ad loquendi dictandique peritiam, non ad illas anxias et garrulas disputationes, quibus hec nostra modernitas insudat et vacat, operam dare velim et horter, ut aliquem tibi finem constituam, placet, mi Ludovice, quod moralibus insudes preceptis, que, cum in ethicam, politicam et economicam dividantur(3), et vitam instituunt et maximam dicendi tum gravitatem tum copiam subministrant; ut verissime Flaccus noster dixerit: 10 15

Ma Ludovico non deve aspirare a raggiungerla intera, come d'altra parte non può mettersi a camminare, onde acquistar l'eloquenza, per le tortuose vie de' dialettici.

Egli ha dinanzi a sè un campo ben determinato: la filosofia morale e le sue tre partizioni,

> Scribendi recte sapere est et principium et fons

et subdit: 20

> Rem tibi Socratice poterunt ostendere carte (4).

dalle quali sgorga anche la scienza del ben parlare e del ben scrivere, come Cicerone dimostra.

moralia siquidem documenta, quorum Socrates auctor fuit, ea sunt, quibus omnis ornatus et dicendi copia paratur. nam, ut inquit Cicero, ex rerum cognitione florescat et redundet oportet oratio, que nisi sit ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem et pene puerilem(5). et de Oratore suo loquens ait: sed si me audiet, quoniam philosophia in tres partes est distributa, in nature obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in 25

3. *L³ Me* si tibi pers. hoc *N¹ omette* tibi 4. *Me* preceptis - incumbes 14. *N¹* hortor 15. quod] *N¹* ut 19. *Dopo* est *L³ N¹ omettono* et 21. *L³ N¹* potuerunt 27. *Me* physica

(1) Cf. lib. VIII, ep. v; II, 382.

(2) È questa, come si sa, la definizione ciceroniana; cf. *Tusc.* IV, xxvi, 57.

(3) Cf. nota 1 a p. 587 di questo vol.

(4) Horat. *Ep.* II, iii, 309-310.

(5) Cic. *De orat.* lib. I, cap. vi, § 20; ma il testo « efflorescat ».

vitam atque mores, duo illa relinquamus atque largiamur inertie nostre. tertium vero, quod semper oratoris fuit, nisi tenebimus, nichil oratori in quo magnus esse possit relinquemus. quare hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus. hec
5 Cicero (1). nec tamen putes me sic ad moralia illa Socraticaque te transferre, quin velim et ea que christiane perfectionis sunt adicias, non ut fias predicatorum nostri temporis emulator, sed ut prudenter vivendo graviterque scribendo perfectionem moralitatis, qua sine dubio doctrina Christi perficitur, amplectaris.
10 verum, quia sapientia divinarum humanarumque scientiam profitetur, nichil te velim ex hac humanitate dimittere, que tum vite precepta continet, quibus exundavit noster Cicero Senecaque Stoicorum optimus imitator, tum speculationem quandam virtutum et officiorum rimatur, quod Aristoteles mirabiliter est prosecutus,
15 tum hominum gesta, que libris hystoricis explicantur, cognoscere curam habet. his etenim, si scientiam, que rerum hominumque naturas, passiones et motus profitetur et spondet, adieceris, nichil erit quod ad dicendum beneque vivendum desiderare valeas.

Ma ai precetti della filosofia pagana ei congiunga quelli ancora della cristiana pietà, pur non cadendo in esagerazioni.

Quando infine alla cognizione delle regole che debbon governare una virtuosa esistenza ei mandi compagna anche la cognizione delle antiche storie,

avrà accumulato un tesoro di dottrina sufficiente per ben vivere e scriver bene.

Verum dicendi alia ratio est. multis enim et variis rebus
20 constat eloquentia; nam si materiam huius facultatis respexeris, quicquid dici potest divinum, humanum, morale vel naturale, totum huic facultati subicitur, quoniam ea super omnia que dici possunt sine dubitatione versatur. ipsam autem rationem copiamque dicendi, quam Greci r h e t o r i c e n vocant, tria perfi-
25 ciunt: inveniendi scilicet peritia, sententiarum gravitas et verborum ornatus. quid enim dicere potest orator aut dictator scribere, si non sit inveniendi doctissimus? hanc autem artem apud Ciceronem Quintilianumque reperies, sed longe copiosius atque elegantius subministrabit illam tibi nature bonitas, acumen
30 ingenii, meditatio exercitiumque dicendi. nam que traduntur in

Ma al conseguimento di quest' ultimo fine occorrono altre fatiche: l' eloquenza infatti abbraccia molte cose;

e non può dirsi perfetta ove le facciano difetto la facoltà inventiva, la profondità del pensiero, l' eleganza della forma.

Cicerone e Quintiliano gli saranno maestri in ciò; ma più e meglio di loro gli gioverano l' ingegno naturale, la meditazione e l'esercizio.

5. *Me in luogo di* que *pone* quam 6. *L*3 *N*1 transcribere*; ho accolto la emendazione del Me. N*1 *omette* sunt 9. *L*3 que 10. *L*3 *Me* divin. et hum. sc. 11-12. *L*3 *Me* prec. vite 14. *L*3 *Me* pros. est 17. *L*3 *Me omettono* naturas *N*1 nichi *(sic)* 19. variis] *L*3 uiis *(sic)* 20. si] *N*1 nisi 25. *N*1 *dà* scientiarum *ed omette* gravitas et 29. *L*3 at *Me* ac *N*1 *omette* tibi

(1) Cic. *De orat.* lib. I, cap. xxv, §§ 68-69.

Senza la disposizione naturale vana riesce infatti ogni applicazione ed ogni ricerca. Badi perciò, quando scelga un argomento da svolgere, a ben trovare il punto culminante intorno a cui tutto deve aggirarsi,

artis preceptionibus bona sunt et que reddunt artificem certiorem; fons autem inventionis natura est, cuius bonitas si defuerit, nulla poterit eruditione parari. unum tamen te monuisse velim, quod, cum omne rhetoricum thema aliquam habeat controversiam, in dicendo positam; alias autem esset pura narratio; necesse fit ante 5 omnia reperire quidnam sit illud, in quo contentio tota versatur, ut ad id, sicuti sagittarii sagittas ad signum, sic a te, cum scripseris aut dices, secundum partem quam elegeris tota simul oratio et omnes eius partes et filus, ut ita dixerim, dictionis quanta ve-

affinchè quanto dice concorra a provare ciò che si è proposto;

hementia quantaque diligentia fieri poterit dirigatur; ut nichil 10 omnino sit in universa locutione quod ad id probandum persuadendumque vel dissuadendum quod intenderis non apposite, hoc

precisione d' intendimenti questa, che si ricerca spesso vanamente presso molti sebben valenti scrittori.

est idonee, reducatur. in quo quidem multos vidi frequenter errare, cum splendore sententiarum ducti scribunt que pulcerrima sunt et seria, cum tamen ad id quod intenderint nec pertineant 15 nec prosint; quod levitatis est. imo cum plerumque dicendi quadam libidine rapiantur, illa dicunt que totius intentionis oppositum, non propositum, argumentantur; quod maxime ignorantie est signum.

Procuri dunque scrivendo di lasciar da parte quanto non giova al fine che si è prefisso e si sforzi d' esprimere i propri concetti con somma chiarezza; è volgare errore quello di coloro che stimano parer profondi perchè sono oscuri;

Cautus ergo sis, cum aliquid scribis, ut omnino nichil quod 20 non prosit rei quam intendis assumas; que vero nocitura perspexeris, veluti scopulum navigando devites. illud etiam adiecisse velim, quod summa sit cunctis que scripseris claritudo. putant multi, si que intelligunt abscondant vel nimia brevitate vel exoticorum vocabulorum tenebris vel quadam intricatione sermonis, 25 se sublimi caractere resonare, cum in dicendo, sicut eleganter

e Cicerone li biasima a gran dritto.
Se difatti si scrive e si parla per esser intesi dagli ltri,

inquit Cicero, vitium vel maximum sit a vulgari genere orationis atque consuetudine communis sensus abhorrere [1]. nam, cum loquendi scribendique commertium ad hoc repertum sit, ut que concepimus alios doceamus et illa aliis nota faciamus que intra 30

4. N^1 rhetorum 5. N^1 *omette* autem *L3 Me* sit 7. N^1 *per* a *dà* ad *avanti a* te 11-13. N^1 *omette nel testo, ma reca aggiunto in margine* sit - idonee 14. N^1 splendor 15. N^1 non 17-18. *Me* inventionis *ed omette* non proposit. 18. N^1 augmentantur 18-19. *L3 Me* ignorationis 22. N^1 velut 24. *L3* N^1 *Me dopo* multi *dànno* quod, *che ho levato di mezzo.* 30. *L3 Me* fac. al. nota

(1) Cic. *De orat.* I, III, 12; ma il testo ripete « a » dinanzi a « consuetudine ».

nos ita sunt, quod aliis apparere non possunt; quid inconvenientius fieri potest quam hoc loquendi scribendique ministerium suo fraudare fine et id, quod est in hac re precipuum, obscuritate verborum dicendique obliquatione non impedire solummodo, sed 5 auferre? impleas igitur taliter illa que scribis, quod non solum clara sint et sensum intrinsecum pre se ferant, sed quod aliquid aliud quam quod intenderis nequeant importare. de sententiarum autem gravitate non id solum curandum est, ut de vite preceptis et maximorum auctorum dictis decerpta videantur, sed ut inter 10 illa que scripseris nichil omnino puerile, nichil absonum moribus nichilque non honestissimum sonet. sint dicta tua mascula, non effeminata senilisque sensus et ponderis, non ad voluntatis impetum scripta, sed multa ratione librata. nec velim quod verbis solum ea que moralia sunt explices, sed, quod maxime pulcrum 15 est, gesta narrando depingas; ut, cum personam descripseris, id eam agere facias quod summe moribus congruat et etati conveniat, professioni statuique persone.

che cosa v' ha di più sconveniente che distoglier dal suo fine questo esercizio e scriver o parlar in guisa da esser a fatica capiti?

Si sforzi quindi l' Alidosi d' attinger dall'esperienza della vita e dalle opere dei sommi autori le proprie sentenze ed eviti con cura di mescolarvi cose puerili o meno che oneste; esprima gravi ed assennati pensieri, frutto di riflessione matura; e non solo esponga i fatti, ma metta in scena le persone a parlare od operare, come a ciascuna d'esse s'appartiene.

Verborum autem ornatus, quem aliqui solam rhetoricam esse putant, circa multa versatur et infinitis conficitur observationibus. 20 principio quidem velim scribendi recte, quod orthographiam vocant, diligentiam habeas. quod ut facias, considera compositiones, ut cum c o m m u n e de m u n u s et c o n unitum sit, per duo m, non per unum scribi debeat. sic et c o m m u n i c a r e, quod ab illo deductum esse constat [1]. sic cum ex a d et t r a h o 25 verbum hoc a t t r a h o componatur, non cum unico t, sed gemino scribi debet [2]. et e x h i b e r e, quoniam ab e x et h a b e o

In quanto all'eleganza dello scrivere essa nasce da molte cose.

Innanzi tutto deesi avere grande cura dell' ortografia, cosicchè siano rispettate le composizioni, si raddoppino le consonanti dove è necessario,

8. *L³ Me* vita 9. *Me* videatur 21. *N¹* diligenter 24. *L³ Me* diduct. *e per* ad *dànno* at 25. *L³ Me omettono* cum 25-26. *Me pone* t *dopo* gemino, *mentre i codd. lo dànno dopo* unico

(1) Cf. UGUCCIONE, *De derivation. verbor.* s. v. m u n i o: «Item m u n i o « componitur cum c o n et dicitur hic « et hec communis, e; quasi munium « plurium vel quasi cum munio, quia « non est segregatus ab aliis in offitio, « unde communiter adv. et hec com« munitas tis et communio, is, ivi &c. »; cod. Laur. S. Croce Pl. XXVII sin. 1, c. 276 B; e cf. BALBI *Catholic.* s. v. m u n i o.

(2) Cf. UGUCCIONE, op. cit. in cod. cit. c. 429 B, s. v. t r a h o; BALBI, op. cit. s. e. v.

si apponga a suo luogo il segno d'aspirazione,

perficitur, aspirationis notulam non amittit (1). sic et alia infinita, in quibus non scriptor tuus solum, sed ut plurimum errant omnes.

si tenga conto della quantità delle sillabe,

oportet etiam considerare tempora syllabarum, ut si brevis sit, qualis est prima verbi colo, quod per eius compositum excolo clarum est, non duplicetur, cum scribitur, illud l, ut dicat collo, non colo. collo quidem dativus et sextus est vocabuli collum, non aliqua vox verbi colo, in quo quidem Ligurum vitiosa est scriptura (2).

nonchè della derivazione delle singole parole e delle mutazioni che in esse sogliono seguire.

necessarium etiam est et derivationes inspicere et varias inflexiones, ut qualiter quelibet scribi debeat dictio cognoscamus. nam cum preteritum istud sumpsi a prima verbi voce veniat, o mutata in psi, necesse fit sumo per unicum m scribi, quoniam ante psi nec m nec alia possit littera geminari (3).

Nè creda Ludovico che l'ortografia meriti poca cura: è brutto peccar nelle piccole cose, quando si aspira ad esser nelle grandi impeccabili; travisare, a cagion d'un'errata grafia, il senso vero delle parole e dir quindi una cosa in luogo d'un'altra.

nec hanc orthographie diligentiam parvifacias. nimis enim ineptum est, cum maiora profitearis, in minusculis labi cumque dicere velis unum, ignorantia litterature sensum alium explicare. nam cum hominum conspiratio secta sit a verbo sequor sensu litterisque traductum vocabulum, quam supinus error est per orthographie nescientiam dicere: quid denique loquar septe huius?, mordacitatem tangendo luporum, quoniam septa claustra sint a sepiendo dicta (4); quod illi loco non potest aliqualiter convenire.

Metta dunque ogni suo studio a bandire siffatti errori,

purga, precor, igitur hoc fermentum, et sint illa que scribis taliter defecata quod nichil possit inter ea, que tibi vel aliis scripseris, litteris notatum inconvenientibus reperiri.

1. *L3 N1* haspirat. 4. *L3 Me* cumpos. 5-6. *L3 Me omettono* ut - colo 7-8. *L3 Me* script. est 11. *Me omette* sumo 15. *L3* ignorantie 16. *N1 per* a *dà* et *e quindi* verbo sensu sequor 22. *N1* possint 23. *N1 dopo* aliis *dà* scrip *in fin di riga e poi di nuovo a capo* scripseris

(1) Cf. Uguccione, op. cit. in cod. cit. c. 201 a, s. v. habeo; Balbi, op. cit. s. e. v.

(2) Contro questa confusione poneva già in guardia i suoi lettori l'autore dell'*Ars lectoria* da noi altra volta citata (cf. p. 157 di questo volume): « Item colere per unum l « et collum per duo. antiqui enim, « cum amicos advenientes reciperent, « super collum eorum cadebant vel « flentes vel cum gaudio deosculan« tes »; cod. Laur. Pl. XLVII, 27, c. 10 b.

(3) Cf. Uguccione, op. cit. s. v. sumo: « Sumo et eius composita « activa sunt et fatiunt preteritum in « psi et supinum in ptum et producunt « hanc sillabam su et debent tamen « scribi per unum m, scilicet sumo « et consumo »; cod. cit. c. 389 a; e cf. Balbi, op. cit. s. v. sumo.

(4) Cf. Uguccione, op. cit. s. v. sepio e sequor in cod. cit. c. 372 b e c. 373 b.

Tetigi tibi quedam, que facile possis agnoscere, quo discas, imo coneris hec et alia, que vitiosa dici valeant, veluti quid ignominiosissimum evitare. hanc autem curam et diligentiam cum quadraginta sex annis et ultra scribendo semper adhibue-
5 rim, non potui tamen adhuc usquequaque, sicut arbitror, imo frequenter experior, hanc abominationem excutere, nec me, quin aliquando me conceptis adolescentie vitiis inquinem, continere (1). concludens autem in hoc teneas velim, nisi curaveris tu et alii huic communi morbo mederi, nunquam fore possibile te vel illos
10 scribendi recte scientiam profiteri; cumque tantus error et tam inexcusabilis sit in litteris, quantum esse putas in verbis? non ergo negligendus est, sed summa diligentia sectandus verborum ornatus, quia; quo generalia prosequar coloresque rhetoricos omittam, quos sicut non oportet eligere, sic occurrentes non
15 expedit evitare; primum locum habet ac initium sumit iste verborum ornatus a significatione. nam cum cuilibet dictioni formale sit aliquid dicere, unde dictio deflexa est, super omnia pernoscenda sunt dictionum significata, ne verbum aliquod ridicule vel inepte seu nimis improprie collocemus.

de' quali gli ha voluto dare un saggio, dai propri scritti.

Coluccio da quarantasei anni si sforza di far altrettanto;

eppure, in causa de' primi viziosi insegnamenti, non è ancor riuscito a sbarazzarsi da talune erronee consuetudini.

Or se è così vergognoso lo sbagliar nelle lettere, che vorrà esser poi nelle parole?

Fa pertanto mestieri porre molta attenzione nella scelta dei vocaboli, badando in primo luogo a non usarli in guisa contraria al loro vero significato.

20 Etenim, ut aliquid exempli gratia proponamus, cum s i s t o, s i s t i s hoc quod est firmare, figere fixumque tenere significet (2), quam ridiculum est dicere: malus quidem sensus non utilis invidie sistit! nam licet e x i s t e r e hoc quod e s s e dicimus propinqua satis ratione significet, s i s t o tamen pro s u m nusquam
25 invenies ab aliquibus recte scribentibus usurpatum. nec dicas licitum esse simplicibus pro compositis uti, quoniam id verum est si sit eadem utriusque significatio, licet constructio aliquando mutetur. nam, cum Maro noster inquit:

Perciò Ludovico eviterà d'adoperare un vocabolo primitivo in quel senso stesso in cui usar si suole il derivato;

sebbene talvolta, come mostra Virgilio, anche questo sia lecito.

et spumas salis ere ruebant (3);

2. imo] *Me* uno 11. *N*[1] litteras 13. quia] *L*[3] *N*[1] *Me* qui *N*[1] rhetoricosque colores 22. *N*[1] util *(sic)* 24. *N*[1] nunquam 25. *N*[1] neque 27-28. *L*[3] *Me* lic. mut. aliq. constr. 29. *Me* talis aere

(1) Cf. lib. VII, ep. VIII; II, 279.
(2) Cf. UGUCCIONE, op. cit. s. v. s i s t o: «accipitur etiam pro firmare, «vel retinere vel stabilire»; cod. cit. c. 381 B.
(3) VERG. *Aen.* I, 35.

pro e r u e b a n t quidem cogimur r u e b a n t assumere, mutatione constructionis, ne quod absolutum est fiat preter rationem grammatice transitivum. quod quidem ex eo permittitur, quoniam significatio non mutatur. idem enim significant r u o et e r u o, licet modum diversum habeant construendi. nec solum significationem considerare oportet, sed proprietatem, nec hanc solum, sed appropriationem, que est consuetudinis usurpatio. nam, ut hoc clarum efficiam, n e q u i c i a proprietate sermonis i m p o t e n t i a est; descendit enim, sicut arbitror et facies dictionis ostendit, a n e q u e o, vel, ut alii volunt, a n i c h i l, quod quanvis in idem recidat, quoniam nulla potentia possit hoc quod est nichil, placet michi tamen magis quod a n e q u e o derivetur, licet in prima syllaba tempus mutet, sive veniat a n i c h i l sive de n e q u e o propagetur (1). appropriatione vero consuetudinis significat omne peccatum, quoniam peccare, sicut nichil, sic summa impotentia est. etenim quicquid peccatur, ut peccare deformitas est, deficiendo, non efficiendo committitur. fit equidem actus, in quo peccatum committitur; peccare vero non est nisi ab ordine legis eterne deficere non faciendo, scilicet inagendo, quod illa prescribit. quod quidem cum nullus actus sit, sed pura privatio, nullius prorsus est potentie, sed, si circunspexerimus pressius, impotentie dici debet (2). tantaque vis est usus, quem penes, ut inquit Flaccus,

arbitrium est et ius et norma loquendi (3),

quod altius sentientium mos sit nomen istud n e q u i c i a ab illa quam premisimus universitate traducere et per ipsum non omne peccatum, sed solam libidinem; credo quia minus contra carnales possimus illecebras; isto nomine denotare (4). quo sensu F a-

Nè occorre considerar soltanto il significato delle parole, ma la proprietà e l'uso, com'è, per citare un esempio, il caso di « nequicia », la qual parola, sia che venga da « nequeo » o da « nichil », dall' indicar « impotenza », è passata a significare in generale « peccato », e quindi anche, grazie alla forza dell'uso, non ogni peccato, ma quello soltanto di libidine,

2-3. *Me* grammatices 7. N^1 usurpare 10. *Me* velut ut 12. *Me* quam 13. L^3 *Me* mut. temp. 14. N^1 appropriationem 16. *Me* enim 17. L^3 *omette* est *nel testo, ma fu aggiunto in interlinea.* 21. N^1 prors. pot. est sed si press. circumsp. 24. ius] *Me* vis 26. N^1 ipsam

(1) Cf. sull' etimologia di « nequicia » lib. IX, ep. IV, p. 49 di questo volume.

(2) Cf. s. AUG. *Enchirid.* cap. XI in *Opera,* VI, 236 sgg.

(3) HORAT. *Ep.* II, III, 72.

(4) Cf. p. 49 di questo volume, rr. 28-30.

storum primo dixit Ovidius, de Sileno loquens, quem inextinguibilis fuisse libidinis asserit:

come vediamo nell'applicazione, che ne fa Ovidio a Sileno.

Nequicia est que te non sinit esse senem (1);

hoc est concupiscibilitas illa carnalis te non sinit esse senem, 5 idest senum moribus vivere, cum iuxta libidinis affectum iuveniliter semper vivas. et hoc idem vocabulum libido, cum a libeo, libes deductum sit, de proprietate sermonis secundum originem concupiscentiam quamcunque vel voluptatem significat (2); ut Sallustius de fortuna scripsit: ea res cunctas ex libidine magis 10 quam ex vero celebrat obscuratque (3); libidine dixit, hoc est voluptatis passione. consuetudinis tamen appropriatione concumbendi designat ardorem, ut pernoscendum tibi sit significatum, quod ex imponentium dispositione sumpsit initium. tenenda proprietas, que maxime provenit ex origine, quam ethymologiam 15 dicimus, et appropriatio, quam usus gignit, nullatenus ignoranda. tunc enim vocabulum iuxta significatum debite collocabis, ad originis proprietatem quanta curiositate poteris te restringes et ab amplificatione consuetudinis non discedes.

E questa stessa parola « libidine », come quella che viene da « libeo », in origine stava a designare qualsiasi concupiscenza o voluttà,

mentre dall'uso è stata ridotta a significare propriamente il carnale desiderio.

Soltanto rispettando la proprietà e l'uso adunque si adoperano correttamente i vocaboli.

Curandum est preterea, quo divitem facias elocutionem, ut 20 fixa mobilibus ornes et adverbia verbis addas, si locus et materia patiatur; hac siquidem adiectione tum copiosa tum ornata resultat oratio, que ieiuna nimis et arida puris substantivorum vocabulis verborumque vocibus redderetur. verum cum possint subiecto cuilibet cum multa naturaliter accidere tum plurima termino quo 25 significetur illud suppositum secundum vocis habitum copulari, cavendum est ne contra naturam aliquid adiungamus. frigidum equidem ignem excussit; nisi per frigidum lentum torpentemque velimus exprimere, qua ratione poterimus dicere, cum fri-

Ma per render vago lo stile è pur necessario accoppiare acconciamente ai sostantivi appropriati aggettivi ed ai verbi gli avverbi convenienti,

in guisa da non incorrere in spiacevoli contrasti, come farebbe chi dicesse « freddo » il fuoco,

3. *Me* quem 4. *L*[3] *omette* est 7. *N*[1] *omette* libes *L*[3] diduct. *Me* propietate 8. *L*[3] *Me* voluntatem 9-10. *L*[3] *Me omettono* magis - dixit; *Me per supplire al senso introdusse* regit 11. *L*[3] *Me* voluntatis 13. *Per* dispositione *Me dà* significatione *e per* sumpsit *scrive* desumpsit 16. *Me aggiunse dopo* collocabis *un* cum *che ho soppresso.*

(1) Ov. *Fast.* I, 414.

(2) Cf. UGUCCIONE, op. e cod. cit. c. 229B, s. v. libeo e BALBI, op. cit. s. v. libido: « Libido, voluntas vel « luxuria sive luxuriosa voluntas ».

(3) SALL. *Cat.* VIII.

chè sarebbe affermar cosa contraria alla natura di esso, il quale potrà invece ottimamente esser detto « fervido, tenue, « nitido, lieve, lu- « cente ».

Ma anche nella scelta d'ognuno di questi epiteti sarà da tener conto della opportunità loro

e gli epiteti non soltanto dovranno rispondere ai sostantivi, ma al discorso intero ed alla materia trattata; e quel che degli aggettivi dicasi d'ogni altra parte del discorso.

Non creda inutile Ludovico questa avvertenza, perchè i più grandi scrittori l' hanno osservata e Cicerone, tra gli altri, biasima Tirone, il suo liberto, per aver usato meno propriamente, scrivendogli, l' avverbio « fideliter ».

giditas igni naturali ratione repugnet? rutilum autem, fervidum, tenuem, nitidum vel levem si dixerimus ignem, non inconveniens adiunxerimus epithetum. verum secundum subiectam materiam et quod disposuerimus dicere tum hoc tum illud iungendum est. nam si ad calefactionem aut adustionem ignem excussum èsse dixerimus, fervidum potius quam tenuem, levem nitidumque dicemus, quoniam fervor accommodatior ustioni calefactionique sit quam nitor, levitas vel tenuitas. sin autem ad illuminandum rutilum; si ad subitum designandum motum ignem adhibere voluerimus, levem aut tenuem convenientissime proferemus. conveniant ergo quecunque iunxeris epitheta non substantivo solum, sed orationi materieque quam scribes; nec adiectiva solum, sed substantiva substantivis, adverbia verbis et omnino supposita predicatis rationabiliter alligentur et nichil in dictamine tuo sit quod nature consuetudinique repugnet. nec hoc ignavum putes. nam tametsi tibi et omnibus per semet patere debeat istud esse verissimum, tamen ut hec diligentia scribendi maximis auctoribus tibi constet, Cicero noster, eloquentie fons, ad Tironem libertum suum scribens, cum ille petiisset quandam suam epistolam in volumen redigi, in qua, quoniam infirmus erat et Cicero rogasset eum quod diligentem curam haberet valitudinis, quasi respondens scripserit: valitudini fideliter inserviendo; eidem tenuissimum hunc errorem improperans, registrationis postulationem obiecit. inquit enim: video quid agas. tuas quoque epistolas vis referam in volumina. sed, heus tu, qui canon esse meorum scriptorum soles: unde illud valitudini fideliter inserviendo? unde in istum locum fideliter venit, cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alieno multe? nam et doctrina et domus et ars et ager etiam fidelis dici potest [1]. videsne quam

1. fervidum] N^1 fecundum 4. *L3 Me* quo 5. *L3 Me* ad ustionem 11. N^1 dixeris 12. *L3 Me* scriberes *L3 Me omettono* sed subst. 20. N^1 eum rog. 21. N^1 valit. haber. 21-22. *L3 Me* scripserat 22. N^1 *dopo* fidelit. *aggiunge* et *e sopprime* eidem 23. *Me omette* hunc 24. N^1 etenim 25. *Me* volumine 28. N^1 *omette* et

(1) Cic. *Ep. ad fam.* lib. XVI, xvii; ma il testo, r. 25, dà « referri » e r. 26, dopo « illud », aggiunge « tam « ἄκυρον », che il copista per ignoranza del greco avrà qui trascurato di trascrivere.

anxie, quam scrupulose quamve subtiliter copulationes iste verborum apud auctores optimos ponderentur? ut et tibi nitendum elaborandumque sit, cum aliquid scripseris, ne possis huius incurie vel vitii criminari. quin etiam animadvertas velim, ne cum sensum orationis compleveris, aliquid addas quod potius post illam iactum esse videatur quam ad id quod premiseris pertinere. quid enim est dicere: o mi Francisce, scito appetitus omnium quasi mala plus quam bona velle presertim! nonne post illam orationem proiectum esse videtur adverbium hoc p r e s e r t i m; et eo maxime, quia sine illius adverbii additamento nedum perfecta, sed concinnior erat illa sententia?

Dietro sì chiari esempli anch' egli si studî d' evitare scrivendo siffatti rimproveri e tenga presente altresì la necessità di chiudere acconciamente il periodo.

Demum, ut aliquando concludam; non enim intendo tibi precepta rhetorice tradere, sed pauca consideranda generaliter explicare; fac unum diligenter observes: quod semper adiectivum preferas substantivo vel saltem continenter et immediate coniungas. nam quotiens premiseris adiectivum, cum per se stare non possit, exigit intellectus illud cui copuletur et hereat substantivum, quod quando reppererit, qui pendulus ante fuit figitur intellectus miraque suavitate perfunditur, si totus ambitus adiectivi subiecti congruentia sufficienter impletur et unum alteri non rite solum, sed apposite copuletur. etenim cum dicit Ovidius:

Finalmente, per terminare questa breve esposizione di precetti rettorici, si rammenti di prefigger sempre l' aggettivo al sostantivo o per lo meno di far che quello segua subito a questo;

dall'osservanza di tale regola molto decoro deriva al discorso, come può mostrare un passo d'Ovidio,

Huc alacer missos terruit Hector equos (1),

quam eleganter premisit egregius ille poeta duo, sicut aspicis, adiectiva a l a c e r et m i s s o s, subiungendis in fine carminis substantivis! quod si vel unius ordinem commutaveris, sensum hebetem facies et splendorem omnem quasi lumen abiciens obscurabis. nam si dixeris:

il quale perde ogni eleganza se si levin gli aggettivi dal luogo in cui al poeta è piaciuto di collocarli.

Huc Hector missos terruit alacer equos,

plurimum sonoritatis abstuleris et decoris. hec satis. etenim ista tibi veluti quedam capita speculanda proposui, ut aliquid

Ma basti quanto ha detto fin qui a farlo accorto

3. *N*[1] laborand. 5. *N*[1] oratione 16. *N*[1] adiect. prem. 24. *N*[1] adiectivis 26. *N*[1] fac. heb. 28. *L3 Me* acer 29. *Me* atque

(1) Ov. *Heroid.* I, 36; le edizioni moderne recano però questo verso in lezione assai diversa:

Hic lacer admissos terruit Hector equos.

della cura che ei dovrà porre per riuscir valente nell'arte dello scrivere: a ciò più che i precetti gli gioverà del resto l'ingegno.

patefacerem et ad recte scribendum quandam ianuam aperirem, quo per te possis in alia diviniora et magis ardua penetrare. longe plura quidem ingenii bonitate percipimus quam doctrina vel lectionis auxilio capiamus.

Gli rinnova quindi le proteste della sua devota affezione;

Nunc autem ad tua veniam. principio quidem te certissimum esse velim me nobilitatem tuam, si fors alicuius id momenti feceris, obnixe diligere, imo, quod divinius est, amare. paternum autem et hereditarium est tibi, quod me, sicuti sanctissimus pater tuus, in amicum habeas. quod cum pollicearis gratulor et accepto, quod me perpetuum reputes inter tuos (1). velim etiam quod crebro michi scribas, ut te exerceas, ut te possim amice corrigere, sicque contingat te dicendo quotidie facere doctiorem. cupio preterea quod si quid dubitaveris expostules declarari. libentissime quidem, quantum scivero, tibi morem geram.

lo esorta a scrivergli spesso, perchè sarà per lui fruttuoso esercizio; egli l'ammonirà e gli dichiarerà ogni dubbio.

Di scrivere in difesa del Petrarca, come egli lo prega di fare, non ha intenzione;

Scriberem in nostri Petrarce defensionem, sicut avide petis, si foret expediens, et illi viri, quos commemoras quique, si de Francisco nostro male sentiunt, nimis errant, scribere quid mordeant conabuntur. nolo quidem maledicta litteris refellere, que vel sola negatione vel facillima commutatione possent elidere meque temeritatis et calumnie rationabiliter accusare. si verbis insaniunt, verbis refellendi sunt; sin autem scribere super hoc aggressi fuerint, ex nunc pro viribus Francisci nostri me vindicem sentient et eorum, que minus bene dixerint, reprehensorem, ut sic omnes possint inter illos et me quis verius scripserit iudicare. tunc enim agetur non evolantibus verbis, sed quasi tabulis obsignatis manentibusque scripturis facultatem exhibebimus iudicandi (2).

non sarebbe difatti prudenza combattere delle accuse che non sono state lanciate se non a voce.

Quando per avventura gli avversari del poeta l'attaccassero per iscritto,

allora sì che sorgerà pronto a rintuzzar la loro temerità.

Vale felix, domine mi, et patienter feras si quedam que scripseris reprehendi, nec negligas ea que fideliter collegi solum gratia te monendi. Florentie, pridie nonas decembris.

Lo prega a tollerare gli appunti mossi alla sua lettera ed a far tesoro degli ammonimenti che gli ha dato.

1. N[1] *omette* et 3. N[1] perciperim 5. *L[3] Me omettono* autem 6. N[1] *dà* id *in interlinea aggiunto da altra mano.* 10. N[1] quo 14. *Nello scriver la parola* scivero *il copista di N[1] aveva confuso l'* e *coll'* r *e riscrisse quindi questa lettera al disopra.* 16. *L[3] Me* forte 18. *L[3] Me* refell. litt. 19. N[1] *omette il primo* vel 23. *L[3]* reprensorem *Me omette* sic 28. *Me omette* fideliter

(1) Cf. lib. VII, ep. IX; II, 283 sgg.

(2) Alla difesa del Petrarca lo vedremo difatti con giovanile ardore apprestarsi l'ultim' anno di sua vita; cf. lib. XIV, ep. XIX.

IIII.

A ser Guido Manfredi da Pietrasanta [1].

[R. Archivio di Stato in Lucca, *Governo di P. Guinigi, Lettere a G. Manfredi,* filza 29, originale. Il suggello, non ben riuscito, reca una testa di
5 filosofo barbato.]

Insigni viro ser Guidoni de Petrasancta cancellario
m. D. Lucani &c., fratri et amico meo karissimo. Co.

Firenze, 13 dicembre 1402. Angelo Corbinelli per certi affari di suo fratello si reca a Lucca. Voglia Guido mostrarglisi benevolo

Vir insignis, frater et amice karissime. venit istuc filius meus Angelus de Corbinellis pro negociis fratris sui. si me di-
10 ligis, ipsum dilige; si me carum habes, ipsum etiam carum habe,

6. *Così l' indirizzo a tergo dell' epistola.* 10. *L' originale dà* dirige

(1) Nell' autunno del 1402 Bartolomeo Corbinelli, mercante fiorentino, aveva spedite a Barga, dov' era allora podestà per la città sua Bonaccorso Pitti, talune balle di mercanzia, le quali, per colpa del vetturale che le trasportava, furono, mentre attraversavano il territorio lucchese, sequestrate dagli ufficiali del Guinigi. Siccome il Corbinelli, cittadino, come or diremo, reputatissimo, era di que' giorni de' Dieci di balìa, così i signori si dettero molto daffare, perchè gli fosse sollecitamente restituito il suo ed intavolarono tosto col Guinigi un carteggio, che dal 29 novembre, se non prima, continuò fino all'11 del mese seguente; cf. R. Archivio di Stato in Firenze, *Miss.* n. 24, c. 88 B, « Domino Lucano », 23 nov.; c. 89 A, 3 dic., 4 dic.; c. 89 B, 11 dic. Ma perchè le cose andavano in lungo, parve al Corbinelli spediente di mandar qualcuno di sua fiducia a Lucca, per trattare direttamente col principe, e die' siffatto incarico al fratello suo Angelo, il quale partì munito da Coluccio di questa commendatizia per il cancelliere lucchese.

Chiarita così la data della presente, ci rimane a dir qualche cosa intorno ai due fratelli, de' quali in essa è questione. Furon essi dunque figliuoli di Tommaso di Piero di Nuccio di Parigi Corbinelli, uomo facoltoso e dabbene, il quale oltre a loro aveva generato altri quattro maschi: Antonio, Giovanni, Parigi e Piero; cf. Dell'Ancisa, op. cit. KK, c. 540 A sgg. Di tutti è credibile fosse Bartolomeo l' anziano, perchè lo troviam già de' priori nel luglio del 1383, probabilmente per la prima volta; cf. *Del. degli erud. tosc.* XVII, 44. Undici anni dopo « per le « molte novelle che si diceano di più « luoghi » essendosi tenuta pratica in Firenze di fare i Dieci di balìa, tra gli eletti per S. Spirito riuscì Bartolomeo; cf. *Del.* cit. XIV, 289; Minerbetti, *Cron.* cit. c. 341; Ammirato, *Ist. fior.* lib. xvii, II, 846; e nell' arduo uffizio ei fece allora sì buona prova, che non solo vi fu rinominato nel 1400 (cf. *Del.* cit. XIV, 290 e

e far onore a questa sua raccomandazione.

Non si dimentichi di Nonio Marcello.

sibi consule, sibi fave. denique fac ut opere videat quod hoc mee scriptionis officium sibi prosit. multi quidem faciam si viderit meis intercessionibus se foveri. vale et de Nonio Marcello Tyburtino precor recorderis (1). et vale. Florentie, idibus decembris. 5

Colucius Pieri de Salutatis cancellarius florentinus.

XVIII, 181; AMMIRATO, op. cit. p. 875), ma altresì nel 1404, in occasione della guerra di Pisa (*Del.* cit. XIV, 293; XX, 132); chè anzi dopo essersi recato col Pitti a Genova nell'estate del 1405 a trattar col Boucciqaut (AMMIRATO, op. cit. p. 908) ei fu di nuovo dei Dieci e figurò tra i commissari fiorentini, i quali ebbero il 9 ottobre del 1406 da Giovann' Andrea Gambacorti la tenuta di Pisa, della quale resse poi per sei mesi la podesteria; cf. CORAZZINI, *L' assedio di Pisa,* pp. 50 e 141; AMMIRATO, op. cit. p. 936. L' anno innanzi egli era stato estratto in gonfalonier di giustizia per il suo quartiere, alla qual dignità pervenne di nuovo nel 1411: cf. *Del.* cit. XVIII, 242 e 357. Così pure tornò ad esser de' Dieci di balìa nel 1410 (cf. *Del.* cit. XIV, 294) ed una quinta volta nel 1423, quando Firenze intraprese la guerra contro il Visconti; cf. *Del.* cit. XIV, 297; GUASTI, *Comm. di Rin. degli Albizzi,* I, 443; SERCAMBI, *Cron.* II, par. III, 361; AMMIRATO, op. cit. p. 1001. Tacciamo di molt' altri minori uffici da lui sostenuti per rammentar soltanto che attese con altri quattro compagni nel 1415 alla revisione degli statuti del comune; cf. AMMIRATO, op. cit. p. 976.

Mentre il fratel suo consumava dunque tanta parte della sua vita nel turbinìo delle politiche occupazioni, Angelo Corbinelli dedicava invece la propria quasi intieramente agli studi, sebbene in questi minor reputazione acquistasse di quella che raggiunse l' altro suo fratello Antonio. Di pubbliche cariche da lui sostenute scarsa memoria serbano i documenti del tempo, i quali ci apprendon soltanto che nel 1412 fu de' priori (cf. *Del.* cit. XIX, 21) e l'anno appresso ebbe luogo tra gli ufficiali dello Studio; cf. GHERARDI, op. cit. par. I, p. 187, n. XCII; par. II, p. 389, n. CXXVIII. Menò egli in moglie una Filippa di Lorenzo di Totto de' Gualterotti, che gli partorì parecchi figli. La sua morte, di cui ci è ignota la data precisa, dovette seguir prima del 1435. Nel R. Archivio di Stato di Lucca tra le lettere al Manfredi (*Gov. di P. Guinigi,* filza 19) havvene una sua del 25 giugno 1414 per sollecitare un salvacondotto a favore di suo cugino Piero di Sandro Masini, che andava capitano a Barga.

(1) Altre istanze udremo fare al Manfredi Coluccio onde conseguir copia del libro di Nonio; ma tutte riuscirono vane, come ci apprende Leonardo Bruni in una sua lettera scritta nel 1407 (?) da Siena al Niccoli, dove rileviamo le parole seguenti: « De bi« bliotheca Papiensi curavi equidem « diligenter ut quantum librorum ibi sit « et quid certior fiam utque Nonius « Marcellus, quem Colucius ha« bere nunquam potuit, meo no« mine transcribatur »; cf. *Giorn. stor. della lett. it.* XVII, 225, e *Museo ital. d' antich. class.* III, 325, ed altresì L. BRUNI ARR. *Epist.* lib. III, ep. XIII; I, 89. Se il codice che Coluccio chiedeva fosse o no il pavese mal sapremmo decidere.

V.

Al medesimo (1).

[P[I], c. 54 A; R[I], c. 6 B; Rigacci, par. I, ep. LXXXI, p. 185.]

Ser Guidoni de Petrasancta.

Firenze, 26 gennaio 1403.

5 Vir insignis, frater et amice karissime. dulcissima res amicicia est, sed onerosa, sed quotidianis obnoxia subiectaque servitiis. non enim sufficit si tuis et etiam amicorum amicis morem geras, sed instant amicorum benivoli, quodque latius patet, instant et noti. quod si iusti forent quibus vel auctoritate pu-10 blica vel conventione privata iudicare contingit, levarentur amici suis occupationibus et eorum qui pro desideriis suis amicorum operas interponunt. quod quidem, licet quotidie videas et experiare, presens requisitio te monebit. est in manibus tuis quedam controversia Tolomei et matris eius, quam videntur cum Lapo 15 Mostarde pro certis pecuniis nunc habere. velis igitur eundem Tolomeum et matrem suam in iuribus eorum favorabiliter habere recommissos. non gravo conscientiam nec rectitudinem iusticie velim obliques. sed, ubi ius foveant, quod iuris conscientieque permittit ratio prestes oro. gratum enim erit, si vel in istis me

L'amicizia è dolce cosa, ma tale che impone obblighi non lievi a chi la coltiva.

Non basta difatti mostrarsi servizievoli verso coloro che si amano, ma convien aiutare anche gli amici loro.

Certo se vi fosse maggior giustizia in chi giudica, anche le noie per gli amici sarebbero minori;

prova di ciò gli sia la raccomandazione che egli dee fargli in pro di Tolomeo de' Taviani.

Vegga Guido di favorirlo dentro i limiti dell' onestà e farà cosa a lui accettissima.

4. *Così P[I] Ri; R[I]* ser Guido de petra sancta 11. *R[I]* occupaciocionibus *(sic)* 14. *Ri* Ptolemaei 16. *Ri* Ptolemaeum 18. *Ri* faveat quoad

(1) Tra le missive della Signoria fiorentina dell' anno 1403 una ne rinveniamo del 3 di marzo diretta a Paolo Guinigi, signore di Lucca, la quale mentre giova a determinare con certezza la data della presente, reca anche maggiore luce sulle cause che spronarono a scriverla il S. Eccola (R. Arch. di Stato in Firenze, *Miss.* n. 24, c. 96 A):

Domino Lucano.

Magnifice domine, amice karissime. Tolomeus Laponis de Tavianis de Pistorio et fratres, dilectissimi nostri, recipere debent a Lapo Mostarde non parvam, ut aiunt, pecunie quantitatem; in qua quidem re plusquam oporteat distrahuntur. et quoniam res ista pupillaris est et adolescentuli supradicti, placeat, sicut iura precipiunt, causam dictorum fratrum, que propter etatem, in qua privati patre sunt, miserabilis est et pia, placeat, quesumus, nobilitati et amicicie vestre dictos fratres favorabiliter suscipere recommissos et cum res in manibus vestris sit, ipsam non solum feliciter, sed etiam celeriter expedire &c. dat. Florentie, die .III. martii .XI. ind., .MCCCC. secundo [*s. f.*]

Com' è chiaro, non essendo sembrate sufficienti le esortazioni fatte in via ufficiosa dal cancelliere fiorentino al lucchese, scorso un mese, la repubblica reputò opportuno rivolgersi direttamente al Guinigi.

Torna a rammentargli il desiderato codice di Nonio Marcello.

sibi viderint profuisse. vale, frater carissime, memor Nonii Marcelli, quem beneficio tuo cupio et spero (1). Florentie, septimo kal. februarii.

VI.

A Tommaso Fitz-Alain, arcivescovo di Canterbury (2). 5

[P¹, c. 54B.]

Firenze, 29 gennaio 1403.

Non ancora ha potuto, come bramava, porgergli, scrivendo, un pegno della sua costante memoria, sebbene ciò possa parere superfluo; come infatti potrebbe egli dimenticarlo?

Le piccole, non già le grandi cose si pongono in oblio tanto dai vecchi

Archiepiscopo Cantuariensi domino Thome de Rondello.

Reverendissime ac gratiosissime domine mi. nondum licuit que mens calebat et calet tecum agere, ne te videar oblivioni; quod fieri non potest, adeo te michi penitus inserui; tradidisse (3). quis enim de memoria delere potest, etiam si maxime velit, quod insitum sibi fuerit et in rationem permanentis habitus confirmatum ? excidunt nobis que parva et quotidiana sunt; imo, quo rectius loquar, prorsus et omnino non capimus. mandantur memorie que prima, que magna, que rara queve notabilia sunt; 10 15

7. *Così il cod.; ma sopra* Rondello *un' altra mano scrisse* Arundell' 11. *Dopo* maxime *il cod. recava di nuovo* potest, *che fu cancellato.*

(1) Cf. le note all'epistola precedente.

(2) Ci porge quest' epistola, colla quale egli implora dalla munificenza dell' inglese prelato un sussidio in pro del convento fiorentino di S. Maria degli Angeli, nuovo e ragguardevole documento del vivo affetto, che Coluccio nudriva per l' Ordine camaldolese e particolarmente poi per quel cenobio, dov' egli aveva sempre ricevuto un' affettuosa ed ospitale accoglienza, ripagata del resto ad usura fin dal 1381 colla bellissima lettera, che a nome de' suoi signori aveva scritto al cardinale di Grado (R. Arch. di Stato in Firenze, *Miss.* reg. 19, c. 137 A, 17 giugno). Essa in pari tempo ci reca anche de' particolari del tutto sconosciuti intorno alle condizioni in cui versava il convento sui primi del secolo xv; perchè nè il Fortunio nè gli autori degli *Annales Camaldulenses* ci hanno serbato memoria veruna degli acquisti fatti dai frati e degli imbarazzi economici in cui versavano a cagione di essi.

La data della presente ci è dichiarata apertamente dall' allusione che il S. vi fa all'età da lui raggiunta, mentre scriveva. Poichè egli compier doveva l' anno settantaduesimo di sua vita nel febbraio, riesce evidente che l' epistola è del 1403; cf. del resto le note all' ep. xiii del lib. IX, iv del lib. XII, pp. 107, 109, 459 di questo volume.

(3) Anche nell' ep. viii del lib. XII, p. 497 di questo volume, rinveniamo le identiche allusioni ad un argomento che il S. intendeva trattare in lettera al Fitz-Alain diretta, quando l' agio di farlo gli si offrisse. Non è improbabile ch' egli vagheggiasse il disegno di svolgere in un' epistola all' arcivescovo di Canterbury qualche controversia d' indole ascetica o morale.

cetera nedum senibus, qualis ego sum; sextadecima quidem dies alterius mensis annum septuagesimum et secundum etatis mee, si tamen ad eam pervenerim, inchoabit; sed etiam iuvenibus aut adolescentulis vix coherent. nunc ergo, cum te tantum et talem 5 virum adeo rarum dignitate, rarissimum sanguine fortuneque singulare ludibrium et admirabile fortitudinis ac patientie documentum, licet senex viderim, possumne non continue reminisci? ut etiam si cunctis tecum temporibus silentium egero, non possim tamen de memoria te delere. sed hec alias. in presentiarum 10 vero non id ago quod tui meminisse videar, sed aliud calamum sumere persuasit. scio te, cum Florentiam appulisti, visitasse religiosissimum monasterium Sancte Marie de Angelis et illorum eremitarum fratrumque monasticam observantiam inspexisse. puto tibi placuisse cultus divini curam, placuisse familiam atque 15 diligentiam placuisseque quicquid ibi invenisti. contiguum erat eis domicilium quoddam cum agro, que, licet religiosorum essent, stipendiariis tamen quotidie locabantur; quod eis erat ad inquietudinem et periculum et ad maximam materiam scandalorum. cumque ea venalia forent, quo vicinum forte perniciosum et gra- 20 viora fugerent, compulsi sunt omnem illam possessionem emere seque multis debitis; maximum enim precium est; cum multis civibus implicare. subventionis tanta necessitas est quanta vix posset, imo prorsus et omnino non posset, verbo vel litteris declarari. quapropter benignitatem et clementiam tuam reverenter 25 deprecor et exoro, quatenus ex alio quasi terrarum orbe huius sancte et devote familie recorderis eamque in hoc necessitatis articulo iuves, non secundum quod indigent; id quidem nimis grave foret; sed secundum quod humanitati et prudentie dispensationis tue videbitur dignum fore. nec queras in hoc occulta- 30 tionis cautionem, sed luceant opere tue coram hominibus, ut laudetur pater noster, qui in celis est [1], et invitentur alii per exemplum; nec in hoc gloriam tibi speres aut optes in seculo, sed apud Deum expectes in celo; nec hoc facias propter retributio-

quanto dai giovani.

Or come avrebb'egli potuto, benchè vecchio, scordarsi di tant'uomo, ludibrio illustre della fortuna, esempio ammirabile di fortezza e di pazienza?

Non per questo dunque gli scrive, ma per altra cagione.

Visitò Tommaso, quando fu a Firenze, il convento di S. Maria degli Angeli e certo ei rimase edificato dalle preclare virtù di que' monaci.

Avevan costoro contigui alle lor case certi campi, che solevansi affittar a lavoratori, de' quali, per fuggir scandali e pericolose vicinanze, fecero l'acquisto, ma gravandosi di debiti.

Ora hanno bisogno d'aiuto per pagarli

ed anche a lui, benchè così lontano, lo chieggono

in quella misura che all'umanità ed alla prudenza sua parrà opportuno.

Nè voglia occultar tale suo beneficio, ma permettere che a tutti sia noto per edificazione comune

33. *Il cod. reca le parole* sed - celo, *omesse nel testo, supplite forse d'altra mano, nel marg.*

(1) Cf. s. Matth. V, 16.

e per maggior gloria di Dio, in cui ogni nostro pensiero deve unicamente appuntarsi.

nem, hoc est nomen eterne glorie, sed solummodo propter Deum, qui beatorum omnium est obiectum. puto quidem quod qui circunscripto Deo solum agunt, ut beati fiant, in suis cogitationibus falsi sint vel cogitantes esse beatitudinem preter Deum vel verum sibi finem suorum actuum facientes beatitudinem et non 5 Deum. sed ut ad propositum redeam, supplico quod filiis et oratoribus tuis subvenias. indigent siquidem, crede michi; quo certus sum possis hac elemosina bonorum et orationum suarum non ex voto solum eorum te fore participem, sed etiam merito tuo. nec te moveat quod in Anglia tibi sint oratores et pau- 10 peres etiam religiosi, quibus ad hoc propensius obligeris. illi quidem quotidie tecum sunt; isti vero, qui nunc ad te velut filii degentes a longe cum devotione recurrunt, recipi non aliter quam revertens filius promerentur; et ex eo iustius, quod ille libidine fedus et exhaustus flagiciis et prepositus porcis culpa sua redire 15 compulsus est (1); isti vero non suo scelere, sed scandala fugientes isto necessitatis reducti sunt. recorderis quanta largitate quantaque munificentia Ptholomeus Egypti et Hyram Tyri reges templo Domini, quod edificaverat Salomon, subvenerunt, licet extra patriam maximas pecunias destinarent (2). nos autem sumus 20 omnes fratres in Christo, tanto coniunctiores quanto sibi propensius servi sumus, ut ad hoc te movere debeat christianitatis vinculum, dulcedo noticie, religionis meritum summaque necessitas filiorum. quibus omnibus si quid addere potest devotio mea, tibi totis affectibus supplico, quatenus ad hoc etiam mearum in- 25 tercessionum respectu cum clementia movearis.

Voglia dunque soccorrere quella santa famiglia,

e meritar così d'esser da lei ricordato nelle sue preghiere.

Nè si rifiuti ad aiutarla, col pretesto che in Inghilterra altri monaci vi sono poveri e bisognosi delle elargizioni sue. Quelli fruiscono sempre dei suoi aiuti, questi invece che da lungi gli inviano le suppliche loro, son da trattar come figliuoli che ritornano al seno paterno.

Rammenti del resto come re per nascita e per culto stranieri abbiano aiutato Salomone ad innalzare il tempio di Gerusalemme.

Or che farà egli per de' confratelli in Cristo,

che Coluccio stesso gli raccomanda?

Gli farà trascrivere, secondochè desidera Niccolò Lucefri, il suo libro *De nobilitate legum et medicinae*; ma perchè il lavoro riesca corretto, converrà attendere un poco.

Hec hactenus. et quoniam tuus servus Nicolaus Lucefri volebat exemplari facere libellum quem edidit ruditas mea De nobilitate legum et medicine, decrevi quod illum habeas munere meo (3). tibi vero grave non sit donec exempletur corri- 30 gaturque paululum expectare. diligentia quidem adhibenda rem

25. tibi *è aggiunto in margine d'altra mano.*

(1) Cf. Luc. XV.

(2) Cf. III *Reg.* V, IX, X. Ma che c' entra qui Tolomeo?

(3) Intorno a questo libro cf. le note alla ep. XII del lib. XI, p. 379 sg. del presente volume. Del famigliare di Tommaso, qui menzionato, non ci soccorre alcuna notizia.

Vir insignis frat(er) (et) amice k(arissi)me. Nullā unq(uam) uoluntate(m) uidi / que sibi sciret in reb(us) propriis moderari. Sed quicq(ui)d nobis
uolumus / uolum(us) semp(er) nimis. In alienis reb(us) moderantius semp(er) optamus. in illis finem uoluntas inuenit. in nostris aut(em)
sine fine uoluntas est. Nunc aut(em) cū amicor(um) negotia n(ost)ra sint / forte nimis est / iterare rogamina / michi nō / cū debitū / propter
amiciā / tū purū p(ro)p(ter) affectū ēe quid uidetur. Ea propt(er) si te iter(um) grauio ~~te~~ p(ro) Tolomeū de Tauianis obsecro nō mireris. Si te de Nonio
Marcello sollicito nō turberis. Sed utrūq(ue) precor expedias. Illud ēi opto. hunc aūt habendi desiderio plusq(uam) ardeo. In utroq(ue)
uelim amorē erga me ostendas tuū. Vale. Florentie. V. Non. Martij. manu propria.

Tuus Colucius Cancellar(ius) flor(entinus).

Insigni uiro s(er) Guidoni de
Petrasancta meo.

hanc aliqualiter protrahet, sed emendatum habebis. scis quam affectuose de libris Augustini, quos sex, ut testatur, numero De musica ratione composuit (1), te sciscitatus fuerim, quanta cum instantia verecundiaque, cum tu respondisses habere, petierim quod 5 illorum, si daretur unquam in patriam reditus, copiam faceres quamque lete liberaliterque pollicitus id fueris (2). rediisti, Deo gratias, ut optabamus, in patriam, recuperasti sedem et gradum, librosque tuos cum omnibus aliis, que tibi fortuna temporis, imo tempestatis illius abstulerat, readeptus es. quid supersit vides; videlicet, ut 10 desiderii filii tui, quod percipere potuisti, benigne reminiscaris.

Egli poi lo prega a rammentarsi dell' ardente brama sua di possedere i libri di sant'Agostino *De musica*,

de' quali gli profferì copia.

Voglia dunque appagarlo or che di ogni sua cosa è tornato in possesso.

Filium tuum Nicolaum, totum bonum et tui pro tuis virtutibus amantissimum, dominationi tue cordialiter recommendo, recommendoque, sicut alias, et Antonium de Manninis necnon et Alamannum fratrem eius (3). Nicolaum enim ut fratrem diligo, reli- 15 quos ut filios et amicos, ut humanitatis tue sit ipsis ostendere quantum me diligas. vale, domine mi, cunctis reverentie famulatibus excolende. Florentie, quarto kalendas februarii.

Gli raccomanda Niccolò, suo fedel servo,

Antonio ed Alamanno Mannini.

VII.

A SER GUIDO MANFREDI DA PIETRASANTA (4).

20 [R. Archivio di Stato in Lucca, *Governo di P. Guinigi, Lettere a G. Manfredi*, filza 29, autografa. Il suggello presenta una testa di filosofo barbato.]

Insigni viro ser Guidoni de Petrasancta meo. .Co.

Firenze, 3 marzo 1403.

VIR insignis, frater et amice karissime. nullam unquam voluntatem vidi, quę sibi sciret in rebus propriis moderari.

Niuno può esser moderato, ove di cosa si tratti che vivamente desideri,

10. filii *è aggiunto in margine d' altra mano.* 16. *Cod.* quam 22. *Così l' indirizzo a tergo dell' epistola.*

(1) Cf. s. AUG. *Retract.* lib. I, VI e le note all' ep. XX del lib. IX, p. 146 di questo volume.

(2) Questa stessa domanda aveva già rivolta il S. a Tommaso coll' ep. VIII del lib. XII; cf. p. 501 di questo volume.

(3) Intorno ad Antonio Mannini abbiam già assai a lungo discorso nelle note all' ep. VIII del lib. XII, p. 499 di questo volume. Per quanto spetta al fratel suo Alamanno, il quale l' aveva verso il 1403 raggiunto in Inghilterra, noi possiamo qui dire che fu squittinato agli uffici nel 1391 e 1411 e fe' testamento del 1423, lasciando erede l' arte del Cambio. Cf. DELL' ANCISA, op. cit. MM, c. 385 A. Una missiva della Signoria al papa del 14 luglio 1399, dove di certa bottega di panni da lui ceduta ad un Piero Cambini è questione, si legge nel cod. Riccard. 876, c. 222 B.

(4) Null' altro abbiam da osservare

se nelle cose che riguardano gli altri, le nostre aspirazioni sono meno imperiose, ove delle nostre è questione avvien l'opposto.
Ma ciò che riguarda gli amici, riguarda noi.
Non si meravigli quindi se torna a raccomandargli le faccende di Tolomeo de' Taviani ed il promesso codice di Nonio Marcello.

sed quicquid nobis volumus, volumus semper nimis. in alienis rebus moderantius semper optamus, in illis finem voluntas invenit; in nostris autem sine fine voluntas est. nunc autem, cum amicorum negocia nostra sint, forte nimis est iterare rogamina; michi vero cum debitum propter amicum tum parum propter 5 affectum esse quidem videtur. ea propter si te iterum gravo propter Tolomeum de Tavianis, obsecro, non mireris. si te de Nonio Marcello sollicito, non turberis. sed utrumque, precor, expedias. illud enim opto; hunc autem habendi desiderio plus quam ardeo. in utroque velim amorem erga me ostendas tuum. 10 vale. Florentie, quinto nonas martii, manu propria.

Tuus Colucius cancellarius florentinus.

VIII.

A Domenico Bandini d'Arezzo (1).

[P^I, c. 55 b.] 15

Magistro Dominico de Arecio.

Firenze, 21 luglio 1403.
Vuole Domenico da lui una cosa facile in apparenza, ma in realtà ardua assai

Petis a me, vir peritissime, frater et amice karissime, rem prima fronte facilem, sed, cum ad considerationem perveneris, multis tenebris involutam difficilemque repertu queve nullis

6. *Dopo* gravo *l'autografo dà di nuovo* te *cancellato.*

intorno a cotesto viglietto, nel quale il S. ripete con maggior calore le raccomandazioni già fatte al Manfredi nell'epistola del 26 gennaio, ch'or ora si è letta (p. 617), se non che esso venne recato a Lucca da quel corriere stesso, il quale apportò al Guinigi la missiva ufficiale della Signoria, da noi messa a stampa nelle note all'ep. v, in favore di Tolomeo de' Taviani. Per ciò che sia poi l'eleganza e l'accuratezza dei caratteri, la scrupolosa osservanza delle regole ortografiche ed ortoepiche, nonchè di tutte le norme, che potremmo dire diplomatiche, questo «breve» rappresenta così compiutamente quello che passava allora per il tipo più perfetto della missiva cancelleresca, che ci è sembrato opportuno offrirne qui un facsimile (tav. ii).

(1) Era solito maestro Domenico ogni qualvolta gli si affacciasse alcuna difficoltà nell'immane lavoro a cui s'era dedicato, la compilazione cioè del *Fons memorabilium universi*, ricorrere a Coluccio per consiglio ed aiuto. Trovandosi pertanto in questo torno di tempo nella necessità d'illustrare le origini di Città di Castello; problema ancor oggi non poco oscuro, e quindi a più forte ragione a que' giorni oscurissimo; ei giudicò opportuno interrogare in proposito l'amico, che gli rispose colla presente, la quale merita

rationibus possit inquiri, sed de sola rerum gestarum auctoritate veterumque testimoniis affirmari. vis enim ex me scire quonam nomine Civitas Castelli penes hystoricos prisceque etatis viros appellata sit. fateor, mi Dominice, fateor, inquam, libere, hoc quod 5 postulas me nescire, nec arbitror quenquam posse mortalium id evidentia liquida demonstrare. nam, ut cetera sileam, si nomen unquam habuit illa civitas aliud quam nunc habet, quis invenire vel referre poterit cur vel quando fuerit nomen, quod prius habuerit, immutatum? quod si mutationis huius nulla prorsus est me- 10 moria, nullus testis, quis potest certa ratione diffinire quonam nomine prius vocaretur? adde quod, licet urbs ista, de qua queris, dignissima sit memoria notabilisque rebus tam pace quam bello gestis, nec dubitem tum antiquis, quodque possumus affirmare, tum nostris temporibus multis insignibusque claruisse viris, 15 maxime tamen taciturnitatis silentio fuit hactenus a scriptoribus, quorum mos est summa solum attingere, pretermissa [1]. nec hoc

poichè a ricercarla il raziocinio non giova, ma solo le attestazioni degli autori soccorrono: come cioè siasi anticamente chiamata Città di Castello.

Confessa d'ignorare tale particolarità, che niuno potrebbe del resto conoscere,

quando valide testimonianze non si possano all'uopo citare.

Or Città di Castello, benchè sia nobile terra, insigne per uomini e per fatti, pure non è ricordata mai dagli scrittori antichi.

d'essere segnalata all'attenzione degli studiosi per la luce, non dirò inattesa, ma certo rilevantissima che sparge sul metodo rigorosamente critico, secondo il quale il S. procedeva nelle sue filologiche investigazioni. Da qual'altro infatti tra i dotti del secolo XIV, ch'ei non fosse, ci saremmo potuti aspettare che collazionasse ben venti manoscritti d'un'opera antica, ond'eruire dal confronto di essi la lezione originaria e corretta d'un nome proprio?

A stabilir poi il tempo in cui la presente è stata scritta non occorrono molte ricerche, dacchè il S. attesta d'avere in essa incluso, per darne comunicazione al Bandini, un brano della *Invettiva* sua contro il Loschi, che noi sappiamo aver veduto la luce nell'autunno del 1403; cf. ep. x di questo libro. Vero è però che da ciò potrebbe taluno ricavare argomento a congetturare che la presente debba meglio che all'estate del 1403 assegnarsi a quella dell'anno seguente, quando cioè l'*Invettiva* era già stata divulgata dal suo autore. Ma le parole con cui il S. accompagna il proprio invio paionmi attestare che, quand'egli le scrisse, l'*Invettiva* stava tuttora nascosta nel suo banco. Egli sollecita infatti maestro Domenico ad esprimergli il suo avviso intorno a quant'aveva dettato sulle origini di Firenze ed aggiunge che se per caso avesse da muovergli qualche obiezione o da proporgli qualche modificazione, si piaccia dargliene immediata notizia. Or che cosa vuol dir questo se non che il S. desiderava mettere eventualmente a profitto i suggerimenti dell'amico, emendando o ampliando certe parti dell'*Invettiva*, prima di darla in dominio del pubblico?

(1) Quanto coteste riflessioni siano fondate può vedersi da chi esamini l'opera diligente ed erudita di mons. GIOVANNI MUZI, vescovo di Città di Castello, *Memorie ecclesiastiche e civili di C. di C. con dissertazione preliminare sull'antichità ed antiche denominazioni di detta città*, Città di Castello, 1842, p. 3 sgg.

Nè questo è accaduto a lei sola, ma ad altre città cospicue, e, per dir d'una sola, a Firenze, la quale, sebben giunta a tant' altezza ne' tempi moderni, rimase ignota nell'antichità a quanti scrissero storie, ove si eccettui Claudio Tolomeo, che nella sua *Geografia* ne accenna il nome.

tantum ei contingit; multarum quidem urbium hec eadem est iniuria seu fortuna. nam, ut de ceteris sileam, hec regia civitas, de cuius origine mecum multotiens dubitasti queve ad tam arduum rerum culmen evecta est, cunctis que in manus nostras venerint hystoriis est ignota nec unquam apud antiquos eius aliquam repperi mentionem, nisi penes Claudium Ptholomeum, qui temporibus Antonini Pii traditur claruisse. iste quidem qui, teste Servio, de civitatibus curiosissime scripsit (1), in suis Geographice descriptionis libris, ubi longam fecit Italie mentionem, volumine tertio scribit: Tuscorum mediterranea Biracellum, Fosse Papiriane, Bondelia, Luca, Lucus Feronis, Pistoria, Florentie, Pise, Volaterre, Ruscelle, Fesule, Perusia, Aretium &c. (2). tantulum hoc de Florentia legi; ut nemini mirum sit si civitas illa Castelli famosa non sit vel apud antiquos nullius penitus mentionis.

Or se così la fortuna ha trattato Firenze, non v'è da stupir che abbia in pari modo Città di Castello negletta.

Ma se taccion di essa gli antichi geografi, egli s' è rammentato che san Gregorio ne parla là dove nei *Morali* di san Florido fa menzione.

De' *Morali* egli possiede due codici; ma in entrambi il nome della città diversamente si legge.

Cum autem vel apud Pomponium Melam, Plinium vel Solinum geographos huius urbis nullam meminerim mentionem, cogitavi mecum Dialogi libris apud gloriosissimum antistitem Gregorium, quoniam recordabar eum beati Floridi facere mentionem (3), posse quesitum tuum facile declarari. duos habeo tales libros et si fuissent in scripto concordes, putassem omnis dubitationis scrupulum absolvisse; sed forte fortuna fuit ut in uno reppererim, libro tertio, capitulo trigesimo quinto: Floridus Trifertine Tybertine civitatis episcopus; in altero vero scriptum sit: Floridus Tiberrine episcopus. quamobrem quesivi multos, tantamque super hoc varietatem inveni, quod nichil audeam affirmare. videtur enim quilibet non textum auctoris veritatemque secutus esse, sed pro voluntate scripsisse. cum primo quidem nullum inveni concordem; cum secundo vero similiter nullus

Mosso dalla curiosità ha voluto verificare se tale discrepanza si manifestasse anche in altri manoscritti; e dovette accorgersi ch' essa è grandissima in tutti.

1. *Cod.* eis 19. *Cod.* declarare 22. *Cod.* Tifertine 24. Floridus *è aggiunto in margine d' altra mano.*

(1) Serv. *Comm. in Virg. Aen.* VII, 678, ed. Lyon, I, 437.

(2) Cl. Ptolemaei *Geographia,* ed. Müller, lib. III, cap. 1, § 43. La trascrizione latina de' nomi di città è assai esatta; solo « Λοῦκος Φηρωνίας, κολωνία » è mal tradotto in « Lucus Feronis »; ma « Feronis » per « Feronie » potrebb' anch' essere qui errore di copista.

(3) Cf. s. Gregor. Magni *Dialogor. libri IV* in *Opera omnia*, III, 301, lib. III, cap. xxxv, De Amantio presbytero provinciae Tusciae.

omnino quem viderim incidebat, licet antiquo volumine et in alio quanvis novo scriptum invenerim: Floridus Teberine episcopus. alius autem habuit: Tiberine urbis episcopus; alius: Tiberine civitatis episcopus. tribus autem aliis 5 legitur: Floridus Tudertine episcopus. et alii tres habebant: Floridus Tibertinus episcopus. uno legi: Tiburtinus episcopus. alius autem habuit: Tuburtine ecclesie episcopus. in alio scriptum est: Floridus Terbentine urbis episcopus. unum solum volumen habuit: 10 Floridus Tyferne Tibertine episcopus. aliud: Tifertine urbis episcopus. aliud: Tyferne Tyburtine episcopus. et uno, viginti quidem contuli (1), Tibrietine dicebatur civitatis episcopus.

Quanti codici ha veduti, e ne ha veduti venti, tutti recano variamente scritto il nome della città di cui Florido fu vescovo.

Hec omnia tecum volui communicare, quo minus tibi circa 15 talia de propriis locorum, hominum et gentium nominibus laboriosi tui Fontis certitudine blandiaris. vides enim in hoc uno quam varie scriptum sit. hic enim urbis, hic civitatis, hic ecclesie ponit, cum horum quodlibet apud alios sileatur. hic Trifertine scribit, Tifertine dicit alius; ille Tiferne, hic Tibe- 20 rine; Tuburtine vult alius, vult et alius Tibertine et alius; quod ridiculum arbitror; Terbentine, sicut alii Tudertine. hi duo ista nomina attamen varie simul iungunt; alii vero solummodo scribunt unum, ut plane sciri nequeat quid dicendum (2).

Di questo ha voluto avvertirlo, perchè egli non si lusinghi di poter registrar sempre nel suo *Fonte* con certezza i veri nomi di luoghi, di uomini, di popoli. Pure in mezzo alla varietà grande dei manoscritti,

7. *Cod.* Tyburtine 12. *Le due lettere* ie *di* Tibrietine *sono nel cod. in rasura e d'altra mano.* 19. Tifertine] *Cod.* Trifertine

(1) Qui però si recano le varianti di diciannove soltanto.

(2) Abbiamo per curiosità voluto esaminare, dacchè l'avevam sotto mano, il celebre codice Ambrosiano de' *Dialogi*, il quale spetta al secolo VIII (B, 159 sup.). Orbene anch'esso fa da sè ed a c. 150 B legge: « Floridus Ferentinae « episcopus »! È notevole del resto come, mancando un testo critico dell'opera più famosa di san Gregorio (i *Mon. Germ. hist.*, *Script. rer. Langob. et Italic.* saec. VI-IX, p. 524, non ne dànno, come si sa, che degli estratti riveduti a cura del Waitz sui manoscritti più antichi; e tra questi estratti il cap. XXXV del lib. III non figura), l'anarchia lamentata dal S. duri oggi ancora. Difatti nell'edizione del Migne, che riproduce la Maurina del 1705, il passo qui discusso si offre così: « Floridus Tiburtinae ecclesiae epi« scopus »; e gli editori annotano: « Ita « legendum ex omnibus mss. vel Ti« bertinae aut Tuburtinae, non « vero Tudertinae, ut habent edi« tiones. Porro Tibur, urbs episco« palis in Latium ad Anienem fluvium,

egli opina che si possa metter in luce la lezione vera. Città di Castello sarebbe stata detta « Tiferna « Tiberina », come si rileva anche da un luogo di Plinio,

che però fa menzione d'un altro Tiferno in Puglia, che Pomponio Mela chiama invece Triferno.

Anche Guido nella sua *Cosmografia* dice che v'ha presso Mensola una città detta Tiferno

ed a sua volta Claudio Tolomeo, colà dove, menzionate le città dei Piceni,

Puto Tyberine vel Tyferne, forteque duo hec, verisimilius nomen esse. siquidem scribit Plinius: Tibris propter aspera et confragosa nec siquidem preter quam trabibus verius quam ratibus longe meabilis fertur per millia centum quinquaginta passuum non procul Tiferno Perusie. et tantisper hec Plinius [1]; unde coniectari possumus vetustum nomen illius urbis fuisse Tifernum. est tamen etiam, eodem teste, Tifernus amnis prope Teanum in Apulia, quem Pomponius Mela plane Trifernum vocat et inter Daunos ponit, quos et Apulos quidam vocant [2]. unde diligentius reviso textu Plinii, quem habeo, repperi rasuram in prima syllaba dictionis illius Tifernus et infallibiliter credo originaliter scriptum fuisse Trifernus. Guido vero Ravennas, cum civitates a Luceria versus Tusciam describit et inter alias nominasset Sutrium, Veturbum, quod reputo Viterbium, Clusum et Mensulas, paulo post subinfert: iuxta territorium civitatis quam prediximus Mensule est civitas, que dicitur Tifernum, quod et felicissimum. item Aretia, Greca, Lugaria, Umbrium, Veturris, Equilia, Florentia &c. [3]. ex quorum circunstantium mentione satis inferri potest, postquam Tifernum alibi non est, de illa civitate de qua querimus cogitasse. Ptholomeus autem tertio Geographie sue libro, cum de Italia tractat, post Picenorum mediterranea nominat civitates

13. *La grammatica esigerebbe* nominet 17. *Cod.* luguria

